BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXV
E
20
NAPOLI

Digitized by Google

XXV

Digitized by Google

XXV 2. 21

Digitized by Google

ARTEMIDORI DALDIANI & ACHMETIS SEREIMI F. Oneirocritica.

ASTRAMPSYCHI & NICEPHORI versus etiam Oneirocritici.

NICOLAI RIGALTII AD ARTEMIDORVM Notae.

LVTETIAE,
Apud MARCVM ORRY, via Iacobæa, ad insigne Leonis salientis.
CIƆ IƆ CIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Clarissimo amplissimóque viro

IAC. AVGVSTO THVANO,

SACRI CONSISTORII CONSILIARIO,
Senatúsque Parisiensis Praesidi doctissimo
atque prudentissimo

NIC. RIGALTIVS

S. D.

REBVS anno superiore prolatis, Praeses amplissime, quum vna tecum essem in Villabonio tuo, ne amoenissima rusticatione abuti viderer, oneirocriticos Artemidori libellos, quos mecum forte tuleram, per xystos ac gestationes ambulando lectitabam, adnotabámque nonnulla, quae posteaquam ambulationis satias fieri ceperat, consideratius atten-

Digitized by Google

tiúſque recenſebam. atque id ſiue loci genio; ſiue, quod magis eſt, exemplo tuo incitatus libentiſſime praeſtiti: ne videlicet interea dum tu res orbe toto geſtas victuris dum erunt homines hiſtoriarum libris mandare pergis, iners ipſe deſiderem, otiíque tam beati pluſculas horas perderem, quas rei litterariae publicae non inutiliter impendere potuiſſem. Hanc igitur Oneirocriticorum editionem accuraui, minime neſcius, quum quae ab antiquis ſomniorum coniectoribus tradita ſunt vix vllam fidem aut gloriam inter litteratiſſimos homines inuenerint, fore vt opera haec mea in varias reprehenſiones incurreret. nam, vt ceteras mittam, quibuſdam, & iis quidem admodum indoctis, totum hoc diſplicet antiquarium opus. quidam autem id non totum reprehendunt, ſi vtiliter ſuſcipiatur; ſed vana eſſe Somnia clamitant; iíſque coniectandis

Digitized by Google

curam vllam adhibendam non arbitrantur. At illis certe litterarum vituperatoribus, non magis haec ſcripta ſunt, quam de philoſophia Abderitanis; aut de agrorum cultu ſterilibus terris. nam & deſperatis, ait Tullius Attico, etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. His vero quibus oneirocritica iſta minime probantur etiam ex parte libens aſſentior: imo & hoc addo amplius, pleraque iſta, ſi diuinationem ſpectent, tantum non ineptiſſima eſſe: at ſi acumen ingenij, ſi veteres ritus, ſi politiorem litteraturam, nihil his Artemidori libris acutius, nihil doctius elegantiúſque eſſe. Laruam Alcibiadis ſic aptam fuiſſe narrant, vt articulis vertebriſque complicatis Silenum quendam turpiculum effingeret, aut morionem ſimum recalua fronte: iiſdem vero catenatione mobili explicatis, numen aliquod derepente formoſulum

Digitized by Google

exprimeret, faciem decoram, & hilaris Dei vultum. Huic ille Sileno Socratem ſuum comparabat. Ego certe Socratico Sileno Artemidorum huncce meum ſimilem eſſe aio. quem prima fronte Marſum augurem, aut vicanum aruſpicem, vel de circo aſtrologum eſſe aliquis putet; eundem vero qui penitus inſpiciet ac euoluet, non proletarium, ſed multiplici ſcientiarum eruditione locupletiſsimum auctorem, & inter claſſicos cenſeri digniſsimum eſſe fatebitur. Hoc tibi, Praeſes Auguſtiſsime, lectione multa intelligendis penſitandíſque veteribus ſcriptis exercitatiſsimo perſuaſum apprime eſſe ſatis ſcio. nec pluribus verbis vtar; ne commendandi magis muneris, quam adſerendi huius operis gratia ſermonem hunc à me inſtitutum exiſtimes. Qualecunque autem ſiue operis ſit, ſiue muneris, offero ecce tibi, vel potius reddo; tuum enim eſt,

Digitized by Google

& ſolo cedit, quod in tuo natum. niſi mauis publici iuris eſſe, quod potes cum publico poſsidere. vtcunque tandem ſit, bene erit, ſi tibi probabitur: haec enim mei voti ſumma. Bene vale, vir ampliſs. méque vt facis amare perge. Lutetiae Pariſiorum, x v Kal. Februar. cIↃ IↃ CIII.

IOCVLARE TIBI VIDETVR;
ET SANE BENE.
DVM NIHIL HABEMVS MAIVS,
CALAMO LVDIMVS.

LECTORI.

ARTEMIDORI Latina interpretatio quam hic cernis, Lector, ipsissima est quam olim Ianus Cornarius edidit. nolui quicquam in ea mutare. non quod rectam esse putem, peruersissima enim est, sed in corrigenda labor vanus & ingratus. Jo. Leunclay versionem Latinam in Achmete retinui; quae autem in eius editione desiderabantur capita non pauca suppleui, diuerso typorum charactere notata. Nicephori versio mea est. Graeci versus è duobus codicibus depromti: Regiae bibliothecae vno, Is. Casauboni altero, clarissimi illius & litteratorum in Gallia nostra facile principis viri, cui magnam certe pro multis emendationibus gratiam debet Artemidorus noster. Cetera quae hic praestiti, tute ipse, si aequus es, facile aestimabis. Notas ad Artemidorum reliquas dabo in lucem quum primum otia mihi Deus fecerit. habe istas interim, & Vale.

In Achmetis editione pag. cxxx. delendi asterisci. nihil enim deest.

ΤΑ ΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΒΙΒΛΙΩ ΤΩΝ Ἀρτεμιδώρου Ὀνειροκριτικῶν.

LIBRO PRIMO ARTEMIDORI ONEIROCRITICORVM continentur iſta.

ΠΕΡΙ διαφορᾶς ἐνυπνίου, καὶ ὀνείρου. α'.

Περὶ θεωρηματικῶν, καὶ ἀλληγορικῶν. β'.

Περὶ εἰδῶν ὀνείρων. γ'.

Περὶ τῶν ἓξ στοιχείων. δ'.

Περὶ τρόπου γενικοῦ. ε'.

Περὶ τρόπου εἰδικοῦ. ϛ'.

Περὶ περιεργηματικῶν καὶ θεοπέμπτων. ζ'.

Περὶ καιρῶν, καὶ ὁποῖα δεῖ κρίνειν. η'.

Περὶ ἐθῶν. θ'.

Τίνα ἐξεταστέον τῷ ὀνειροκρίτῃ. ι'.

Ἐπαγγελία τῶν ἐν ταῖς βίβλοις γραφομένων. ια'.

Πῶς ἐπιβλητέον ταῖς κρίσεσι. ιβ'.

Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ὀνειροκρίτην. ιγ'.

Περὶ γενέσεως. ιδ'.

Περὶ τοῦ κύειν. ιε'.

Περὶ παίδων, καὶ γάλακτος. ιϛ'.

DE differentia inter inſomnium & ſomnium. cap.primo.

De ſpeculatiuis & allegoricis, ſiue ſignificatiuis. cap.2.

De ſpeciebus ſomniorum. cap.3.

De ſex elementis. cap.4.

De modo generali. cap.5.

De modo ſpeciali. cap.6.

De curioſis & diuinis ſomniis. cap.7.

De temporibus, & qualia ſint iudicanda. cap.8.

De moribus. cap.9.

Quae à ſomniorum interprete ſint expendenda. cap.10.

Propoſitio eorum quae in his libris traduntur. cap.11.

Quomodo interpretationes ſunt aggrediendae. cap.12.

Qualem eſſe oportet ſomniorum interpretem. cap.13.

De natiuitate. cap.14.

De veteri geſtatione. cap.15.

De pueris & filiis. cap.16.

De pueris fasciis inuolutis, & de lecte. cap.17.	Περὶ σπαργανωθέντων παίδων. ιζ΄.
De capite. cap.18.	Περὶ κεφαλῆς. ιη΄.
De capillis. cap.19.	Περὶ τριχῶν. ιθ΄.
De capillis inornatis. cap.20.	Περὶ ἀτημελήτων τριχῶν. κ΄.
De pilo suillo. cap.21.	Περὶ χοιρείας τριχός. κα΄.
Habere lanas pro capillo. cap.22.	Περὶ τοῦ ἔχειν ἔρια ἀντὶ τριχῶν. κβ΄.
De eo quod quis videtur sibi capite radi. cap.23.	Περὶ τοῦ ξυρᾶσθαι δοκεῖν τὴν κεφαλήν. κγ΄.
De fronte. cap.24.	Περὶ μετώπου. κδ΄.
De auribus. cap.25.	Περὶ ὤτων. κε΄.
De formicis. cap.26.	Περὶ μυρμήκων. κς΄.
De superciliis. cap.27.	Περὶ ὀφρύων. κζ΄.
De oculis. cap.28.	Περὶ ὀφθαλμῶν. κη΄.
De naso. cap.29.	Περὶ ῥινός. κθ΄.
De genis. cap.30.	Περὶ παρειῶν. λ΄.
De maxillis. cap.31.	Περὶ σιαγόνων. λα΄.
De barba. cap.32.	Περὶ γενείου. λβ΄.
De dentibus. cap.33.	Περὶ ὀδόντων. λγ΄.
De lingua. cap.34.	Περὶ γλώττης. λδ΄.
De vomitu sanguinis, aut bilis, aut pituitæ aut cibi. cap.35.	Περὶ τοῦ αἷμα ἐμεῖν, ἢ χολήν, ἢ φλέγμα, ἢ τροφήν. λε΄.
De collo. cap.36.	Περὶ τραχήλου. λς΄.
De decollatione. cap.37.	Περὶ τοῦ τραχηλοκοπεῖσθαι. λζ΄.
De abtorto capite. cap.38.	Περὶ ἀπεστραμμένης κεφαλῆς. λη΄.
De eo quod quis putat se feræ alicuius caput habere, cap.39.	Περὶ τοῦ θηρείου κεφαλὴν ἔχειν. λθ΄.
Habere caput in manibus. cap. 40.	Περὶ τοῦ ἐν ταῖς χερσὶ τὴν κεφαλὴν ἔχειν. μ΄.
Habere cornua. cap. 41.	Περὶ τοῦ κέρατα ἔχειν. μα΄.
De humeris. cap. 42.	Περὶ ὤμων. μβ΄.
De pectore & mammis. cap. 43.	Περὶ στήθους, καὶ μαζῶν. μγ΄.
De manibus. cap. 44.	Περὶ χειρῶν. μδ΄.
De lumbis & partibus circa vmbilicum. cap.45.	Περὶ λαγόνων, καὶ τῶν περὶ ὀμφαλόν. με΄.
De internarum partium respectione. 46.	Περὶ τῶν ἐντός. μς΄.
De pudendis. cap.47.	Περὶ αἰδοίων. μζ΄.
De inguinibus & femoribus. cap.48.	Περὶ βουβώνων, καὶ μηρῶν. μη΄.
De genibus. cap.49.	Περὶ γονάτων. μθ΄.
De pedibus, suris, & talis. cap.50.	Περὶ ποδῶν, καὶ κνημῶν, καὶ σφυρῶν. ν΄.
De tergo. cap.51.	Περὶ νώτου. να΄.
De alteratione. cap.52.	Περὶ ἀλλοιώσεως. νβ΄.
De doctrina artium, opificiorum & studiorum. cap.53.	Περὶ διδασκαλίας τεχνῶν, καὶ ἔργων, καὶ ἐπιτηδευμάτων. νγ΄.
Artem fabrilem ferrariam exercere. 54.	Περὶ τοῦ χαλκεύειν. νδ΄.

Περὶ γραμμάτων.	νε'.	De literis.	cap.55.
Περὶ ἐφηβείας.	νϛ'.	De pubertate, siue tirocinio.	cap.56.
Περὶ γυμνασίων κατ' εἴδος.	νζ'.	De gymnasiis secundum species.	cap.57.
Περὶ ἀγώνων θυμελικῶν ἱππικῶν γυμνικῶν.	νη'.	De certaminibus.	cap.58.
Περὶ πεντάθλου.	νθ'.	De pentathlo, siue quinquertio.	cap.59.
Περὶ δρόμου.	ξ'.	De cursu.	cap.60.
Περὶ ἐκκρίσεως.	ξα'.	De reprobatione.	cap.61.
Περὶ πάλης.	ξβ'.	De lucta.	cap.62.
Περὶ πυγμῆς.	ξγ'.	De pugillatu.	cap.63.
Περὶ παγκρατίου.	ξδ'.	De pancratio.	cap.64.
Περὶ ὅπλου.	ξε'.	De scuto.	cap.65.
Περὶ βαλανείου, καὶ λουτροῦ παντοδαποῦ.	ξϛ'.	De balneo & lauacro omnis generis.	66.
Περὶ τροφῆς.	ξζ'.	De cibo & potu.	cap.67.
Περὶ ποτοῦ.	ξη'.	De potu.	cap.68.
Περὶ λαχάνων.	ξθ'.	De oleribus.	cap.69.
Περὶ ὀσπρίων.	ο'.	De leguminibus.	cap.70.
Περὶ ἄρτων.	οα'.	De panibus.	cap.71.
Περὶ κρεῶν.	οβ'.	De carnibus.	cap.72.
Περὶ ταρίχων, καὶ ἁλιστῶν κρεῶν.	ογ'.	De salsamentis & salsis carnibus.	cap.73.
Περὶ πλακούντων.	οδ'.	De placentis.	cap.74.
Περὶ ὀπώρας.	οε'.	De fructibus.	cap.75.
Περὶ σκευῶν.	οϛ'.	De vasis & reliqua supellectile.	cap.76.
Περὶ μύρων.	οζ'.	De vnguentis.	cap.77.
Περὶ ὀρχήσεως, καὶ πυρρίχης, καὶ ᾀσμάτων.	οη'.	De saltatione, pyrrhicha, & cantilenis.	cap.78.
Περὶ στεφάνων παντοδαπῶν.	οθ'.	De coronis omnis generis.	cap. 79.
Περὶ συνουσίας, καὶ ἀφροδισίων.	π'.	De coitu & rebus venereis.	cap.80.
Περὶ παρανόμου συνουσίας.	πα'.	De coitu præter legem.	cap.81.
Περὶ τῆς παρὰ φύσιν μίξεως.	πβ'.	De coitu præter naturam.	cap.82.
Περὶ ὕπνου.	πγ'.	De somno & dormitione.	cap.83.
Περὶ τοῦ ἔρρωσο καὶ ὑγίαινε.	πδ'.	De vale & salue.	cap.84.

ARTE-

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΚΑΣΣΙΩ ΜΑΞΙΜΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ARTEMIDORVS
CASSIO MAXIMO S.

SÆPE iam ad huius operis tractationem indubitanter suscipiendã impulsus sum, verum hactenus ,,*distuli,* Non ob segnitiem ,,cessans animi aut leuitatẽ, *velut ait* Poëta, *sed ob magnitudinem in ea speculationũ, & rei multitudinẽ maximè deterritus, cui accessit cõtradictionis hominum formido, eorũ præsertim qui siue quòd diuinationem esse nõ credant, neque deorum prouidentiam esse asserunt, siue etiam alia exercitia & studia sibi ipsis exquirunt. Nũc verò præsẽs rei necessitas, quæ non solum in nostram, sed etiã eorũ qui post victuri sunt homines vtilitatem se extẽdit,*

ΠΟΛΛΑΚΙΣ προετράπην ἐπὶ τὴν πραγματείαν τὴν προκειμένην ὁρμῆσαι, καὶ ἐπεσχέθην· οὐκ ὄκνῳ εἴκων, ,, οὐδ' ἀφραδίῃσι νόοιο, ὥς φη- ,, σιν ὁ ποιητής· ἀλλὰ τὸ μεγαλεῖον τῶν ἐν αὐτῇ θεωρημάτων καὶ τὸ πλῆθος καταπεπληγὼς μάλιστα, καὶ τὰς ἀντιλογίας δεδιὼς τῶν ἀνθρώπων· τῶν ἤτοι διὰ τὸ πεπεῖσθαι οὐκ εἶναι μαντικὴν οὐδὲ θεῶν πρόνοιαν λεγόντων ὅσα λέγουσιν, ἢ ἄλλως γυμνάσματα καὶ διαπείρας ἑαυτοῖς πορίζομένων. νυνὶ δὲ ἡ παροῦσα χρεία ἀναγκαία, οὖσα διὰ τὴν ὠφέλειαν οὐ μόνον τὴν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν μετέπειτα ἐσομένων ἀν-

θεράπων, προετρέψατό με, μὴ διαμέλλειν, μὴ δὲ ἀναβάλλεσθαι. ἀλλὰ περὶ ὧν δὴ ἔχω κατάληψιν, ἣν διὰ πείρας ἐποιησάμην, συγγράψαι. ἡγοῦμαι δὴ ἀμφότερά μοι ἐκ τοῦ τοιούτου περιέσεσθαι· πρός τε τοὺς ἀναιρεῖν ἐπιχειροῦντας μαντικήν τε αὐτὴν, καὶ τὰ εἴδη αὐτῆς ἀνεπιφθόνως τε ἀλλὰ καὶ μετὰ κατασκευῆς οὐ τῆς τυχούσης ἀντιτάξασθαι· φέρων εἰς μέσον, καὶ τὴν τῶν ἐπιτελεσμάτων μαρτυρίαν· ἣ πᾶσιν ἱκανὴ γένοιτ' ἂν ἀντισχεῖν ἀνθρώποις. καὶ μὴν τοι καὶ πρὸς τοὺς χρωμένους μὲν μαντικῇ, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐντετυχηκέναι λόγοις περὶ τούτων ἀκριβέσι πεπλανημένους, καὶ κινδυνεύοντας ἤδη καταφρονεῖν τε καὶ ἀφίστασθαι, θεραπείαν τινὰ σωτηριώδη ἀντὶ τῆς πλάνης καταστῆσαι. σχεδὸν γὰρ οἱ μικρὸν ἡμῶν πρεσβύτεροι δόξαν συγγραφικὴν ἀπενέγκασθαι βουλόμενοι, καὶ διὰ τούτου ἐλπιζόμενοι μόνου ἔνδοξοι ἔσεσθαι, εἰ συγγράμματα καταλίποιεν ὀνειροκριτικὰ, ἀντίγραφα ἀλλήλων πεποιήκασιν. ἢ τὰ

me adeò impulit, vt neque cunctandũ, neq; vlterius differendũ opus censeam, sed ea de quibus per experientiam cõpertum habeo, conscribam. Spero autem facultatẽ mihi ad vtrumq; præstandum abundè superfuturam; tũ vt eos qui vaticinationem siue diuinationem è medio tollere conantur, speciésque eius, non vulgari, sed splendida acie instructa opprimere tẽtãt, effectuum ac euẽtuum testimoniis in mediũ productis, retundam: talia namque ea sunt, vt omnibus hominibus se opponere, eisque sufficienter resistere queant. Tum vt eos qui vaticinatione quidem vtũtur, verum quòd non certam de ea doctrinam contigerunt, seducti sunt, & periculum est, ne eam contemnant & relinquant, salutari medela pro errore ostẽsa, in rectam viam reuocatos confirmẽ. ferè enim omnes paulò ante ætatem nostram, laudẽ ex scribendo ferre cupidi, & per hoc solũ se celebres fore sperantes, si de somniorum interpretatione scripta relinquerent, exemplaria inter se contulerunt, aut

ea quæ à veteribus rectè dicta sunt exponẽtes, aut etiam paucis ex veteribus acceptis multa non vera apponentes. Neque enim ex experientia, sed impræmeditati, vt cuique quicquam in mentẽ veniebat, sic conscripserunt, atq; ex his aliqui omnes, aliqui non omnes veterum libros indepti legerunt: aliqui verò eos ob vetustatem rara & corrupta, penitus latuerũt. Ego verò partim quidẽ magna animi contentione, nullũ non mihi librum de somniorum interpretatione conscriptum cõparaui: partim verò cùm omnes vates ex foro profligati essent, vepote quos mendicos, præstigiatores, ac scurras appellant, hi qui graui simulato vultu supercilia contrahunt, cùm eis tamen, omni spreta calumnia, per multos annos in Græcia tũ per vrbes, tum per conuentus conuersatus sum, insupérque & in Asia & in Italia, insulísque maximis & populosissimis, quo scilicet vetera somnia, eorúmq; euẽtus audiẽdo cognoscerẽ: neq; enim poteram aliter

καλῶς εἰρημένα ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐξηγησάμενοι, ἢ καὶ ὀλίγοις τῶν παλαιῶν πολλὰ προσθέντες οὐκ ἀληθῆ. οὐ γὰρ ἀπὸ πείρας, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντες, ὅπως ἕκαστος αὐτῶν ἐκινεῖτο περί τινος οὕτως ἔγραφον. καὶ οἱ μὲν πᾶσιν ἐντυχόντες τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις. οἱ δὲ, οὐ πᾶσιν. ἔνια δὲ αὐτοῖς δι' ἀρχαιότητα σπάνια ὄντα καὶ διεφθαρμένα διέλαθεν. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν *ὅτε βιβλίον οὐκ ἐκτησάμην ὀνειροκριτικὸν πολλὴν εἰς τοῦτο φιλοτιμίαν ἔχων. τοῦτο δὲ καὶ σφόδρα διαβεβλημένων τῶν ἐν ἀγορᾷ μάντεων, οὓς δὴ προΐκτας τε καὶ γόητας καὶ βωμολόχους καλοῦσιν οἱ σεμνοπροσωποῦντες καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες, καταφρονήσας τῆς διαβολῆς, ἔτεσι πολλοῖς ὡμίλησα, καὶ ἐν Ἑλλάδι κατὰ πόλεις καὶ πανηγύρεις, καὶ ἐν Ἀσίᾳ, καὶ ἐν Ἰταλίᾳ· καὶ τῶν νήσων ἐν ταῖς μεγίσταις καὶ πολυανθρωποτάταις ὑπομένων ἀκούειν παλαιοὺς ὀνείρους, καὶ τούτων τὰς ἀποβάσεις· οὐ γὰρ ἦν ἄλλως

χρήσασθαι τῇ κατὰ ταῦτα γυμνασίᾳ. ὅθεν μοι περιγέγονεν ἐκ περιουσίας ἔχειν περὶ ἑκάστου λέγειν, πλείονα μὲν ἢ προσδοκήσαι ἄν τις· οὕτως ὡς αὐτὰ τἀληθῆ λέγοντα μὴ φλυαρεῖν. ὧν δ' ἂν ἐπιμνησθῶ, καὶ τὰς ἀποδείξεις φανερὰς καὶ πᾶσιν εὐκαταλήπτους ἀποδοῦναί με ἐξ ἁπλῶν· πλὴν εἰ μή τι εἴη οὕτω σαφές, ὡς περιττὴν ἡγήσασθαι τὴν περὶ αὐτοῦ ἐξήγησιν. Ἰτέον δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ προκείμενον, ἵνα μὴ μεῖζον ἡμῖν ᾖ τὸ προοίμιον τοῦ δέοντος· τί γὰρ καὶ δεῖ λόγων ἄνευ τῶν πραγμάτων αὐτῶν πρὸς σέ, τὸν οὕτω μὲν δεινὸν εἰπεῖν, ὡς οὔπω τις εἰς ἀνθρώπους τῶν Ἑλλήνων παρῆλθεν· οὕτω δὲ συνετόν, ὡς οὐκ ἀναμένειν τοῦ λέγοντος τὸ πέρας· ἀλλὰ τὴν ὑπόθεσιν ὅπου τελευτᾷ καταλαμβάνειν. ἀναγκαῖον δὲ πρότερον περὶ στοιχείων τινῶν κανονικῶς εἰπεῖν.

circa hæc exerceri. Ex quo cõtigit vt abundè mihi supersit, quod de singulis dicã, & plura fortaßis quã quis expectauerit: sic adeò vt in veritatis narratione minimè nugax deprehendar, & quorũ mentionẽ fecero, etiã demonstrationes euidentes, & quæ ab omnibus facilè cõprehendendi queant, ex simplicibus faciam, nisi sanè quid adeò manifestũ sit, vt superfluum existimẽ eius apponere interpretationem. Cæterum aggrediamur iã institutum, ne longiorem quàm ex decoro sit pręfationẽ faciamus. quid enim verbis opus est citra rerũ ipsarũ testificationem, ad te præsertim adeò dicendi peritũ & præstãtẽ artificẽ? qualis nemo hactenus ad Græcos homines accessit. adeò autẽ prudentem & intelligentem, vt non expectes dicendi finẽ, sed antequam ad finẽ perducatur, argumẽti summam deprehẽdas. Porrò necessarium est de elementis quibusdam primũ regulariter dicere.

De differentia insomnij & somnij. CAP. I.

DE insomniorum & somniorum inter se differentia, non paruam etiam in alijs meis libris distinctionem conscripsi. Quandoquidem autem indecorum (scio) videbitur tibi hoc opus, tanquam quòd non iustum principium habeat, etiam nunc ab illis ipsis initium mihi ritè facturus videor; hac ratione enim somnium ab insomnio differt, quod illud quidem futura significat, hoc verò præsentia. Clarius autem didiceris hoc modo. Quales affectiones sursum recurrere solent, & seipsas animæ offerre, atque somnia efficere, velut exempli gratia, quòd amans videatur sibi circa delicias suas versari: &, quòd formidolosus videat ea quæ timet: & rursus, quòd esuriens comedat, & sitiens bibat. Insupérque quòd cibo expletus vomat, aut suffocetur, ob factam videlicet obturationem, alimento ægrè vaporem exhalare potente. Tales sanè videre est iam præ existentibus affectibus, non vt habeant futurorum prędictionem, sed presentium admonitionem. His autem sic habentibus, cernis vtique alias corporis proprias esse affectiones, alias animæ proprias, alias vtrisque communes, velut quòd amans videtur sibi apud rem amatam esse, & quòd ægrotus videtur sibi curari, & cum medicis conseruari, communes corporum ac animæ affectiones existunt. Vomere autem & dormire, & rursum bibere & edere, propriæ corporis sunt existimandæ. quemadmodum propriæ animæ sunt, gaudere, & tristari. Ex his porrò manifestum est, quòd corporalium affectionum aliæ ob inopiam, aliæ ob redundantiam fiunt. Animalium autem aliæ ob timorem, aliæ ob spem. Et de insomnijs quidem tantum dixisse satis sit. Cæterum appellatio ipsorum nõ est propria: non enim qui in somno sunt & dormiunt, ipsum insomnium solum vident, cùm etiam somnium opus sit dormientium. Verum insomnium insomnis quidem efficax est, cessante autem somno dissipetur. Somnium autem in somnis obueniens semper efficax est, intendens curæ prædictionis futurorum, & post somnium efficaces

Περὶ διαφορᾶς ἐνυπνίου, καὶ ὀνείρου. α.

ΠΕρὶ μὲν οὖν ἐνυπνίων καὶ ὀνείρων διαφορᾶς τῆς πρὸς ἄλληλα, διαίρεσις οὐκ ὀλίγη καὶ ἐν ἄλλοις γέγραπταί μοι. καὶ ἐπειδὴ ἄκοσμον ὡς περ ἐκ ἀπαρχῆς γινόμενον φανεῖταί σοι τὸ σύγγραμμα, καὶ νῦν ἐπ' αὐτῶν τούτων ἄρξασθαι καλῶς ἔχον εἶναί μοι δοκεῖ. ταύτῃ γὰρ ὄνειρος ἐνυπνίου διαφέρει, ᾗ συμβέβηκε τῷ μὲν εἶναι σημαντικῷ μελλόντων. τῷ δὲ τῶν ὄντων. σαφέστερον δ' ἂν μάθοις οὕτως. ποῖα τῶν παθῶν προσαναστρέχειν πέφυκε, καὶ προσανατάσσειν ἑαυτὰ τῇ ψυχῇ, καὶ τοὺς ὀνειρογμοὺς ἀποτελεῖν. διὰ ἀνάγκη τὸν ἐρῶντα ἅμα τοῖς παιδικοῖς εἶναι δοκεῖν. καὶ τὸν δεδιότα ὁρᾷν ἃ δέδιε. καὶ πάλιν αὖ τὸν πεινῶντα ἐσθίειν, καὶ τὸν διψῶντα πίνειν. ἔτι δὲ καὶ τὸν πεπλησμένον τροφῆς, ἐμεῖν. ἢ πνίγεσθαι, διὰ τὴν γινομένην ἀπόφραξιν, δυσαναθυμιάτου τῆς τροφῆς οὔσης. ἔστι τοίνυν, ἰδεῖν ταῦτα καθυποκειμένων ἤδη τῶν παθῶν. οὐ πρόρρησιν ἔχοντα τῶν μελλόντων, ἀλλὰ ὑπόμνησιν τῶν ὄντων. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἴδοις ἂν τὰ μὲν ἴδια σώματος μόνου, ἃ δὲ ἴδια τῆς ψυχῆς. διὰ ἐρῶντα δοκεῖν ἅμα τοῖς παιδικοῖς εἶναι. τὸ νοσοῦντα, θεραπεύεσθαι, καὶ συμμίγειν ἰατροῖς. κοινὰ γὰρ ταῦτα σώματι καὶ ψυχῇ. ἐμεῖν δὲ καὶ καθεύδειν, καὶ πάλιν αὖ πίνειν τι καὶ ἐσθίειν, ἴδια σώματος ἡγητέον. ὡς περ ἴδια ψυχῆς χαίρειν τι καὶ λυπεῖσθαι. σαφὲς δὲ ἀπὸ τούτων, ὅτι τῶν σωματικῶν ἃ μὲν, δι' ἔνδειαν, ἃ δὲ διὰ περιουσίαν ὁρᾶται. τῶν δ' αὖ ψυχικῶν, ἃ μὲν διὰ φόβον, ἃ δὲ δι' ἐλπίδα. περὶ μὲν οὖν ἐνυπνίων, τοσαῦτα εἰρήσθω. τὸ δὲ ὄνομα αὐτὸ κύριον, οὐχ οἱ ὑπνοῦντες αὐτὸ ὁρῶσι πάντες. ἐπεὶ ὄνειρος, ἔργον ὑπνούντων. ἀλλ' ἢ ἐφ' ὅσον μὲν ἐνύπνιον ἐστιν ἐνεργεῖ. παυομένου δὲ τῶν ὕπνων ἀφανίζεται. ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιόν τι ὤν, ἐνεργεῖ ἀεί, ὢν εἰς ἐπίστασιν προαγορεύσεως τῶν μελλόντων. καὶ μεθ' ὕπνον ἐνεργεῖς

ἐπάγων ταῖς ἐγχειρήσεσιν, ἐγείρειν τε καὶ ὀρεθίζειν τὴν ψυχὴν πέφυκε. διὰ ταῦτα καὶ τὸ ὄνομα τοῦτ' αὐτῷ τεθῆ τις* ἀπ' ἀρχῆς, παρὰ τὸ εἴρειν ὅ ἐστι λέγειν. ὡς ὁ ποιητής,

Τὰ δέ τοι νημερτέα εἴρω.

Καὶ τὸν πτωχόν, Ἶρον ἐκάλεσαν οἱ Ἰθακήσιοι.

Οὕνεκ' ἀπαγγέλλεσκε κιών, ὅτε πού τις ἀνώγοι.

inducens aggressiones, excitare & concitare animam solet, atque ea gratia nomen ab ipsa re compromissa impositum habet. Siquidem ὄνειρος Græcis, ab ὄν id est verum, & εἴρειν quod est loquor componitur. Vnde & illud poëtæ est,

Τὰ δέ τοι νημερτέα εἴρω. id est,
Hæc tibi vera loquor.

Quin & mendicum Ithacenses Irum appellabant, propter ea quod *Insseret vt quisquam iam certus nuntius ibat.*

Περὶ θεωρηματικῶν, καὶ ἀλληγορικῶν. β'.

ΕΤΙ τῶν ὀνείρων, οἱ μὲν, εἰσὶ θεωρηματικοί. οἱ δὲ, ἀλληγορικοί. καὶ θεωρηματικοὶ μὲν, οἱ τῇ ἑαυτῶν θέᾳ προσεοικότες. οἷον πλέων τις ἔδοξε ναυαγεῖν καὶ διαπεπληγμένος ἐπιχειρεῖ οὕτως. ἐπεὶ γὰρ αὐτὸν ἀφῆκεν ὁ ὕπνος, παντελῶς ἀπώλετο τὸ σκάφος. αὐτὸς δὲ σὺν ὀλίγοις μόγις ἐσώθη. καὶ πάλιν τις ἔδοξε τετρῶσθαι πρὸς ἀνδρός, ᾧ μεθ' ἡμέραν συνεξελθεῖν εἰς θήραν προείρητο. καὶ δὴ συνεξελθὼν, ἐτρώθη ὑπ' αὐτοῦ παρὰ τὸν ὦμον, ἔνθα καὶ ὄναρ ἔδοξεν. Ἔτι δόξας τις ἀργύριον λαβεῖν παρὰ φίλου, ἕωθεν παρ' αὐτοῦ λαβὼν μνᾶς δέκα, καὶ παρακαταθήκην ἐφύλαξε. καὶ πολλὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Ἀλληγορικοὶ δὲ, οἱ δι' ἄλλων ἄλλα σημαίνοντες, αἰνισσομένης ἐν αὐτοῖς φυσικῶς τι καὶ τῆς ψυχῆς. ἐγὼ δὲ οἶμαι καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῶν, ὡς μάλιστα δυνατὸν ἐμοί, καθ' ἣν οὕτως ὁρῶνται καὶ ἀποβαίνουσι, καὶ τὸ ἔτυμον τοῦ ὀνόματος, εἰπεῖν. Πρῶτον μὲν οὖν εἰρήσεταί μοι, τίς ὅρος καθολικὸς ὀνείρου, οὐδὲν ἀντιθήσεως δεόμενος, εἰ μὴ πρὸς φιλονεικοῦντας λέγοιτο. Ὄνειρός ἐστι, κίνησις ἢ πλάσις ψυχῆς πολυσχήμων, σημαντικὴ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἢ κακῶν. τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, ὅσα μὲν ἀποβαίνει μεταξὺ χρόνου διελθόντος ἢ πολλοῦ ἢ ὀλίγου, ταῦτα πάντα δι' εἰκόνων ἰδίων φυσικῶν, τῶν καὶ στοιχείων καλουμένων, προαγορεύει ἡ ψυχὴ τὸν μεταξὺ χρόνον νομίζουσα ἡμᾶς δύνασθαι λογισμῷ διδασκομένους τὰ ἐσόμενα μαθεῖν. ὅσα δὲ τῶν γινομένων οὐδ' ἡντιναοῦν ἐπιδέχεται διωρίαν, μηδὲν ὑπὸ τ-

De speculatiuis & significatiuis somnijs. CAP. 2.

SOmniorum alia sunt speculatiua, alia allegorica, hoc est aliorũ significatiua. Speculatiua sunt quæ suæ ipsorum visioni correspondent. Velut, nauigans quispiam naufragiũ facere sibi visus est, & dum sic affectus esset, ita cõtigit: postquàm enim somnus ipsum reliquit, nauis penitus peribat, ipse verò cum paucis vix seruatus est. Et rursus. Visus est sibi quispiam sauciatus esse à viro, cum quo postridie venatum exire proposuerat: & sanè egressus, ab ipso sauciatus est iuxta humerum, quo loco & per somnium sauciari sibi videbatur. Amplius visus est sibi quispiam argẽtum ab amico accipere, & mane accepit ab ipso minas decem, & depositum insuper seruauit, & multa alia huiuscemodi. Allegorica autem somnia sunt, quæ alia per alia significant, anima ipsa naturaliter quippiam in ipsis obscurè indicante. Ego verò simul & causam ipsorũ ob quam sic videntur & eueniũt, & nominis originationem, pro virium mearũ facultate recẽsebo. Primum omnium igitur dicã, quę sit definitio somnij vniuersalis, contra quam nihil opponi potest, nisi aduersus contentiosos proferatur. Somnium est motus aut figmentum animæ multiforme, significatiuum futurorum bonorum aut malorum. Hoc autem sic habente, quæcunque quidem eueniunt medio tempore multo, aut modico interueniente, ea omnia per imagines proprias naturales, quæ etiam elementa appellantur, anima ipsa medio tempore prænuntiat, vt quæ existimet nos ratione edoctos posse futura discere. Quæcunque verò fiunt nulla mora temporis intercedente, vtpote

nihil differente eo quisque tandem is est qui nos ad inductionem ipsorum gubernat: in his nullam prædictionis vtilitatem nobis esse putans, quo tamē intelligamus ipsa antequam experientia discamus, ipsa per seipsa ostendit, nihil extraneorum expectans ad demonstrationem eorum quę imminere significātur, inclamās quodam modo vnicuiq; nostrum: respice hoc & animaduerte, ex me doctus maximè quatenus tibi possibile est. Atq; hoc ita habere confitentur omnes. Neque enim quisquam dicit quod non post visum ipsum talia eueniunt, ne modica quidem mora interposita, imò quædam ipsorum simul vt sūt intellecta, vt ita dixerim, viso adhuc detinente nos, perficiuntur. Vnde & appellationem sortita sunt nō præter rationem, simul visorum & euenientum. Sequitur porrò ad ipsa, ad insomnium quidē nō significatiuum, spectrum, de quo tum alij multi, tum Artemō Milesius, & Phœbus Antiochenus, disseruerunt. Ad somnium verò visum & oraculū. Nos autem libenter prætermittimus expositionem, quam quidā nimis subtiliter & anxiè sunt rimati, quandoquidem quæcunque non sunt manifesta qualia sunt, ea neq; expositorem aliquem intellectu assequi posse opinor. At verò Allegoricorum somniorum quinq; species quidā definiunt. Alia etenim propria dicunt, in quibus facere aut pati quis se existimat. Tunc enim ipsi soli qui vidit euenient, siue bona fuerint, siue mala. Alia autem aliena, in quibus alius nobis videtur agere aut pati. Illi enim soli euenient, siue bona fuerint, siue contraria. siquidem nouerit ipsum, & aliquo modo extiterit familiaris. Quæ verò communia appellantur, ea etiam nomen ipsum declarat, quod sint quæ cum quocunque tandem noto ac familiari in somnis fiunt. Quæcunque autem in portus, & muros, forumq; ac gymnasia, & communia vrbis donaria se extendunt, ea publica vocant. Solis postremum & Lunæ, & aliarum stellarū dissipationem, aut perfectum deliquium, terræq; ac maris indecentes subuersiones, affectus appellant mundanos, propriè autem somnia mundana vocantur. Sed tamen non habet se hoc modo simpliciter vniuersalis somniorum ratio, quādoquidem neque propria perpetuo his qui viderunt ea solis euenire cōtingit. Noui enim multa quæ patribus ac

θεμένου τοῦ ὅς τις ἐστὶν ὁ διοικῶν ἡμᾶς εἰς τὴν ἐπαγωγὴν αὐτῶν, οὐδὲν ὄφελος ἡγουμένης τῆς προρρήσεως ἡμῖν, εἰ μὴ συνήσομεν αὐτὰ πρὶν πεῖραν μαθεῖν, αὐτὰ δι' αὑτῶν δείκνυσιν. οὐδὲν τῶν ἔξωθεν εἰς ἐπίδειξιν ἀναμείνασα τῶν σημαινομένων. ὥσπερ τινὰ βοῶσα ἡμῶν ἑκάστῳ. θέασαι τοῦτο καὶ πρόσεχε δι' ἐμοῦ μαθεῖν μάλιστα, ὅσοι δυνατόν. καὶ τοῦτο οὕτως ἔχειν ὁμολογήσουσιν ἅπαντες. οὐ γάρ ποτε ἐρεῖ τις, ὡς οὐ μετὰ τὴν ὄψιν αὐτὴν ἀποβαίνει τά γε τοιαῦτα. οὐδὲ ὀλίγον διαλείποντα. ὥστε δὲ αὐτῶν ἔνια ἅμα νοηματικῶς εἰπεῖν, ἔτι τῆς ὄψεως κατεχούσης, περαιοῦται. ὅθεν καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχεν οὐκ ἀλόγως, ἅμα θεωρούμενα καὶ ἀποβαίνοντα. ἕπεται δὲ αὐτοῖς, τῷ μὲν ἐνυπνίῳ τὸ ἀσήμαντον, τὸ φάσμα, περὶ οὗ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ δὴ καὶ Ἀρτέμων ὁ Μιλήσιος, καὶ Φοῖβος ὁ Ἀντιοχεὺς διειλεγμένοι εἰσί. τῷ δὲ ὀνείρῳ, ὅραμά τε καὶ χρηματισμός. ἡμεῖς δὲ ἑκόντες παρήκαμεν τὴν περὶ αὐτοῦ εἰς λεπτὸν ἐξήγησιν, ἐπεὶ ὅσα μὴ ἔστι καταφανῆ οἷά ἐστιν, τούτοις ἡγοῦμαι μηδὲ ἐξηγουμένῳ τινὶ παρακολουθεῖν δύνασθαι.

Ἔτι τῶν ἀλληγορικῶν, ὁρίζονταί τινες εἶναι εἴδη. τοὺς μὲν γὰρ ἰδίους εἴπομεν, ἐν οἷς ἄν τις ὑπολάβοι δρᾶν, ἢ πάσχειν. τό τι γὰρ ἀποβήσεται αὐτῷ τῷ ἰδόντι μόνῳ, εἴτε ἀγαθὰ ὄντα τύχοι, εἴτε ἐναντία. τοὺς δὲ, ἀλλοτρίους, ἐν οἷς αὖ δοκεῖ ἄλλον ἐνεργεῖν ἢ πάσχειν. τῷ δὲ γὰρ ἀποβήσεται μόνῳ, εἴτε ἀγαθὰ ὄντα τύχοι, εἴτε ἐναντία. εἴπερ εἰδείη αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πόσον ὄντα συνήθη. ἃ δὲ κοινὰ, ταῦτα καὶ τὸ ὄνομα σημαίνει, τὰ μετὰ οὑτινοσοῦν γνωρίμου προφαινόμενα κατ' ὄναρ. ὅσα δὲ εἰς λιμένας καὶ τείχη ἀγοράς τε καὶ γυμνάσια, καὶ κοινὰ πόλεως ἀναθήματα ἀνατείνει, ταῦτα δημόσια καλοῦσιν. ἡλίου τε καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων ἀφανισμὸν, ἢ τελείαν ἔκλειψιν, γῆς τε καὶ θαλάσσης ἀκόσμους ἀνατροπὰς, πάθη προσαγορεύει κοσμικά. καλεῖται δὲ κυρίως οὕτως ὀνείρατα κοσμικά. ἔχει δὲ οὐχ οὕτως ἁπλῶς ὁ καθολικὸς αὐτῶν λόγος. ἐπειδὴ οὔτε τοὺς ἰδίους ἀποβαίνειν συμβέβηκε διηνεκῶς τοῖς ἰδοῦσι μόνοις, οὐδὲ τοὺς πολλοὺς καὶ

εἰς τοὺς παῖδας ἀποβαίνουσαι. οἷον ἔδοξέ τις ἀποθανεῖν· ἀπέβη τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀποθανεῖν. ὃς γὰρ ἦν ἄλλος αὐτὸς τοῦ καὶ σώματος καὶ ψυχῆς μετέχων τῆς αὐτῆς. καὶ πάλιν ἔδοξέ τις τετραχηλοκοπῆσθαι. ἀπέβη καὶ τούτῳ τὸν πατέρα ἀποθανεῖν. ὃς καὶ τοῦ ζῆν καὶ τοῦ φωτὸς αἴτιος ἦν. ὥσπερ καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ παντὸς σώματος. οἷον δὲ ἔστι καὶ τὸ τυφλωθῆναι. τέκνοις ὄλεθρον καὶ οὐχὶ τῷ ἰδόντι σημαίνει. καὶ πολλὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα εἴποι τις. ἀλλ' οὔτε τοῖς ἀλλοτρίοις μὴ οὐχὶ καὶ αὐτοῖς τοῖς ὁρῶσιν ἀποβαίνειν τις διελέγξειε τῇ πείρᾳ διδασκόμενος. οἷον ἔδοξέ τις τὸν πατέρα καταχαιόμενον ἰδεῖν. ἀπέβη ἀποθανεῖν αὐτὸν τὸν ἰδόντα. ἵνα διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ὡς εἰπεῖν δίκην πυρὸς ὑπὸ τοῦ πάθους καιόμενος ὁ πατὴρ διαφθείρηται. καὶ πάλιν ἔδοξέ τις τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ τελευτῆσαι καὶ μετ' ὀλίγον αὐτὸς ἀπεβίω, τῆς ἡδίστης αὐτοῦ χρήσεως ἀφῃρημένος. οἷον δέ ἐστι καὶ τὸ δοκεῖν νοσεῖν τὴν μητέρα ἢ τὴν γυναῖκα. ἀσθενεῖς καὶ ἀκόσμους τὰς ἀπὸ τῶν τεχνῶν παρέχον ἐργασίας. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ διαφωνεῖται τοῦτο. ἀλλὰ συμφώνως ἐοίκασι λέγουσι πάντες τὴν τέχνην, μητέρα μὲν, ἐπεὶ τρέφει. γυναῖκα δὲ, ἐπεὶ ἰδιαίτατον. ἔτι καὶ τοὺς φίλους ὁρᾶν. καὶ εἰ μὲν λυποῖντο, λύπας ποιοῦσι. εἰ δὲ χαίροιεν, ἡδονάς. ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ἔστι καὶ τοὺς κοινοὺς διελέγχειν ὀνείρους. ὡς καὶ αὐτῶν ἀπὸ κοινῶν, ἰδίας ἤδη τινὲς ἔσχον ἀποβάσεις. ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα ὡς οἱ παλαιοὶ διεῖλον, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὕτως ἔχει. τὰ δὲ ἑξῆς, σπανίως μὲν ἀλλ' οὖν ἔστιν ὅτε οὕτως ὡς ἡμεῖς φαμὲν γινόμενα, πλάνην τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς ἐμποιεῖ. διακριτέον δὲ περὶ αὐτῶν, ὧδε. τῶν ἰδίων ὅσα μὴ διατείνει πρὸς τοὺς πέλας, ἐν μόνοις τοῖς ὁρῶσι καὶ πρὸς μόνους ὄντα, καὶ μὴ πρός τινας καὶ διά τινας ἐνεργούμενα, ταῦτα τοῖς ὁρῶσιν ἀποβαίνει. ὡς τὸ λέγειν. ὡς τὸ ᾄδειν. ὡς τὸ ὀρχεῖσθαι. καὶ ἑξῆς. πυκτεύειν. ἀγωνίζεσθαι. ἀπαρτᾶν ἑαυτόν. ἀποθνήσκειν. σταυροῦσθαι. κολυμβᾶν. θησαυρὸν εὑρίσκειν. ἀφροδισιάζειν. ἐμεῖν. χέζειν. καθίζειν εἰς χρείας. θακεύειν. κοιμᾶσθαι. γελᾶν. κλαίειν. θεοῖς λαλεῖν. καὶ τὰ ὅμοια. τὰ δὲ, ἀμφὶ σῶμα, ἢ μέρος σώματι κεῖ. καὶ τὰ ἐκτός. οἷον κλινίδια.

filijs euenerunt. Velut visus est sibi quispiam mori, & contigit patrem ipsius vita decedere, qui erat alter ipse, quod & corpore & anima eadem participaret. Et rursus. Visus est sibi quis decollari, contigitque & huius patrem mori, qui & vitæ & lucis autor ipsi erat, quemadmodum caput totius corporis. Tale quid est & excæcari, filijs enim interitũ, & non ipsi qui vidit portendit. Multaq; insuper alia huiuscemodi quis recensere possit. Neq; verò aliena non etiam ipsis videntibus euenire quispiam adstruere & explanare potest, qui experientia est edoctus. Velut: Existimauit se quispiam videre patrem comburi, contigitq; mori ipsum qui visum hoc vidit, vt ob tristitiam ob ipsum conceptam, instar ignis, vt ita dicam, ab effectu exustus pater consumeretur. Et rursus, Existimauit quis amicã suam vita defunctam esse, & nõ ita multò post ipse vitam finiuit, iucundissimo sibi vsu priuatus. Tale quid est & videre matrem aut vxorem ægrotare, inualida & indecentia exhibens ac designans artium lucella. Neque enim dissonum est hoc, sed cõcorditer omnes asserũt, artem similem esse matri quidem quoniam nutrit, vxori verò, quoniam proprijssima res est. Insuper & amicos videre tale quid est, & si quidem tristantur, tristitiam facere, si verò gaudeant, voluptatem. Ab ipsis verò & communia somnia redargui possunt. Nimirũ quòd etiam ipsorum, pro communibus, proprios aliqui iam habuerunt euentus. At verò prima quidem vt plurimum sic habẽt, quemadmodum veteres distinxerunt. Sequentia verò, rarò quidem. Attamen cùm aliquando sic vt nos diximus euenientia, in errorem etiam eos qui magni hac parte habentur, inducant: distinguendum est sanè de ipsis hoc modo. Ex somnijs quæcunq; non extendunt se ad vicinos, in solis videntibus & ad solos existentia, & non ad quosdã & per quosdam effecta, ea videntibus eueniunt: velut sunt, dicere, canere, saltare, & deinceps pugilem esse, decertare, seipsum suspendere, mori, crucifigi, natare, thesaurũ inuenire, venerea exercere, vomere, desidere exonerãdæ alui gratia, sedere, dormire, ridere, plorare, cum dijs loqui, & similia. Quæ verò circa corpus sunt, aut corporis partem, & circa externa, velut lectulos,

lectulos, aut arculas, aut cistas, & aliam supellectilem vestitúmq; & similia, quamuis propria sint, sæpe tamen solent etiam vicinis euenire, iuxta necessitatis & vsus proprietatem. Sic caput refertur ad patrē, pes ad seruum. Dextra manus ad matrem, ad filium, amicum, fratrem. Sinistra manus ad vxorem, & matrem, & amicam, & filiam ac sororem. Pudendum ad parentes, vxorem, & liberos. Sura ad vxorem & amicam. Reliqua verò singula, vt ne longius sermo producatur, eodem modo sunt consideranda. Ex communibus autē & alienis somnijs, quæcunq; per nos, & ad nos solos fiunt, nobis ipsis propria putentur. Quæ verò non ad nos, aut per nos fiunt, ea omnia alijs euenient. Verum si fuerint amici, & ea quæ significantur fuerint bona, illis contingent, nobísq, ex parte gaudium & voluptas. Si verò mala fuerint, hæc quidem itidem illis euenient, nobis verò tristitia, & non omnino propter illorum mala, sed iam quædam propria tristitia nos vexabit. Quòd si contra hostes fuerint, etiam his contraria coniectare oportet. At verò de publicis somnijs itémq; mundanis sic sentio. De his sanè de quibus aliquis non fuit curiosus, nemini somniū occurret, quandoquidem neq; de proprijs quorum quis curam non habuit, vllus aliquis somnium vidit. Cæterùm præter virium facultatem paruum aliquem suscipere magnarum rerum speculationē impossibile est. Ratione enim cōuinci potest, & hæc somnia priuata esse & videntibus euenire. Nisi si sanè rex, aut princeps, aut magnatum aliquis viderit, his enim & communium cura incumbit, & speculationem de ipsis suscipere possunt, nō vt idiotæ & priuati homines, quibus pauca concredita sunt, verùm vt domini, & qui pro quarundam rerum successu prospero curam gerunt, quod ipsum etiam poëta de ipsis testatur, vbi senibus in concione de somnio Agamemnonis disceptantibus sic ait:

Si quis enim ex vulgò vidisset somniū Achiuus,
Medacē argueremus & aduersaremur id omnes,
Nunc vidit princeps qui cunctos vicerit vnus.

Vult enim dicere, Si quidem ex priuatis aliquis Achiuorum somnium dixisset, nō quidem ipsum narrantem mētiri putaremus, sed somnium ipsum falsum esse duceremus, & nobis non euenturū, & pro-

ἢ κιβώτια, ἢ κιστίδια. καὶ τὰ ἄλλα σκεύη, ἐσθῆτά τε καὶ τὰ ὅμοια. καί τοι ἴδια ὄντα, πολλάκις φιλεῖ καὶ τοῖς πέλας ἀποβαίνειν, κατ' οἰκειότητα τῶν χρειῶν. οἷον κεφαλὴ, εἰς πατέρα· πούς εἰς δοῦλον. δεξιὰ χεὶρ εἰς μητέρα, εἰς υἱὸν, φίλον, ἀδελφόν. ἀριστερὰ χεὶρ, εἰς γυναῖκα, καὶ μητέρα, καὶ φίλην, καὶ θυγατέρα, καὶ ἀδελφήν. αἰδοῖον, εἰς γονεῖς. καὶ γυναῖκα· καὶ τέκνα. κνήμη, εἰς γυναῖκα, καὶ φίλην. Τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστον ἵνα μὴ μακρολογῶμεν, οὕτω σκοπητέον. Τῶν κοινῶν τε καὶ ἀλλοτρίων, ὅσα μὲν δι' ἡμᾶς τε καὶ πρὸς ἡμᾶς μόνους γίνεται, ἡμῶν αὐτῶν ἴδια νομιζέσθω. ἃ δὲ μὴ πρὸς ἡμᾶς ἢ δι' ἡμᾶς, ταῦτα τοῖς ἄλλοις ἀποβήσεται. ἀλλ' εἰ μὲν εἴησαν φίλοι, καὶ τὰ σημαινόμενα ἀγαθὰ γένοιτ' ἂν ἐκείνοις· ἡμῖν τε ἀπὸ μέρους χαρά τε καὶ ἡδονή. εἰ δὲ κακὰ εἴη, ταῦτα μὲν ἐκείνοις. ἡμῖν δὲ λύπη. οὐ πάντως δὲ διὰ τὰ ἐκείνων κακά· ἀλλ' ἤδη τις ἴδια. ἐχθρῶν δὲ ὄντων, τὰ τούτοις ἐναντία τεκμαίρεσθαι χρή. αὐτὰρ δὴ καὶ δημοσίων ὀνείρων τε καὶ κοσμικῶν, ὧδε ἔχω λέγειν. τὰ μὲν ὑπὲρ ὧν τις οὐ πεφρόντικεν, ὑπὲρ τούτων οὐδεὶς ὄψεται. ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ ἰδίων ὧν ἤδη τινὲς μὴ φροντίσαντες, ὀνείρους εἶδον. τὸ δὲ παρὰ δύναμιν ἀναδέξασθαι μικρὸν ὄντα μεγάλων πραγμάτων θέαν, ἀδύνατον. διελέγχεται γὰρ τὸν λόγον ἰδίων ὄντων καὶ τούτων ὀνείρων, καὶ εἰς τοὺς ὁρῶντας ἀποβαινόντων. εἰ μὴ ἄρα βασιλεὺς, ἢ ἄρχων, ἢ τις τῶν μεγιστάνων ἴδοι. τούτοις γὰρ καὶ πεφρόντισται τὰ κοινά. καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ὄψιν ἀναδέξασθαι δύνανται· οὐχ ὡς ἰδιῶται μικρὰ πεπιστευμένοι· ἀλλ' ὡς δεσπόται καί τινων πραγμάτων ἐπιμελούμενοι ὑπὲρ εὐδαιμονίας. ὅπερ καὶ ὁ ποιητὴς περὶ τούτων λέγει. περὶ τοῦ ὀνείρου τοῦ Ἀγαμέμνονος διαλαμβανόντων αὐτῶν ἐν τῇ βουλῇ τῶν γερόντων.

Εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε,
Ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.
Νῦν δ' ἴδεν, ὃς μέγ' ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.

Βούλεται γὰρ λέγειν· εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἰδιώτης ἔλεγεν, οὐχὶ ψεύδεσθαι αὐτὸν τὸν λέγοντα ἡγούμεθα· ἀλλὰ ψευδῆ εἶναι τὸν ὄνειρον αὐτὸν, καὶ ἡμῖν οὐκ ἀποβησόμενον. διὸ καὶ ἀπο-

γενόμενα αὐτοῖς ἂν τὸ προσέχειν. νυνὶ δὲ ἀμήχανον μὴ οὐχὶ ἀποβῆναι ἡμῖν, ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς εἶδεν. ἀλλὰ φησὶν ὅτι ἤδη τινὲς ἰδιῶται καὶ πένητες, εἶδον ὀνείρους δημοσίους. οὓς προκηρύξαντες ἢ γράψαντες καὶ προθέντες, ἐπιστεύθησαν, τῷ τὰς ἀποβάσεις ἐοικέναι τοῖς ὀνείροις. λανθάνοντες αὐτοὺς ὅτι μὴ ἐγνώκασι τὸ δέον. οὐ γὰρ ἑνὸς ἰδόντος ἀπέβη ποτὲ ἰδιωτικὸς ὄνειρος εἰς τὸ κοινόν· ἀλλὰ πολλῶν κατὰ τὸ αὐτό· ὧν οἱ μὲν, δημοσίᾳ ἀναγορεύουσιν. οἱ δὲ, ἰδίᾳ ἕκαστος. καὶ γίνεται οὐκ ἰδιώτης ὁ ἰδών· ἀλλὰ καὶ στρατηγοῦ, καὶ ἄρχοντος οὐδὲν ἥττων. ὅμως ἀγαθοῦ μὲν ἐσομένου κοινοῦ πολλοῖς, μυρίους ἔστιν ἀκοῦσαι λεγομένους ὀνείρους. οἳ σημαίνουσι τὸ μέλλον. ἄλλος ἀλλοίᾳ καὶ διαφόρῳ ὄψει. οὕτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων. ἐὰν δὲ μὴ πολλοὶ, εἷς δέ τις ἴδῃ, οὐ δίκαιον ἂν εἴη μόνον ἀναδέξασθαι τὴν ἀπόβασιν. εἰ μή τις εἴη τῶν στρατηγῶν, ἢ ἄλλην ἀρχὴν ἐχόντων, ἢ ἱερεὺς, ἢ μάντις τῆς πόλεως. ἀρέσκει δὲ ταῦτα καὶ Νικοστράτῳ τῷ Ἐφεσίῳ. καὶ Πανυάσιδι τῷ Ἁλικαρνασεῖ, καὶ γνωριμωτάτοις ἀνδράσιν ἐλλογίμοις.

Περὶ εἰδῶν ὀνείρων. γʹ.

ΕΤΙ δὲ λέγουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, ὅτι δεῖ κρίνειν αἴτια, τὰ, φύσει, νόμῳ. ἔθει, τέχνῃ, ὀνόμασιν. χρόνῳ. οὐ παρεντεθεικότες ὅτι φύσει βλεπόμενα τῶν οὐχ ἑπομένων φύσει, ἀγνότερα τοῖς ὁρῶσιν, εἰ μὴ χρηματεύει διὰ τὰς ὑποκειμένας τοῖς πράγμασιν ὑποστάσεις. γίνεται γὰρ ὡς τοῖς εὐπόροις τὸ ἄσωτον. καὶ τοῖς πάνυ μυστικώτερα πράττουσιν, ἡμέραι καθαραί. καὶ νυκτὸς ἐπίσημος ἀστέρων χορός. ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐπιτολαί καὶ τὰ παραπλήσια. καὶ τὰ κατὰ τὸ ἔθος οὐ πάντως ἁρμόζει ταῖς τῶν καιρῶν ἐπιμιξίαις οἰκειούμενα, τούτοις ἑξῆς ὅμοια καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων ἔχω λέγειν. δεῖ δὲ καὶ τῆς συμμετρείας στοχάσασθαι.

pterea auerteremus Achiuos omnes, vt ne huic animum aduerterent. Nunc verò impossibile est, vt non eueniat nobis, quandoquidem id ipsum rex vidit. Alij porrò aiunt, quòd iam quidam priuati & pauperes publica somnia viderint, quibus annuntiatis aut scriptis & propositis fides habita sit, propterea quòd euentus ipsis somnijs responderint, atq; illi interim nō vident, ac ne cogitant quidem de decoro. Neq; enim vnquam euenit somnium in cōmune, quod ab vno priuato visum est, sed quod à multis, & simul, quorum alij publicè & ex officio annuntiāt, alij singuli priuatim, & fit hoc modo is qui vidit nō priuatus, sed & duce exercitus & principe nihilo minor. Attamen vbi bonum aliquod affuturum est commune multis, infinita quis somnia recenseri audire potest, quæ sanè futurum significant, alia alia & diuersa visione. Atq; hoc modo etiam in contrarijs contingere potest. Si verò non multi, sed vnus aliquis videat, non æquum fuerit vnum solum spondere ac cōpromittere euentum, si non fuerit dux exercitus aliquis, aut aliàs principatum aliquem obtinuerit, aut fuerit sacerdos, aut ciuitatis vates. Atq; hæc etiā Nicostrato Ephesio placēt, & Panyasi Halicarnasseo, viris celeberrimis & omnino eximijs.

De Somniorum Speciebus.

CAP. 3.

QVi circa somnia interpretandi artem præcipui habentur hoc amplius tradunt, quod iudicare oportet pro prosperis, quæ cōueniunt naturæ, legi, consuetudini, arti, nominibus, & tempori, non præmeditantes quod ea quæ naturæ conuenienter videntur, grauiora sunt vidētibus, quàm ea quæ non videntur naturæ congruenter, nisi commodent propter subiectas rebus substantias. Contingunt enim velut egenis prodigalitas, & his qui arcana faciunt, puri & clari dies, & noctu conspicuus stellarum chorus, Solísq; ac Lunæ exortus, & consimilia. Quin ea quæ iuxta consuetudinem fiunt, non omnino conueniunt temporum mixturis appropriata. Atq; his similia sunt quæ de alijs sentio. Oportet autem & æquabilitatis atq; symmetriæ coniecturam facere.

De sex Elementis. CAP. 4.

CVm sint sanè sex prædicta elementa non omnino vniuersalia, multo risu excepti sunt quidam ab hominibus. Nam alij hæc sex, octo & decẽ, alij centum, alij ducenta & quinquaginta fecerunt, & meritò sanè ridentur, quãdo tot recensentes, vitare nõ possunt, quin ea ipsa ex sex prædictis existent, aut ad aliquod ipsorum referantur. Hæc quidem igitur ad complementum eorũ quæ à veteribus defectuosè dicta sunt, abundè dicta sunt. Duos porrò modos vniuersales simul suscipere oportet, alterum generalem, primum, alterũ specialem, secundum, & priorem quidem in hunc modum.

De Modo generali. CAP. 5.

SOmniorum alia multa per multa prædicunt, alia pauca per pauca, alia multa per pauca, alia pauca per multa. Multa itaque per multa sic. Visus est sibi quispiam volare, ac deferri ex animi sui sententia ad propositum scopum, ad quem peruenire destinarat. Deinde vbi istic esset, pennas habere se existimauit, & vnà cum auibus commigrare, & postea rursus ad domum suam reductus esse. Huic ipsi euenit vt à domo discederet, ob volatũ nimirum & propositum: & vt ea quæ magno studio destinarat, perficeret, propterea quòd à proposito scopo non aberrasset: & sanè cùm abundè ditatus esset, quãdoquidem diuites pennas habere dicimus, & in peregrina regione versatus, propterea quòd aues non eiusdem generis essent, ita domum suam rediuit. Pauca verò per pauca sic. Visus est quispiam sibi, aureos oculos habere, is excæcatus est, propterea quòd aurum oculis minimè proprium existat. Multum autẽ per pauca, velut verbi gratia: Existimauit quis se proprium suum nomen perdidisse. Huic euenit vt tum filium perderet, non quòd sic rem pretiosissimam solum perderet, sed quòd etiam eodem nomine filius vocaretur: tum verò etiam omnẽ possessionem. Cùm enim litibus ei intentis in ius vocatus esset, reus peractus & damnatus est, postulatus ob publica delicta, ignominiaq; affectus, & fugitiuus factus, seipsum suspẽdens vitam finiuit, vt neq; mortuus nomen haberet.

Περὶ τῶν ἓξ στοιχείων. δʹ.

ΟΝτων δὴ τούτων τῶν ἓξ στοιχείων οὐ πάντων καθολικῶν, πολὺς γέλως παρῆλθεν εἰς ἀνθρώπους, ὑπὸ τῶν ταῦτα τὰ ἕξ, τῶν μὲν, δεκαοκτώ. τῶν δὲ, ἑκατόν, τῶν δὲ, διακόσια πεντήκοντα λεγόντων, ἐπειδὴ ὅσα λέγωσιν οὐ διαφεύγει τὸ μή τινος τῶν ἓξ εἶναι. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐνδεῶς εἰρημένων ἱκανῶς εἴρηται. δύο δὲ τούτοις τρόπους καθολικοὺς ἅμα δέξασθαι χρή. τὸν μὲν γενικόν, πρῶτον. τὸν δ᾽ ἰδικόν, δεύτερον. τὸν μὲν οὖν πρότερον, τοῦτον τὸν τρόπον.

Περὶ τρόπου γενικοῦ. εʹ.

ΤΩΝ ὀνείρων οἱ μὲν, πολλὰ διὰ πολλῶν προαγορεύουσιν. οἱ δὲ, ὀλίγα δι᾽ ὀλίγων. οἱ δὲ, πολλὰ δι᾽ ὀλίγων. οἱ δὲ, ὀλίγα διὰ πολλῶν. πολλὰ μὲν οὖν διὰ πολλῶν, Ἔδοξέ τις πέτεσθαι ἀράμενος ἐκ τῆς οἰκείας διανοίας προτεθειμένον σκοπὸν, ἐφ᾽ ὃν ἐσπουδάκει γενέσθαι. εἶτα γενόμενος ἐπ᾽ αὐτῷ, πτερὰ ἔχειν ἔδοξε, καὶ συναποδημεῖν τοῖς ὀρνέοις. καὶ μετὰ ταῦτα κατηχθῆναι πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν. ἀπέβη αὐτῷ, τούτῳ, μεταστῆναι τῆς οἰκίας, διὰ τὴν πτῆσιν καὶ τὰ προκείμενα. καὶ μάλιστα τὰ ἐσπουδασμένα αὐτῷ πρᾶξαι, διὰ τὸ μὴ τοῦ σκοποῦ ἡμαρτηκέναι. καὶ δὴ εὐπορήσας ἱκανῶς, ἐπειδὴ τοὺς εὐπόρους, πτερὰ φαμὲν ἔχειν, καὶ ἐν ξένῃ διατρίψας, διὰ τὸ μὴ ὁμογενῆ ὄρνεα, οὕτως εἰς τὴν οἰκίαν κατῆρεν. Οἱ δὲ ὀλίγα δι᾽ ὀλίγων, ἔδοξέ τις χρυσᾶ ἔχειν ὄμματα· ἐτυφλώθη. διὰ τὸ μὴ ἴδιον ὀμμάτων εἶναι τὸ χρυσίον. Οἱ δὲ πολλὰ δι᾽ ὀλίγων, ὡς ἔδοξέ τις τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἀπολωλεκέναι. ἀπέβη αὐτῷ, τοῦτο μὲν τὸν υἱὸν ἀπολέσαι· οὐχὶ τὸ τιμιώτατον ἀπολέσαι μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι τὸ αὐτὸ ὄνομα καλεύμενος ἐτύγχανεν ὁ παῖς. τοῦτο δὲ καὶ τὴν κτῆσιν ἄθροον· δικῶν τινῶν αὐτῷ γραφεισῶν, ἐφ᾽ αἷς ἑάλω φεύγων γραφὰς δημοσίων ἀδικημάτων. ἄτιμός τε καὶ φυγὰς γενόμενος, ἀναρτήσας ἑαυτὸν, ἐτελεύτησε τὸν βίον. ὡς μὴ δὲ ἀποθανὼν ἔχειν ὄνομα.

τούτοις γὰρ μόνοις ἐν νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προσήκοντες. δῆλον οὖν παντὶ γένοιτ' ἄν, ὅτι πάντα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀπέβη, τῷ τὸν αὐτὸν ἐπέχειν λόγον. Οἱ δὲ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, Ἔδοξέ τις τὸν Χάρωνα παίζειν σύν τινι ἀνδρὶ ψήφοις. αὐτὸς δὲ σπουδάζειν τῷ ἀνδρί. καὶ ἐπὶ τούτῳ ληφθέντα τὸν Χάρωνα, χαλεπαίνειν τε καὶ διώκειν αὐτόν. τὸν δὲ, ἀποστραφέντα φεύγειν. ἀφικόμενον δὲ εἰς ξενοδοχεῖον, ὃ ἐπώνυμον Κάμηλος, εἰς δωμάτιον εἰσδραμόντα, ἐπιζυγῶσαι τὰς θύρας. τὸν μὲν οὖν δαίμονα ἀναχωρῆσαι ἀπιόντα. τῶν μηρῶν δὲ τὸν ἕτερον φῦσαι πόαν. τούτῳ ἐγένετο πάντων τὸ σημαινόμενον ἓν ἀποτέλεσμα. πεσούσης γὰρ τῆς οἰκίας ἔνθα ᾤκει, καὶ συρραγέντων ἐπ' αὐτὸν ξύλων, συνετρίβη τὸν μηρόν. καὶ κατεάγη. καὶ γὰρ ὁ Χάρων ψήφοις παίζων, λόγον τὸν περὶ θανάτου προηγόρευεν. μὴ καταλαβὼν δὲ, μὴ ἀποθανεῖσθαι μὲν ἐδήλου. κινδυνεύσειν δὲ τῷ ποδὶ, διὰ τὴν δίωξιν. καὶ τὸ ξενοδοχεῖον Κάμηλον καλούμενον, τὸν μηρὸν κατάξειν. ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον τὸ καλούμενον κάμηλον, μέσους κάμπτει τοὺς μηροὺς ἐπιτεμνόμενον τῶν σκελῶν, τὸ ὕψος ἐπίτυμος κεκλημένος. κάμηλος οἱονεὶ κάμμηρος ὥς φησιν Εὔηνος ἐν τοῖς εἰς Εὔνομον ἐρωτικοῖς. ἡ δὲ ἐκφῦσα πόα, μηκέτι ἐνεργὸν ὄντα τὸν μηρὸν ἕξειν. ἐκ γῆς ἀκινήτου φιλοῦσα ἀναφύεσθαι. καὶ τούτων εἴ τις ἀγαθὸς εἴη λογιστὴς τὴν ἐξαρίθμησιν, ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχουσαν εὕροι ἄν.

Περὶ τοῦ εἰδικοῦ. ς'.

ΤΟΥ δὲ εἰδικοῦ καὶ αὐτοῦ τετραχῆ διαιρεθέντος, οἱ μὲν, κατὰ τὸ ἐντὸς καὶ κατὰ τὸ ἐκτὸς εἰσὶν ἀγαθοί. οἱ δὲ, κατ' ἄμφω κακοί. οἱ δὲ, κατὰ τὸ ἐντὸς ἀγαθοί, κατὰ δὲ τὸ ἐκτὸς, κακοί. οἱ δὲ, κατὰ μὲν τὸ ἐντὸς κακοί, κατὰ δὲ τὸ ἐκτὸς καλοί. ἀκουστέον δὲ ὀνείροις ἐντὸς μὲν κατὰ τὴν ὄψιν. ἐκτὸς δὲ, κατὰ τὴν ἀπόβασιν. οἷον κατ' ἀμφότερα εἰσὶν ἀγαθοί, οἱ τοιοῦτοι. θεοὺς ὁρᾶν ὀλυμπίους ἱλαρούς, μειδιῶντας, διδόντας τι ἢ λέγοντας ἀγαθόν. αὐτοὺς ἢ ἀγάλματα αὐτῶν ἐξ ὕλης τῆς ἀσήπτου πεποιημένα. ὁμοίως γονεῖς, φίλους,

Hos enim solos in mortuorum cœnis cognati & affines non nominant. Ex quo omnibus cōspicuun. fit, quòd omnia hæc ab eodem somnio euenerunt, propterea quòd eandem rationẽ obtinerent. Pauca postremũ ex multis sic. Existimauit quis Charonem tesseris ludere cum viro quodam, & se viri partibus fauere, atq; ea gratia Charonem superatum irasci & persequi ipsum, se verò auersum fugere, perueniréq; in hospitium, à camelo denominatum, & ingressum in ædes fores occludere. Dæmonem quidem igitur abire, alterum verò suum femur herbã producere. Horum omnium vnus quispiam est indicatus euẽtus. Collapsa enim domo in qua habitabat, & collisis in ipsum lignis attriuit femur, ac confregit. Etenim Charon tesseris ludens, rationem mortis prænuntiauit: cùm verò non prehenderet, non moriturum quidem significabat, pede autem periclitaturum propter persequutionem. Et hospitium camelus appellatum, femur ipsum fracturum esse portendit, quãdoquidem etiam animal camelus appellatum media femora curuat, vtpote iuxta crurum altitudinem cōcisum ac decurtatum, vnde & etymon ac originatio eius appellationis Græcis est κάμηλος, quasi κάμμηρος, hoc est, curuans femora, quemadmodum ait Euenus in amatorijs ad Lunomium. At verò herba enascens, non amplius validum & actuosum femur habiturum indicauit, vt quæ ex terra immota enasci solet. Atq; horum si quis diligens extiterit æstimator, enumerationem in omnibus sic habentem reperiet.

De Modo speciali. CAP. 6.

SOmnium speciale itidẽ quadrifariam diuiditur, suntq; alia & intus & extra bona, alia vtrinq; mala alia intus bona, extra mala, alia intus mala, extra bona. Accipienda sunt autem somnia, intus quidem iuxta visionem, extra verò iuxta euẽtum, velut verbi causa vtrinq; bona sunt talia. Deos olympios videre hilaros, ridentes, dantes aliquid boni aut dicentes, ipsósq; aut statuas ipsorum ex materia imputrescibili factos. Similiter parentes, amicos,

famulos domum augentes, & pretiosiorē possessionem, & corporis iucundum adspectum robúrq; ac similia. Horum enim cùm iucundissima sit visio, multò magis iucundus ipsorum fit euentus. Contra vtrinque mala sunt huiusmodi, putare de loco prærupto cadere, aut in prædones incidere, aut cyclopem videre, aut antrum ipsius resolutū esse, aut ægrotare, aut perdere quid eorum quorum magno studio tenemur. Qualiter enim affecta est anima circa visionem ipsorum, tales etiam euentus contingere solent. At verò intus bona, extra mala huiusmodi sunt. Visus est sibi quispiam cum Saturno cœnare, & postridie in carcerem coniectus est. Cœnæ etenim cum deo, verisimile est iucundam esse visionem, vinculorum autem & carceris non ita. Amplius existimauit quis se à sole panes duos accipere, & tot sanè dies superuixit. In tantum enim præfinitum tempus, victus ipsi à deo datus sufficiebat. Insuper & aureum esse sibi videri, & thesauros reperire, & à mortuo accipere vnguentum, aut rosam, aut similium quiddam, ad eandem partem referendum est. Porrò intus mala, extra bona talia habentur, velut fulmine feriri sibi videri, pauperem, & seruum, aut eū qui instituit nauigationem, aut qui singulari certamine cōgressurus duellúmque commissurus est, bonum est. Ex his enim primus ditatus, alter libertatem assequetur, tertius vētum secundum habebit. Quarto autem nuptię portenduntur. Súntq; talium somniorum visiones quidem ipsæ malæ, euentus verò boni.

οἰκέτας οἶκον αὔξοντας, καὶ πολυτελεστέραν κτῆσιν, καὶ σώματος ἡδεῖαν ὄψιν. ἰσχύν τε καὶ τὰ ὅμοια. τούτων γὰρ ἡδίστης ὑπαρχούσης τῆς θέας, πολὺ μᾶλλον ἡδίονα αὐτῶν τὰ τέλη γίνεται. κατὰ δὲ ἀμφότερα κακοί, οἱ τοιοῦτοι, κατὰ κρημνῶν πεσεῖν οἴεσθαι. ἢ λῃσταῖς περιπεσεῖν· ἢ κύκλωπα ἰδεῖν. ἢ τὸ ἄντρον αὐτοῦ παραλελύσθαι. ἢ νοσεῖν, ἢ ἀπολλύειν τι τῶν ἐσπουδασμένων. οἷα γὰρ τὰ πάθη γίνεται τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν θέαν αὐτῶν, τοιαύτας καὶ τὰς ἀποβάσεις γίνεσθαι φιλεῖ. κατὰ μὲν τὸ ἐντὸς ἀγαθοί, κατὰ δὲ τὸ ἐκτὸς κακοί, οἱ τοιοῦτοι. Ἔδοξέ τις σὺν τῷ Κρόνῳ δειπνεῖν. καὶ μεθ᾽ ἡμέραν εἰς τὸ δεσμωτήριον κατείρχθη. δείπνου μὲν γὰρ τοῦ σὺν θεῷ, εἰκὸς εἶναι ἡδεῖαν τὴν ὄψιν· δεσμοῦ δὲ καὶ εἱρκτῆς, οὐχ ἡδεῖαν. ἔτι ἔδοξέ τις παρὰ τοῦ ἡλίου ἄρτους λαβεῖν δύο. τοσαύτας ἡμέρας ἔζησεν. εἰς γὰρ τοσαύτην προθεσμίαν, ἡ τοῦ βίου χρῆσις παρὰ τοῦ θεοῦ δοθεῖσα ἤρκει αὐτῷ. ἔτι καὶ τὸ χρύσεον εἶναι δοκεῖν, καὶ τὸ θησαυρὸν εὑρίσκειν, καὶ τὸ παρὰ νεκροῦ λαμβάνειν μύρον, ἢ ῥόδον, ἢ τῶν ὁμοίων τι, εἰς τὴν αὐτὴν ἀνακτέον μοῖραν. οἱ δὲ κατὰ μὲν τὸ ἐντὸς κακοί, κατὰ δὲ τὸ ἐκτὸς ἀγαθοί, οἱ τοιοῦτοι. κεραυνοῦσθαι δοκεῖν πένητα ὄντα καὶ δοῦλον, ἢ μέλλοντα πλεῖν, ἢ μονομαχεῖν, ἀγαθόν. τούτων γὰρ ὁ μὲν [illegible] ἐλευθερίαν, ὁ πλοῦν οὔριον ἕξει. οἱ δὲ, γάμον προσημαίνουσι. καὶ εἰσὶν αὐτῶν αἱ μὲν ὄψεις, κακαί. αἱ δὲ ἀποβάσεις, ἀγαθαί.

De Curiosis, & diuinis somnijs.

CAP. 7.

MEditari oportet quòd ea quæ curiosis de re aliqua, & qui somnium à dijs petiuerunt, apparēt curis dissimilia, ea ipsa significāt aliquid eorum quæ proposita habent: quandoquidem ea quę cogitationibus similia apparent nihil significant, & insomniorum generis existunt, velut superiori sermone est ostensum. appellantur autem à quibusdam talia curiosa & petitoria. Quæ verò de nulla re curio-

Περὶ μεριμνηματικῶν καὶ θεοπέμπτων. ζ'.

Suræ & posteriore & anteriore sui parte eadem genibus significant. Tali verò & pedes summi reliqua quidem æqualiter genibus significant: Verùm in eo quod non libertos, sed seruos significant, differunt. Plures pedes habere bonum est mercatoribus & nauclero, pluribus enim seruis imperabũt: bonum est & omni qui mercede seruos alit. Nauis autem gubernatori quietem & tranquillitatem significat, pluribus enim pedibus vtetur nauem remis impellendo. Bonum est & pauperi, seruos enim acquiret. Diuiti autem morbum præsagit, vt non solum sui ipsius pedibus, sed & baiulantium ipsum vtens plures habere videatur. Multos verò hoc somnium cęcos fecit, vt præuio duce vterentur, & maleficos in vincula coniecit, quò videlicet cum custodibus, & non soli procederent. Noui autem quendam qui visus est sibi, reliquo toto corpore quieto manēte, pedes suos solos baiulare ac portare, & ne minimum quidem progredi, & tamen moueri. Contigit ipsi in exhauriēdam sentinam damnari: Nam hauriētibus

contingit, vt trāsigant opus tanquam ambulent, semper autem in eodem loco maneant. Sed & alius quidam putauit de pedibus suis profluere aquam, & contigit vt in sentinam damnaretur cùm maleficus esset: atque hoc modo de pedibus ipsius aqua profluxit. Quandoquidem alius nō maleficus homo eodem somnio viso in aquam intercutem incidit. At verò pedes ardentes videre omnibus ex æquo malū est, & amissionem & pessundationē bonorum significans, imò etiam filiorum & seruorum. Filij enim æque vt serui parentibus famulantur, curántque ipsos veluti famuli: quæ res multos somniorum interpretes fefellit, qui existimauerunt solos seruos per pedes significari. Cursoribus porrò conducit somnium, vbi decertaturi ipsum viderint: Citò enim & vt ita dicam ex igne rapient crura.

De Tergo. CAP. 51.

TErgum & omnia posteriora senectæ significationem habere iudicamus, vnde aliqui & rectè Plutonis propria ipsa appellant. Proinde quales se quis habere putauerit posteriores partes, talis eueniet ipsi senecta.

De Alteratione. CAP. 52.

IN somnijs de alteratione primū oportet quantitatem, quæ circa magnitudinem consistit, considerare. Deinde qualitatem, quæ circa materiam attenditur. Tertio qualitatem quæ circa ideam cōsistit, quę propria formę existit. Et in somnijs quidem iuxta quantitatem, siue ex paruo magnum factum esse, siue ex priore magnitudine maiorem, bonum est si non vltra humanū modum quis magnus factus sibi videatur. Non enim corporis, sed actionum augmentum somniū significat, & rei familiaris eius qui somnium vidit. At verò supra humanum modum magnum factum esse sibi videri mortem ei qui vidit portendit. Et si quis filiolum suum paruum existentem in virum euasisse putabit, morietur filiolus. Graue est & somnium seni in adolescentem trans-

ναι. καὶ γὰρ τοῖς ἀντλοῦσι συμβέβηκε διαβαίνειν μὲν ὡς βαδίζουσιν, ἀεὶ δὲ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. ἔτι καὶ ἄλλος ἔδοξεν ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ ῥέειν ὕδωρ, καὶ συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι ὄντι πανούργῳ, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἔρρευσεν ὕδωρ. ἐπεὶ ἕτερός γε τὸν αὐτὸν ἰδὼν ὄνειρον ἀπανοῦργος ὑδρωπίασε. τὸ δὲ δοκεῖν καιομένους ἰδεῖν τοὺς πόδας πᾶσιν ἐπίσης κακὸν, καὶ σημαίνει ἀποβολὴν καὶ διαφθορὰν ὑπαρχόντων, καὶ μὴν καὶ παίδων καὶ δούλων. ἐπίσης γὰρ καὶ οἱ παῖδες τοῖς θρέψασιν ὑπηρετοῦσί τε τοῖς γονεῦσι, καὶ θεραπεύουσιν αὐτοὺς ὥσπερ οἰκέται. ὅπερ τοὺς πολλοὺς ἔλαθε τῶν ὀνειροκριτῶν ἡγουμένους ὅτι οἱ πόδες μόνους οἰκέτας σημαίνουσι. δρομεῦσι δὲ συμφέρει ὅταν πρὸς ἀγῶνα ὄντες ἴδωσι. θᾶττον γὰρ καὶ ὡς εἰπεῖν ἐκ πυρὸς ἁρπάζουσι τὰ σκέλη.

Περὶ νώτου. να'.

ΝΩτα δὲ καὶ τὰ ὀπίσθια πάντα τοῦ γήρως εἶναι σημαντικὰ νομίζομεν. ὅθεν ὀρθῶς ἔνιοι καὶ πλούτωνος αὐτὰ καλοῦσιν ἴδια. τοιγαροῦν ὁποῖα ἄν τις αὐτὰ δόξειεν ἔχειν, τοιούτῳ χρήσεται τῷ γήρᾳ.

Περὶ ἀλλοιώσεως. νβ'.

ΕΝ τοῖς περὶ ἀλλοιώσεως σκοποῦντι χρὴ τὸ ποσὸν, ὅπερ κατὰ μέγεθος θεωρεῖται σκοπεῖν. δεύτερον τὸ ποιὸν, ὃ κατὰ τὴν ὕλην θεωρεῖται. τρίτον τὸ κατὰ τὴν ἰδέαν, ὅπερ ἴδιον τῆς μορφῆς. καὶ τοῖς μὲν τὸ ποσὸν τὸ ἐστι ἐκ μικροῦ μέγαν γενέσθαι, ἢ ἐκ τοῦ ὄντος μείζω, ἀγαθὸν, εἰ μὴ ὑπὲρ ἄνθρωπόν τις μέγας δόξειε γενέσθαι. οὐ γὰρ τὸ σῶμα ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐξῆσαι σημαίνει τὸ ὄναρ, καὶ τὸν βίον τοῦ ἰδόντος. τὸ δὲ ὑπὲρ ἄνθρωπον μέγαν δοκεῖν γεγονέναι θάνατον τῷ ἰδόντι σημαίνει. καὶ εἴ τις τὸ ἑαυτοῦ παιδίον βραχὺ ὂν ἄνδρα δόξει γεγονέναι, τεθνήξεται τὸ παιδίον. δεινὸν δὲ καὶ πρεσβύτῃ τὸ εἰς νεανί-

σκον μεταβάλλειν, καὶ νεανίσκῳ τὸ εἰς παῖδα, ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὸ ἀτιμότερον μεταβάλλει. ἀγαθὸν δὲ καὶ παιδὶ εἰς νεανίσκον, καὶ ἀνδρὶ εἰς γέροντα μεταβάλλειν. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὸ ἐντιμότερον μεταβάλλει. εἰ δὲ νεανίσκος εἰς γέροντα μεταβάλλοι, τεθνήξεται μὲν οὐχ ὡς ὁ παῖς, νοσήσει δέ. καὶ ἀνὴρ εἰς παῖδα εἰ μεταβάλλοι, ἀφρόνως πραγματευσάμενος βλαβήσεται, τὸ γὰρ ποιητικὸν ὀρθῶς εἰρήσεται. αἰεὶ δ᾽ ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. Τὸ δὲ ποιὸν τῆς μεταβολῆς ὧδε ἔχει. εἰ μέν τις ἐς γυναῖκα μεταβάλλοιτό ποτε ἀνὴρ πένητι μὲν ἀγαθὸν καὶ δούλῳ, ὁ μὲν γὰρ ἕξει τὸν θρέψοντα αὐτόν, ὥσπερ γυνή, ὁ δὲ ἀπονώτερον δουλεύσει. μικρότεροι γὰρ οἱ γυναικῶν πόνοι. πλουσίῳ δὲ πονηρόν, καὶ μάλιστα πολιτευομένῳ. ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ οἰκουροῦσιν αἱ γυναῖκες. διὸ παραλύει πάσης ἀρχῆς τὸν ἰδόντα τὸ ὄναρ. τοῖς δὲ σωμασκοῦσι νόσον σημαίνει, θηλύτεραι γὰρ αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν. εἰ δὲ γυνὴ εἰς ἄνδρα μεταβάλλοι ἄγαμος μὲν οὖσα, γαμηθήσεται, καὶ ἄπαις οὖσα τεκνώσει ἄρρεν, καὶ οὕτως εἰς τὴν ἀνδρείαν μεταβάλλει φύσιν. ἄνδρα δὲ ἔχουσα καὶ υἱὸν χήρα διατελέσει, οὐ γὰρ ἀνδρὶ ἀνδρός, ἀλλὰ γυναικὸς δεῖ. δούλῳ δὲ τὸ ὄναρ πλείονα τὴν δουλείαν ἐπάγει. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἑταίρᾳ, ὁ μὲν γὰρ ἐπιπλεῖον ὡς ἀνὴρ τοὺς πόνους ὑφέξει, ἡ δὲ παύσεται [illegible] τῆς πορνείας. εἰ δέ τις ἀργύρεος ἢ χρύσεος εἶναι δόξειεν ἀνὴρ ἢ γυνή, δοῦλος μὲν ὢν πραθήσεται, ἵνα ἀπαργυρωθῇ, ἢ ἀποχρυσωθῇ. πένης δὲ εὐπορήσει, ἵνα ἀεὶ αὐτοῦ γένηται ἡ τοιαύτη ὕλη. πλούσιος δὲ ἐν ἐπιβουλαῖς ἔσται, πάντα γὰρ τὰ χρύσεα καὶ ἀργύρεα ἐπιβούλους ἔχει πολλούς. νοσοῦντι δὲ θάνατον προαγορεύει παντὶ δὴ τοῦτο τὸ ὄναρ, ὥσπερ καὶ τὸ χάλκεον δοκεῖν γεγονέναι, πλὴν ἀθλητοῦ καὶ δούλου. ὁ μὲν γὰρ ἀνδριάντος τεύξεται, ὁ δὲ ἐλευθερωθήσεται, χάλκεαι γὰρ εἰκόνες τῶν ἐλευθέρων ἀνατίθενται. τὸ αὐτὸ δὲ σημαίνει καὶ εἰκόνα τις ἑαυτοῦ ἢ ἀνδριάντα ἴδῃ χαλκοῦν ἐν ἀγορᾷ κείμενον. τὸ δὲ εἰς σίδηρον μεταβάλλειν συμφορὰς ἀτλήτους σημαίνει, ἃς ὑπομείνας ὁ ἰδὼν εἰς γῆρας ἀφίξεται.

mutari, & adoleſcenti in puerum, vterque enim ipſorum in peius & ignobilius tranſijt. Cæterum bonum eſt puero in adoleſcentem, & viro in ſenem permutari, vterque enim ipſorum in meliorem & honorationem ſtatum tranſijt. Si verò adoleſcens in ſenem permutetur, non quidem morietur velut puer, verùm ægrotabit, & ſi vir in puerum permutetur, imprudenter in rebus agendis ſe gerens damnum perpetietur, & in ipſum poëticum illud rectè dicetur: *Sunt ſemper ſuſpenſa virorum corda minorum.* Porrò qualitas permutationis ſic habet. Si quis in mulierem tranſmutetur qui antea vir fuit, pauperi quidē bonum eſt & ſeruo, alter enim habebit qui ipſum enutriet velut mulier: alter verò minore labore ſeruiet, minores enim ſunt mulieri labores: Diuiti verò malum, & maximè Rempublicam adminiſtranti: Vt plurimum enim domus cuſtodes & intra tectum verſantes ſunt mulieres, quapropter ſomnium omni magiſtratu exuit eum qui id vidit. Corporum autem exercitatoribus morbū ſignificat, fœminoſiores enim ſunt mulieres viris. Si verò mulier in virum mutetur, ſi quidem innupta fuerit virum reperiet, & ſi liberis caruerit maſculum pariet, atque ſic in virilem naturam tranſibit. Si verò virum habeat & filium vidua vitam traducet: Non enim viro opus eſt viro ſed muliere. Seruæ autem & ancillæ ſomnium maiorem ſeruitutem inducit. Bonū eſt & meretrici, illa enim vt vir amplius labores ſuſtinebit: Hæc verò à quæſtu meretrico ceſſabit. Si porrò quis vir aut mulier, argenteus aut aureus eſſe ſibi videatur, ſi quidem ſeruus eſt vendetur: quo videlicet argentum & aurum fiat. Si verò pauper ditabitur, vt ſit circa ipſum talis materia. Diues autem in inſidijs erit, omnia enim aurea & argentea multos inſidiantes habent. Ægrotanti autem omni mortem prędicit hoc ſomnium, velut etiam ęreum ſe factū putare, præterquam athletæ & ſeruo. Ille enim ſtatuas aſſequetur, hic verò libertatem nanciſcetur: Æreæ enim imagines & ſtatuæ liberorum eriguntur. Idem ſignificat etiam ſi quis imaginem ſuam aut ſtatuam æream in foro poſitam videat. At verò in ferrum permutari calamitates intolerabiles ſignificat, quibus tolerādis ad ſenectam perueniet is qui ſomnium vidit:

Ferreos enim appellamus qui multa mala sustinent. Cæterùm luteum aut testaceũ factum esse sibi videri omnibus mortem denuntiat, exceptis his qui per terram aut lutum quæstum faciũt. Lapideum factum esse vulnera & concisiones significat: Neque enim possibile est absque ferro aliquem lapideum fieri. Eodem modo & de alia materia iudicare oportet. Si verò in animal quis permutetur, ab animalis natura iudicationum cõiecturam facere oportet, de qua re in sermone de venatione secũdus liber edocebit. Omnibus ex æquo bonam esse obseruaui pulchritudinem, & corporis bonam habitudinem, ac robur vbi non supra humanum modum excesserint ista: Quoniam superexcellẽter pulchrum esse, & nimis decorum sibi videri, aut robustum similem euentum habent, velut esse turpem, aut resolutum esse, aut viribus destitutum, quæ sanè ægrotãtibus quidem mortem, amantibus autem rem infectam & proditionem significant.

De doctrina artium, opificiorúmque ac studiorum. CAP. 53.

IN vniuersum autem in omnibus infallibile hoc est. Quæcunque quis didicit & edoctus est, & exercuit, & facit opera siue artes, ea per somniũ operari & exercere, & propositum assequi omnibus bonum est. Quæ enim quis mente volutat perficiet, & pro animi voto cõsummabit. Verùm successu fraudari malum est: Cõtraria enim voluntati significat. Quæcunque verò quis neque didicit, neque exercuit, si per somnium facere sibi videatur, si quidem ei res succedit bonum est: Si verò vix assequitur operosum, & ad irritum laborem omnis propositi etiam ludibriũ consequitur. Cæterùm particulatim hoc ferè modo habet. Agriculturam exercere, aut seminare, aut arare, aut plãtare bonum est vxorem quærentibus, & non habentibus liberos: Aruum enim nihil aliud est quàm mulier: Semina autem & plantæ liberi, triticũ quidem filij, hordeum verò filiæ & abortus. Reliquis morbos & malas affectiones significat. Et si quis ægrotet in domo eius qui somnium vidit morietur. Nam semina & plantæ velut etiam ægri defodiuntur. Metere autem & vin-

σιδηρέους γὰρ λέγομεν τοὺς πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας. πήλινον δὲ ἢ ὀστράκινον γεγονέναι πᾶσι θάνατον σημαίνει, χωρὶς τῶν διὰ γῆς ἢ πηλοῦ ἐργαζομένων. τὸ δὲ λίθινον δοκεῖν γεγονέναι τραύματα καὶ κατακοπὰς τῷ ἰδόντι σημαίνει· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἄνευ σιδήρου λίθινόν τινα γενέσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ὕλης ἐκλαμβάνειν δεῖ. εἰ δὲ εἰς θηρίον μεταβάλοι τις, ἀπὸ τῆς τοῦ θηρίου φύσεως τεκμαίρεσθαι χρὴ τὰς κρίσεις· δείξει τὸ τοιοῦτον ἐν τῷ περὶ κυνηγίου λόγῳ ἡ δευτέρα βίβλος. ἀγαθὸν δὲ ἐπίσης πᾶσιν ἐτήρησα τὸ κάλλος καὶ τὴν τοῦ σώματος εὐφυΐαν καὶ τὴν ἰσχύν, ὅταν μὴ ὑπὲρ ἄνθρωπον εἴη ταῦτα. ἐπεὶ τὸ ὑπερβαλλόντως καλὸν εἶναι, καὶ δοκεῖν εὐπρεπῆ ἢ ἰσχυρὸν ἐπίσης τῷ αἰσχρὸν εἶναι ἢ παραλελύσθαι ἢ μὴ ἰσχύειν ἀποβαίνει. ἃ δὴ θάνατον μὲν τοῖς νοσοῦσιν, ἀπραξίαν δὲ καὶ προδοσίαν τοῖς ἐρωμένοις δηλοῖ.

Περὶ διδασκαλίας τεχνῶν καὶ ἔργων καὶ ἐπιτηδευμάτων. νγ΄.

ΤΟ δὲ καθόλου καὶ ἐπὶ πάντων ἀπαραίτητον τοῦτό ἐστιν. ὅσα τις ἔμαθε καὶ ἐδιδάχθη καὶ ἐπιτηδεύει καὶ ποιεῖ ἔργα ἢ τέχνας, ταῦτα καὶ ὄναρ ἐργάζεσθαι καὶ ἐπιτηδεύειν καὶ τυγχάνειν τοῦ προκειμένου ἀγαθὸν πᾶσιν. ἃ γάρ τις ἐν νῷ ἔχει πράσσει, καὶ κατὰ προαίρεσιν αὔξει. ἀποτυγχάνειν δὲ μοχθηρόν, τὰ γὰρ ἐναντία τῇ προαιρέσει σημαίνει. ὅσα δέ τις οὐ μαθὼν οὐδὲ ἐπιτηδεύσας κατ' ὄναρ δοκεῖ ποιεῖν, ἐπιτυγχάνοντι μὲν ἀγαθόν, δυσεργὲς δὲ μόλις ἀποτυγχάνοντι, πρὸς δὲ τῇ ματαιοπονίᾳ παντὸς τοῦ προκειμένου καὶ χλεύη ἀκολουθεῖ. τὰ δὲ κατὰ μέρος ὧδέ πως ἔχει. γεωργεῖν ἢ σπείρειν ἢ ἀροτριᾶν ἢ φυτεύειν ἀγαθὸν τοῖς γῆμαι προαιρουμένοις καὶ τοῖς ἄπαισιν. ἄρουρα γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ γυνή. σπέρματα δὲ καὶ φυτὰ οἱ παῖδες, πυροὶ μὲν υἱοί, κριθαὶ δὲ θυγατέρες, ἐξαμβλώματα. τοῖς δὲ ἄλλοις νόσους καὶ κακοπαθείας σημαίνει. καὶ ἐάν τις νοσῇ κατὰ τὸν οἶκον τοῦ ἰδόντος τεθνήξεται. τὰ δὲ σπέρματα καὶ τὰ φυτὰ ὥσπερ καὶ οἱ ἀποθανόντες κατεχώννυνται. θερίζειν δὲ καὶ τρυγᾶν καὶ

κλαδεύειν κατὰ μὲν τὸν τοιοῦτον καιρὸν ὁρώμενα τὰς πράξεις καὶ τὰς ἐγχειρήσεις πάσας εἰς ἐκεῖνον καιροῦ καὶ ὥρας ἀναβάλλεται. κυβερνᾷν δὲ πᾶσιν ἐὰν μὲν καθορμίζωνται καλῶς, ἢ διασώζωνται ἀκινδύνως ἀγαθόν, οὐκ ἄνευ τινὸς φόβου καὶ πόνου ἐσόμενον. ἐὰν δὲ χειμάζωνται ἢ ναυαγῶσιν, ὑπερβολὴ κακῶν ὡς ἐγὼ παρεφύλαξα. σκυτεύειν δὲ ἀγαθὸν πᾶσι τοῖς κατὰ νόμον ζῶσι διὰ τὰ μέτρα, καὶ τοῖς γῆμαι ἢ κοινωνῆσαι θέλουσι διὰ τὰς ῥαφὰς καὶ τοὺς ἁρμούς. τὸ δὲ βυρσοδεψεῖν πᾶσι πονηρόν. νεκρῶν γὰρ ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης, καὶ τῆς πόλεως ἀπῴκισται, ἐπεὶ καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὴν ὀδμήν. ἰατροὺς δὲ ἰδεῖν καὶ χαλεπώτατον ἁπάντων. χρυσοχοεῖν δὲ πανουργίας περὶ τὸν ἰδόντα σημαίνει διὰ τὰ ὑποκείμενα τῷ ἰῷ, καὶ τοὺς ὑποπεπλεγμένους ὅρμους. πλάσσειν καὶ πυξογλυφεῖν καὶ τορνεύειν, καὶ ποιεῖν ἀγάλματα ἀγαθὸν μοιχοῖς καὶ ῥήτορσι καὶ πλαστογράφοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἀπατῶσι, διὰ τὸ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δεικνύειν τὰς τέχνας ταύτας. τοῖς δὲ λοιποῖς περιβοήσεις σημαίνει, καὶ ὄχλων συνδρομάς, διὰ τὸ τὰ ἔργα ταῦτα πολλοῖς ἐπιδείκνυσθαι.

Περὶ τοῦ χαλκεύειν. νδ΄.

Χαλκεύειν δὲ καὶ παρεστάναι ἄκμονι ταραχὰς καὶ δίκας τῷ ἰδόντι σημαίνει. τῷ δὲ γῆμαι βουλομένῳ εὔνουν μὲν τὴν γυναῖκα διὰ τὰς φύσας, συμπνέουσι γάρ, μάχιμον δὲ διὰ τὰς σφύρας, ἠχοῦσι γάρ. περὶ δὲ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἔχοντα τὰ ὑποδείγματα ὁμοίως συμβάλλειν χρὴ πρὸς τὰς ὑποστάσεις ἀμφοτέρων, τάς τε τῶν τεχνῶν, καὶ τὰς τοῦ ἰδόντος. ἔτι κἀκεῖνο, ὅσα σημαίνουσιν αἱ τέχναι ἐάν τις αὐτὰς ἐργάζεσθαι δόξῃ τὰ αὐτὰ σημαίνουσι καὶ οἱ τεχνῖται ὁρώμενοι, καὶ τὰ ἐργαστήρια αὐτῶν, καὶ τὰ ἐργαλεῖα μικρᾶς ἐπὶ τῶν ἐργαλείων ὑπεξαιρέσεως τηρουμένης, ὅσα γὰρ τέμνει καὶ διχάζει, ταῦτα πάντα διχονοίας καὶ στάσιν καὶ βλάβας σημαίνει, ὅσα δὲ τῶν ἐργαλείων ἑνοῖ ἢ συνδεῖ, ταῦτα ὠφελείας καὶ γάμους καὶ κοι-

demiare ac putare quocunque tandem tempore huiusmodi quis facere sibi videatur, actiones & aggressus omnes in illud ipsum tempus ac horam differűt, quo ea ipsa fieri solent. Gubernare nauē omnibus bonum est, siquidem probè succedat, & citra periculum perducantur, non tamen vt sine timore & labore sit successurum. Si verò tempestatibus diuexentur aut naufragium faciant, ingens malorum excessus denuntiatur, quam rem ego sæpe obseruaui. Coriariam artē exercere omnibus iuxta legem viuentibus bonum est ob mēsuras: bonum est & nuptias aut sodalitatem instituere volentibus. propter suturas & iuncturas. Verùm coria tingere omnibus malum est: Nam mortua corpora tractat coriarius tinctor, & ab vrbe semotus habitat: Quin & occulta reuelat propter odorem. At verò medicos videre pessimum omnium est. Aurifusorem esse maleficia circa eum qui vidit significat ob venena, quę sub manibus habet & monilium implicationes. Plasticen exercere, & buxum tornare, & sculpere, & statuas facere bonum est mœchis, & rhetoribus, & falsarijs, & omnibus fraudulosis hominibus: Propterea quòd hæ artes ea quæ non sunt velut vera & existentia ostentent. Reliquis celebritatē nominis, & turbarũ concursus significat, propterea quòd hæc opera multis ostendantur.

Artem fabrilem ferrariam exercere. CAP. 54.

ARtem fabrilem ferrariam exercere, & incudi adstare turbas & lites ei qui vidit portendit: Verum si quis nuptias celebrare velit, ei benignam vxorem præsagit, atque id propter folles: Ipsi enim conspirant: sed & pugnantem habebit propter malleos, sonum enim hi edunt. Porrò circa alias artes, iuxta hęc exempla similiter coniectationem facere oportet, ita vt ad vtriusque substantias respectus habeamus tum ipsarum artium, tum eius qui vidit. Sed & illud obseruare oportet: Quòd quęcunque significant artes si quis ipsas operari videatur, eadem significant etiam artifices visi, & ipsorum officinæ, ac instrumēta, modica exceptione in instrumentis seruata: Quæcunque enim secant & diuidunt, ea omnia discordiam, & seditionem, ac damnum significant: Quæ verò vniunt aut colligant, ea vtilitates & nuptias, &

sodalitates prædicunt, verùm peregrè proficisci prohibent: Quæ autem leuigant, inimicitias sedant: Quæ dirigunt aut directionem indicant, occulta reuelãt. Quapropter etiam Geometriam ad huiuscemodi aptam indico: Itemque geometras per somnium visos.

De Literis. CAP. 55.

Literas discere eum qui ipsarum ignarus est bonum est, prænuntiat enim quiddam ei qui vidit affuturum cũ labore & timore: Nam & timent, & simul laborant, qui literas discunt, & tamen ob vtilitatem discũt. Si verò quis literarum gnarus literas rursus discat malum & absurdũ censendum est, puerile enim est discere: quapropter rerũ ac actionum improsperum successum cum timoribus & laboribus significat. Soli verò ei qui filium sibi nasci cõcupiscit bonum hoc est somniũ: Non enim ipse, sed filius qui ex ipso nascetur, literas discet. Si verò quis Græcas literas discat ex Romana gente, aut Romanas generis Græci, alter ad Romana, alter ad Græca exercitia & cõuersationes perueniet. Et sanè multi Romani Græcas vxores, & vicissim Gręci Romanas duxerunt ab hoc somnio viso. Noui quendam qui existimauit se Romanas literas discere, & in seruitutem damnatus est: Nullus enim Græcus in seruitute docendus emãdatur. Cæterum Barbaras literas legere bene ac dispositè in Barbaras nationes transgressum, in eisque conuersationem significat, atque istic splẽdidum quiddam designare. Verùm malè legere literas barbarorum etiam malè inter barbaros conuersaturum esse significat, aut ægrotum deliraturum esse, atque hoc ob vocis peregrinitatem. Qualescũque autem literas quis neque scribere neque legere posse sibi videtur, rerum & actionum successu carebit, siquidẽ paucæ fuerint ad aliquot dies, sin multæ ad menses.

De Pubertate siue Tyrocinio. CAP. 56.

PVbescere id est puberum ac tyronum habitũ gestare si seruus sibi videatur, liber erit, quandoquidem solis liberis id

γωνίας προαγορεύει, ἀποδημεῖν δὲ κωλύει, ὅσα δὲ λεῖοι, τὰς ἔχθρας παύει, ὅσα δὲ ἀπευθύνει, ἢ τὴν εὐθεῖαν δείκνυσι, τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. διὸ καὶ τὴν γεωμετρίαν πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐπιτήδειον νενόμικα, καὶ τοὺς γεωμέτρας ὄναρ ὁρωμένους.

Περὶ γραμμάτων. νέ.

ΓΡάμματα μανθάνειν μὴ εἰδότα ἀγαθὸν, ἔστι γὰρ μετὰ πόνου καὶ φόβου τῷ ἰδόντι ἐσόμενον προαγορεύει. φοβοῦνται γὰρ ἅμα καὶ πονοῦσιν οἱ μανθάνοντες, πλὴν ἐπὶ τῷ συμφέροντι μανθάνουσιν. εἰ δέ τις εἰδὼς γράμματα πάλιν μανθάνει πονηρὸν καὶ ἄτοπον νομίζειν χρή, παιδαριῶδες γὰρ τὸ μανθάνειν. διὸ ἀπραξίας ἅμα τοῖς φόβοις καὶ πόνοις σημαίνει. μόνῳ δὲ τῷ ἐπιθυμοῦντι παιδὸς ἀγαθὸν τὸ τοιοῦτον, οὐ γὰρ αὐτὸς ἀλλ' ὁ ἐξ αὐτοῦ γενησόμενος παῖς μαθήσεται γράμματα. εἰ δέ τις ἑλληνικὰ μανθάνοι γράμματα ῥωμαῖος ὢν, ἢ ῥωμαϊκὰ ἕλλην, ὁ μὲν εἰς ῥωμαϊκὰς διατριβὰς, ὁ δὲ εἰς ἑλληνικὰς ἀφίξεται. πολλοὶ δὲ ἔγημαν ῥωμαῖοι μὲν ἑλληνίδας, ἕλληνες δὲ ῥωμαίας τοιοῦτον ἰδόντες ὄνειρον. οἶδα δέ τινα ὃς ἔδοξε ῥωμαϊκὰ γράμματα μανθάνειν, καὶ εἰς δοῦλον κατεκρίθη, οὐδεὶς γὰρ ἐν δούλῳ ἑλληνικὸν διδάσκεται. βαρβαρικὰ δὲ γράμματα ἀναγινώσκειν δοκεῖν καλῶς καὶ ἐκπρεπῶς εἰς βαρβάρους χώρας σημαίνει καὶ διατριβὰς ἀφικέσθαι, κἀκεῖ πρᾶξαί τι λαμπρόν. τὸ δὲ κακῶς ἀναγινώσκειν τὰ βαρβαρικὰ γράμματα καὶ κακῶς ἐν βαρβάροις ἀπαλλάξαι σημαίνει, ἢ νοσήσαντα παρακόψαι διὰ τὸ ξένον τῆς φωνῆς. οἷα δ' ἄν τις γράμματα μὴ δύνηται γράψαι ἢ ἀναγνῶναι, ἀπρακτήσει. καὶ εἰ μὲν ὀλίγα, πρὸς ἡμέρας. εἰ δὲ πολλὰ, πρὸς μῆνας.

Περὶ ἐφηβείας. ιϛ'.

ΕΦηβεύειν δοῦλος ἐὰν δόξῃ, ἐλεύθερος ἔσται, ἐπειδὴ μόνοις ἐλευθέροις ἐφηβεῖν

ὅτι νόμος. παντὶ δὲ χειροτέχνῃ καὶ ῥήτορι σχολὴν καὶ ἀργίαν εἰς ἐνιαυτὸν σημαίνει, χρὴ γὰρ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι καὶ τὴν δεξιὰν περιειλημμένην ἔχειν, διὰ τὸ ἀργὴν μὲν εἶναι καὶ πρὸς ἔργα καὶ πρὸς λόγους τὴν χεῖρα. πρὸς ἐνιαυτὸν δὲ εἶπον διὰ τὸν τῆς ἐφηβείας χρόνον. πρὸς τὸν τόπον ἐξετάζειν χρή. ἀποδημεῖν δὲ κωλύει, καὶ τὸν ἐπὶ ξένης ὄντα εἰς τὴν ἰδίαν ἐπάγει, ἐν δήμῳ γὰρ χρὴ εἶναι τὸν ἔφηβον. καὶ τῷ ἀγάμῳ γάμον προσημαίνει, νόμῳ γὰρ ἡ χλαμὺς περιτίθεται. νόμῳ δὲ καὶ ἡ γυνὴ γαμεῖται. καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκή, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει, εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτοῦ, οὐδαμῶς δὲ δούλην. εἰ δέ τις ἐπιθυμῶν παίδων, ἢ καὶ γεγονότα υἱὸν ἔχων ἴδοι τὸν ὄνειρον, οὐκ αὐτὸς ἀλλ' ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐφηβεύσει. ἀνδρὶ πρεσβύτῃ καὶ ὑπὲρ ἡλικίαν θάνατον μαντεύεται τὸ ὄναρ, καὶ τοὺς παρανομοῦντας ἐλέγχει. τοῖς δὲ δικαιοπραγοῦσι συμβαίνει· σχεδὸν γὰρ ἡ ἐφηβεία κανών ἐστιν ὀρθοῦ βίου ἴσος καὶ ὑγιοῦς. ἀθλητῇ δὲ πρὸ μὲν ἐγκρίσεως πονηρόν, ἐπειδὴ ἔκκρισιν ὡς ὑπὲρ ἡλικίαν προαγορεύει, οὐδὲ γὰρ εἰς μακρὰν ὁ ἔφηβος ἔσται ἀνήρ. παλαιστῇ δὲ καὶ ἀθλοῦντι τὸ μὴ καταλαβεῖν τὸν ἀγῶνα σημαίνει. εἰ δὲ καταλάβοιτο, μὴ ἀγωνίσασθαι, οὐ γὰρ ὑπερόριοι οἱ ἔφηβοι ἀγωνίζονται.

Περὶ γυμνασίων κατ' εἶδος. νζ'.

Τροχὸν ἐλαύνειν πόνοις περιπεσεῖν σημαίνει, ἐξ ὧν ἀπόλαυσις τῷ ἰδόντι περιέσται. ἁρπαστὸν δὲ καὶ σφαῖρα φιλονεικίας ἀπεράντους σημαίνουσι. πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἑταίρας ἔρωτα. ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρᾳ, διὰ τὸ μηδαμοῦ μένειν καὶ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν. ἁλτῆρες δὲ καὶ τὰ διὰ τούτων γυμνάσια τὸ μὲν παρὸν ἀπραξίας καὶ πόνους, αὖθις δὲ πράξεις μετὰ ῥᾳστώνης προαγορεύουσιν. ἔστι γὰρ τὸ τοιοῦ-

lege permissum est: Omnibus autem artificibus manuarijs, & rhetoribus otium & cessationem in annum significat. Oportet enim Ephebum siue Tyronem in chlamide manum dexterã inuolutam habere, propterea quòd minimè sit otiosa tum ad opera, tum ad sermones hęc manus. Dixi autem in annum propter pubertatis tempus, quod iuxta locũ expẽdere oportet. Cæterùm à peregrinando prohibet hoc somnium, & eum qui apud exteros degit, in patriam reducit: Nam Ephebus in populo sit oportet. Et à nuptijs libero nuptias portendit: Nam ex legis sancito chlamys circundatur: Et ex lege etiam vxor ducitur: Et si quidem chlamys fuerit alba, liberam ducet is qui somnium vidit: Sin nigra, libertam: Si purpurea, sese generosiorem: Nequaquam autẽ seruam. Si verò quis liberorum gignendorum desiderio captus, aut etiam iam natũ filium habens hoc somnium videat, non ipse sed filius ipsius pubescet, & pubertatis habitum geret. Viro seni & supra ætatem existenti mortem præsagit somniũ, & eos qui præter leges agunt prodit: Iuste autem agentibus prodest: Nam ipsa pubertas ferme regula est rectæ ac sanæ vitæ. Athletę autem antequam in ordinem lectus sit malũ est, quandoquidem emotionem ex ordine velut supra ætatem prædicit: Neque enim longè postea ephebus vir erit. Luctatori verò & certatori significat quod ad certamen non sit peruenturus: si verò perueniat, quod non sit decertaturus: Non enim decertant Ephebi extra patriæ terminos egressi.

De Gymnasiis secundum species

CAP. 57.

TRochum agitare laboribus implicatum iri significat, ex quibus tamen fructus ad eum qui somnium vidit perueniat. Harpastum & pila contentiones nunquam finiendas significant: Plerunq; etiam amorem erga meretrices: Similis est enim pila itémque Harpastum meretrici, propterea quod nullibi maneant, & ad multos perueniant. Arteres autem siue halteres & gymnasia ipsorũ propria in pręsens quidem improsperum actionũ successum & laboaes, rursus autem actiones cum quiete prædicunt. Est enim huiusmodi

iusmodi exercitium nihil aliud quàm manuum præparatio. Vtriculi verò, & scyphi, & translationes, & quæcunque alia eius generis exercitamenta puerilia, contentiones præsagiunt. At verò de lucta in tractatu de certaminibus dicemus, vt ne eadem bis scribamus.

De Certaminibus. CAP. 58.

BVccinare sibi videri tuba sacra, bonū est volentibus quibusdam congredi, & eis qui mancipia perdiderunt aut aliquos famulos. Nam in bello congregat hoc organum dispersos. Verùm occulta reuelat, ob soni magnitudinem, & ægrotos tollit. Compositum est enim ex osse & ære, per quæ prodit quidem spiritus, non autem reuertitur. Seruos & ministeriis addictos, seruitute liberat. proprium enim liberorum est instrumentum. At verò rotunda tuba buccinare, malum est. Neque enim sacrum est organum, sed bellicum, & alia omnia quæcunque per os dicit is qui hoc organo vtitur, in caput ipsius recurrunt, quare nemini litem intendere permittit. Qualecunque autem instrumentum quis inflari audiuerit, turbabitur. Si verò ipsam solum viderit tubam, vanum incurret timorem. Cæterùm præconem agere, eadem quæ buccinare significat. præterquam quòd seruos inuitis dominis liberat, & præconio publico liberatum iri dicit. Tibia canere tibiis præsertim pythicis, luctum significat, aut similem luctui tristitiam. Idem ægrotos occidit. Calamos inflare omnibus bonum est, item in libationibus ac sacrificiis canere, & psallere, & citharam pulsare, bonum est ad nuptias & sodalitatem, propter harmoniam. Verùm ad alias aggressiones & conatus malum & seditionum causa, propter intensionem. In plerisque etiam podagram innuit, propter neruos. Ipsum etiam cithara canere ad eandem rationem referendum est. Tragœdiam agere, aut tragica habere dramata aut figmenta, aut tragœdos audire, aut Iambica dicere aut facere, reminiscenti quidem dictorum, euentus omnes iuxta argumentum contentum fient, non reminiscenti autem erumnæ, pugnę, iniuriæ, & pericula euenient, & si quid

τοῦ γυμνάσιον οὐδὲν ἄλλο ἢ παρασκευὴ χειρῶν. θύλακοι δὲ καὶ σφαιρίδες καὶ ὑπάλματα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα γυμνάσια παιδικά, φιλονεικίας προαγορεύουσι. περὶ δὲ πάλης, ἐν τοῖς περὶ ἀγώνων ἐροῦμεν. ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ δὶς γράφωμεν.

Περὶ ἀγώνων. νη.

ΣΑλπίζειν δοκεῖν σάλπιγγι τῇ ἱερᾷ, ἀγαθὸν τοῖς βουλομένοις συγγενέσθαι τισί. καὶ τοῖς ἀπολελωκόσιν ἀνδράποδα. ἢ τινὰς τῶν οἰκετῶν· καὶ γὰρ ἐν πολέμῳ συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους τὸ ὄργανον τοῦτο· τὰ δὲ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ μεγαλόφωνον. καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀναιρεῖ. σύγκειται γὰρ ἐξ ὀστοῦ καὶ χαλκοῦ. δι' ὧν ἔξεισι μὲν τὸ πνεῦμα. οὐχ ὑποστρέφει δέ. δούλους δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐν ὑπηρεσίᾳ ὄντας, τῆς δουλείας ἐλευθεροῖ. ἴδιον γὰρ ἐλευθέρων τὸ ὄργανον. στρογγύλῃ δὲ σάλπιγγι σαλπίζειν, πονηρόν. οὐ γὰρ ἱερὸν τὸ ὄργανον, ἀλλὰ πολεμικόν. καὶ ἄλλα ὅσα τῷ στόματι λέγει, ὁ τῷ ὀργάνῳ τούτῳ χρώμενος, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀναβαίνει· ὅθεν οὐδὲ ἐγκαλεῖν τινι ἐπιτρέπει. ὅτι δ' ἂν ὄργανον σαλπίζον τις ἀκούσῃ, ταραχθήσεται. εἰ δὲ αὐτὸ μόνον ἴδοι, σάλπιγγα, κενῷ περιπεσεῖται φόβῳ. τὸ δὲ κηρύσσειν, τὰ αὐτὰ τῷ σαλπίζειν σημαίνει. πλὴν ὅτι τοὺς δούλους οὐ χάριτι τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῖ· ἀλλὰ ἀναφωνήσαντας ἐλευθερωθῆναι λέγει. αὐλεῖν δὲ πυθικοῖς αὐλοῖς, πένθος σημαίνει. ἢ ἀνάλογον πένθει λύπην σημαίνει. καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀναιρεῖ. καλάμοις δὲ αὐλεῖν, ἀγαθὸν πᾶσι, καὶ σπονδαυλεῖν. ψάλλειν καὶ κιθαρίζειν, πρὸς γάμους καὶ κοινωνίαν ἀγαθόν, διὰ τὴν ἁρμονίαν. πρὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐγχειρήσεις, πονηρόν. καὶ στάσεων αἴτιον, διὰ τὴν ἐπίτασιν. ἐν πολλοῖς δὲ καὶ ποδάγρας ᾐνίξατο διὰ τὰ νεῦρα καὶ τὸ κιθαρῳδεῖν, εἰς τὸν αὐτὸν καταντακτέον λόγον. τραγῳδεῖν δὲ ἢ τραγικὰ ἔχειν δράματα ἢ πλάσματα, ἢ τραγῳδῶν ἀκούειν, ἢ ἰαμβεῖα λέγειν, ἢ ποιεῖν, μεμνημένῳ μὲν τῶν εἰρημένων, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὰ ἀποτελέσματα ἀποβήσεται. οὐ μεμνημένῳ δέ, ταλαιπωρίαι καὶ μάχαι καὶ ὕβρεις καὶ κίνδυνοι. καὶ εἴτι

τούτων δριμύτερον ἢ ὠμότερον. τοιούτων γὰρ εἰσὶν αἱ τραγῳδίαι μεσταί. τὸ δὲ κωμῳδῶν ἀκούειν, ἢ κωμικὰ ἔχειν ἀναπλάσματα ἢ βιβλία, τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας, σκώμματα καὶ ταραχὰς καὶ στάσεις καὶ αἰσχρολογίας σημαίνει. τὰ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς κωμῳδίας, τὰ μὲν ἄλλα ἴσα τῇ τραγῳδίᾳ σημαίνει. τὰ δὲ τέλη χρηστὰ καὶ ἀγαθὰ προαγορεύει. τοιαῦται γὰρ αἱ ὑποθέσεις τῶν κωμικῶν δραμάτων. χοροὶ δὲ καὶ ὑμνῳδίαι, ὑποκρίσεις καὶ ἀπάτας σημαίνουσι. τὰ γὰρ οὐ προσόντα τινὶ, κέρδους χάριν ἰδίου, οἱ ποιηταὶ σεμνύνουσι. ποιητὰς δὲ καὶ ἐγκωμιογράφους καὶ πάντας λογοποιοὺς, εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς χοροῖς ἀνακτέον μοῖραν. οὐδὲν δὲ διαφέρειν ἡγοῦμαι, ἐάν τι αὐτὸς τι τούτων ποιεῖν ὑπολάβῃ, ἢ γινομένοις παρατυγχάνῃ. περὶ δὲ πυρρίχης καὶ ὀρχήσεως μεταστροφῆς, ἐν τοῖς περὶ στεφάνων ἐροῦμεν. ἔνθα καὶ περὶ ᾀσμάτων καλῶς ἔχει διαλαβεῖν· νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἱππικῶν καὶ γυμνικῶν ἑξῆς λέξομεν. ἵππον κέλητα ἐλαύνειν καλῶς πειθόμενον τῷ ῥυτῆρι καὶ αὐτῷ τῷ ἐλαύνοντι, ἀγαθὸν ἐπίσης πᾶσι. ἵππος γὰρ γυναικὶ μὲν καὶ ἐρωμένῃ, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον. ὅτι καὶ ἐπὶ κάλλει μέγα φρονεῖ, καὶ τὸν ἐλατῆρα βαστάζει. ὁμοίως δὲ ἐστὶ καὶ πλοίῳ. ἀμέλει μὲν γὰρ ἵππους καὶ ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε. καὶ ἡμεῖς δὲ τὸν Ποσειδῶνα ἵππιον καλοῦμεν. καὶ ὃν ἔχει λόγον ἐπὶ γῆς ἵππος, τὸν αὐτὸν ἐν θαλάσσῃ ναῦς. ὁμοίως δ' ἂν εἴη καὶ δεσπότῃ καὶ ἐργοδότῃ, καὶ φίλῳ τρέφοντι, καὶ παντὶ τῷ βαστάζοντι· ὅπως οὖν ὁ ἵππος τὸν ἰδόντα φέρει, οὕτω καὶ γυνὴ καὶ ἐρωμένη, καὶ δεσπότης καὶ φίλος, καὶ ναῦς, τὸν ἰδόντα διαθήσουσι. ξυνωρὶς οὐδὲν ἵππου κέλητος διαφέρει· εἰ μὴ τοῖς νοσοῦσι. θάνατον γὰρ αὐτοῖς προαγορεύει. ὥσπερ καὶ ἅρμα τέτρωρον. ὃ καὶ αὐτὸ τὰ μὲν ἄλλα ἐπίσης τῷ κέλητι σημαίνει. ἀθλητῶν δὲ τοῖς μὲν τὰ βαρέα καὶ μεγάλα ἀσκοῦσιν, ἀγαθὸν ἂν εἴη καὶ νικηφόρον. εἰσελάσουσι γάρ. τοῖς δὲ τρέχουσιν, ἧτταν σημαίνει. οὐ γὰρ ἱκανοὺς εἶναι τοῖς ποσὶ τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι φησὶ τὸ ὄναρ. φημὶ δὲ ἀγαθὸν ἐλευθέραις γυναιξὶν ἅμα καὶ παρθένοις πλουσίαις, τὸ διὰ πόλεως ἅρμα

etiam his grauius aut crudelius existit: Talibus enim Tragœdiæ sunt refertæ. At verò comœdos audire, aut comicos habere lusus siue libros, si quidem veteris comœdiæ fuerit, cauillos, & turbas, & seditiones & vituperia significat. Si verò nostræ ætatis comœdiæ erunt, reliqua quidem tragœdiæ similia significat, fines verò commodos & bonos prædicit. Eiusmodi enim sunt argumenta comicorum dramatum. Chori autem & hymni, simulationes & deceptiones significant. Quæ enim non adsunt alicui, proprij lucri gratia, poëtæ laudibus vehere solent. Poëtas verò & encomiorum scriptores, & dicendi artifices, in eundem cum choris locum referre oportet. Neque quicquã interesse arbitror, siue quis seipsum aliquid horum facere putet, siue iisdem dum fiũt adsit. At verò de pyrricha saltatione, & reliquo tripudij genere, vbi de coronis agemus, tractabimus, quo loco & de cantilenis agere commodum fuerit. Nunc verò de equestribus & gymnicis certaminibus cõsequẽter dicemus. Equũ desultoriũ, celetem Græcis appellatum, agitare, tum habenæ, tũ agitatori probè obedientem, ex æquo omnibus bonũ est. Equus enim eandem cum vxore & amica rationẽ habet. Nã & ob pulchritudinem superbit, & agitatorẽ gestat. Similis autem & nauibus equus est. Nã & poëta naues equos dixit. Et nos Neptunũ Hippion, id est equestrem vocamus: & sanè quã rationem in terra equus habet, eandem habet nauis in mari. Similis itẽ existit hero & operarũ imperatori, & amico nutrienti, & omni baiulanti. Quomodo igitur equus eum qui somniũ videt fert, sic etiã vxor, & amica, & herus, & amicus, & nauis, eũdem tractabũt. Bigæ similiter nihil à desultorio equo differũt, exceptis ægrotis, quibus mortẽ prædicunt quẽadmodũ etiã currus quadrigarius siue quadriga, quæ & ipsæ alia quidem æqualiter equo desultorio significant, verũ Athletis qui grauib. & magnis exercitiis exercentur, bonæ sunt, & victoriã prędicunt. agitatione enim & impulsu vtuntur. Cursoribus verò victoriæ amissionem significant Ait enim quodãmodo somniũ, ipsos non sufficiẽtes esse quo propriis pedibus vtantur. Cæterũm liberis mulieribus, simulq́ue virginib. opulentis, currũ per vrbẽ

agitare, bonum esse assero. bona enim sacerdotia ipsis acquirit. verùm pauperculis scortationem prænuntiat, si sibi per vrbem equis vectari videatur. Seruis autem libertatem, proprium enim liberis hominibus est per vrbem equitare. In vrbem equos agitare bonum est athletæ & ægrotanti. Ille enim sacrorum certaminum victor erit, hic verò non morietur. At verò ex vrbe agitare equos, vtrisque malum est. hic enim effertur, ille verò victor non erit. Currum autem per desertum agitare, omnibus quicunque hoc somnium viderint, mortem annuntiat non ita longè insecuturam.

De Pentathlo, siue Quinquertio. CAP. 59.

[illegible]

QVinquertium siue pentathlos, hoc est quinque gymnicorum certaminū generibus exerceri, obseruaui in omnibus primum quidem peregrinationē, aut motum ex loco in locum significare, atque id ob cursum. Deinde damnum aliquod, aut intempestiuos sumptus, aut expensas quasdam præter animi sententiam, propter discum, qui æreus existens è manibus abiicitur. Sæpe verò & anxietates & curas supra prædicta, ob saltus qui haltérum adminiculo fiunt. Exilire enim dicimus etiam eos qui in accidentibus derepentè anguntur. Insuper verò & pugnas & contētiones aduersus aliquos significat, propter iacula, & strepitum, & celeritatem, quæ verbis contentiosis similia existunt. Postremum etiam de locis aut terra contra quosdam litem, opulentis præsertim significat: egenis autem morbum, propter luctam. Horum causa sequenti sermone explicabitur.

De Cursu. CAP. 60.

CVrrere cursum simpliciter, omnibus bonum est, exceptis ægrotis vbi vincere se putauerint: omnes enim ad terminum propositum peruenient. Quapropter etiam serui liberantur ex hoc somnio. Ægroti verò vita decedētes hoc modo ad metem vitæ peruenient. Diaulus autem cursus, qui duorum stadiorum circuitionem habet, hoc est stadium per-

ἐλαύνειν. ἀγαθὰς γὰρ ἱερωσύνας αὐταῖς περιποιήσεται. πτωχαῖς δὲ πορνείαν· τὸ διὰ πόλεως ἱππάζεσθαι προαγορεύει. δούλοις δὲ ἐλευθερίαν· ἴδιον γὰρ ἐλευθέροις, τὸ διὰ πόλεως ἱππεύειν. εἰσελαύνειν δὲ εἰς πόλιν, ἀγαθὸν ἀθλητῇ καὶ νοσοῦντι. ὁ μὲν γὰρ ἱερονίκης ἔσται. ὁ δὲ τεθνήξεται. τὸ δὲ ἐξελαύνειν πόλεως, ἀμφοτέροις κακόν. ὁ μὲν γὰρ ἐξενεχθήσεται. ὁ δὲ, οὐ νικήσει. διὰ δὲ τῆς ἐρήμου ἅρμα ἐλαύνειν, παντὶ δήπουθεν τῷ ἰδόντι, θάνατον οὐκ εἰς μακρὰν ἐσόμενον προδηλοῖ.

Περὶ πεντάθλου. νθ.

ΤΟ δὲ πενταθλεῖν δοκεῖν ἐπὶ πάντων ἐτήρησα, ἀποδημίαν μὲν πρῶτον, ἢ τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον κίνησιν σημαίνειν, διὰ τὸν δρόμον. ἔπειτα δὲ ζημίας τινὰς ἢ δαπάνας ἀκαίρους. ἢ ἐξοδιασμούς τινας παρὰ γνώμην· διὰ τὸν δίσκον· ὃς χάλκεος ὢν, τῶν χειρῶν ἀπορρίπτεται. πολλάκις δὲ ἀνίας τε καὶ φροντίδας ἐπὶ τούτοις διὰ τὰ πηδήματα τὰ ἐν τῇ ἀγωνείᾳ· ἐξάλλεσθαι γὰρ φαμὲν καὶ τοὺς ἀνιωμένους ἐπὶ τοῖς προσπεσοῦσιν αἰφνίδιον. ἔτι δὲ καὶ μάχας καὶ ἀντιλογίας πρός τινας. διὰ τοὺς ἄκοντας καὶ τὸν ῥοῖζον, καὶ τὸ τάχος. ἃ λόγοις ἐοίκασιν ἐντόνοις. ἔπειτα περὶ τόπων ἢ γῆς πρός τινας μάχην, τοῖς εὐπόροις. τοῖς δὲ ἀπόροις, νόσον διὰ τὴν πάλην. τὴν δὲ αἰτίαν, ὁ ἐπιὼν λόγος δηλώσει.

Περὶ δρόμου. ξ.

ΤΡέχειν δὲ δρόμον, ἁπλῶς πᾶσιν ἀγαθόν. πλὴν νοσούντων, ὅταν γε νικᾶν ὑπολάβωσιν. οἱ μὲν γὰρ, ἐπὶ τέρμα τὸ προκείμενον ἀφίξονται. διὸ καὶ οἱ δοῦλοι ἐλευθεροῦνται ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ. οἱ δὲ, ἐπὶ πέρας τοῦ βίου τὸ ζῆν τελευτήσαντες ἀφίξονται. ὁ δὲ δίαυλος, τὰ αὐτὰ

τῷ σταδίῳ σημαίνει. ὧν ἐξ ὑπερθέσεως ἕκαστα ποιεῖν εἴωθεν. ὡς καὶ ὁ δόλιχος ἐκ πολλῶν ὑπερθέσεων ἐξαίρεται. μόναις δὲ γυναιξὶν ὁ δόλιχος, πορνείαν καὶ ἑταιρικὸν βίον δηλοῖ.

Περὶ * ἐγκρίσεως. ξα'.

Ἐγκρίνεσθαι δὲ δοκεῖν, πᾶσι κακόν. ἀθληταῖς δὲ πᾶσι μὲν οὐκ ἐπίσημον. διὰ τὴν τῆς ἐγκρίσεως ἡλικίαν. ἀνδράσι δὲ ἄπρακτον. παιδικὴ γὰρ ἡ ἔγκρισις. τὸ δὲ δοκεῖν ἐγκρίνεσθαι πάντας βλάπτον, ἔτι καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀναιρεῖ. οἶδα δέ τινα ὃς ἔδοξεν ὀλυμπιάσιν ἐγκρίνεσθαι. καὶ εἰς μέταλλον κατεκρίθη. διὰ τὸ τοῦ ἱεροῦ ἀγῶνος μὴ μετεῖναι αὐτῷ.

Περὶ πάλης. ξβ'.

Παλαίειν δέ τινι τῶν ἀφ' αἵματος ἢ φίλων, στασιάσαι πρὸς αὐτὸν ἢ φιλονεικῆσαι σημαίνει· ἐπὶ δὲ τῶν ἤδη στασιαζόντων, ὁποτέρου παλαίοντος κατ' ὄναρ ἡ νίκη γένοιτο, τούτου καὶ μεθ' ἡμέραν τὸ κράτος ἔσται. εἰ μὴ περὶ γῆς μάχοιντο. ἐν γὰρ ταῖς τοιαύταις ἀμφισβητήσεσιν, ἄμεινον πεσεῖν. εἰ μὴ καὶ ῥήσσων κάτωθεν τις εἴη. τοῦ γὰρ πρὸς τῇ γῇ ἐπικειμένου, καὶ ἡ γῆ γίνεται. οἶδα δέ τινα ὃς ἔδοξε παλαίειν. καὶ ἐκ δακτύλων δύο * περὶ μίαν τὸ λεγόμενον ποιήσας, ῥῆξαι τὸν ἀντίπαλον. τούτῳ συνέβη νικῆσαι. γραμμάτων ἐπιλαβομένῳ ὑπὸ τοῦ ἀντιδίκου γεγραμμένων. τὸ δὲ πρός τινα τῶν οὐ γνωρίμων παλαίειν, κινδύνους διὰ νόσον ἐπιφέρει. ὅπερ γὰρ ὁ παλαιστὴς βούλεται τὸν ἀντίπαλον διαθεῖναι, τοῦτο καὶ ἡ νόσος τὸν κάμνοντα. τουτέστι, τῇ γῇ δοῦναι. πεσόντα μὲν οὖν ἀπόκειται θάνατος. ῥήξαντι δὲ σωτηρία. ἔτι δὲ τὸ ἄνδρα ὄντα παλαίειν παιδί, οὐδαμῶς ἀγαθόν. ἐὰν γὰρ ῥήξῃ τὸν παῖδα, καταθάψει τινά. ἐὰν δὲ πρὸς τοῦ παιδὸς καταπαλαισθῇ, πρὸς τῇ ματαιοπονίᾳ, καὶ χλεύην καὶ νόσον ὑπομενεῖ. χλεύην

mensum repetit, ac recurrit, eadem quæ stadium significat, quorum singula ex dilatione & prolongatione inducere consueuit, quemadmodum Dolichus hoc est longus appellatus cursus, ex multis dilationibus excellenter eadem facere solet. Solis autem mulieribus dolichus scortationem, & vitam meretriciariam prǫsagit.

De Reprobatione. CAP. 61.

Reprobari & ordine moueri sibi videri, omnibus malum est. Athletis autem omnibus minimè gloriosum est, propter reprobationis ætatem. Viris verò improsperum rerum ac actionum successum significat, puerilis est enim ipsa reprobatio. Atqui cùm reprobari sibi videri omnibus damnosum sit, insuper etiã ægrotantes occidit. Noui autem quẽdam qui sibi visus est in olympiis ordine moueri, & in metallum damnatus est, propterea quòd sacri certaminis iura non haberet.

De Luctu. CAP. 62.

Luctari cum aliquo sanguine iuncto aut amico, seditionẽ aduersus ipsum aut contentionem significat. In his verò qui iam seditionem agunt, vtrius luctantis per somnium victoria fuerit, huius etiam robur postridie præcellet, nisi de terra pugnent. in eiusmodi enim controuersiis & disceptationibus, melius est cadere, nisi quis sit qui ex infernis detrahat. eius enim qui terram tenet, etiam terra ipsa futura est. Noui quendam qui sibi visus est luctari, & ex digitis, duo alternatim, quòd dici solet, faciẽdo, aduersarium deiicere. huic contigit victoria, acceptis literis ab aduersario scriptis. At verò cum aliquo ignoto luctari, pericula ob morbum inducit. Quomodo enim luctator aduersarium tractare cupit, sic etiã morbus ægrotum, nimirum ad terram demittere. Lapso itaque mors imminet, deiicienti verò salus. Insuper & virum luctari cum puero, nequaquam bonum est. Si enim prostrauerit puerum, sepeliet aliquem. Si verò à puero fuerit prostratus, supra irritum laborem, etiam ludibrium & morbum sustinebit. & ludibriũ

quidem propter consequens. Morbum autem propterea quod à teneriore corpore est superatus. Verum puero bonum est cũ viro luctari, res enim magnas præter expectationem assequetur. Sed tamẽ Athletæ puerũ colluctari, nõ est bonum. Significat enim pueris reprobationem, & ex ordine emotionem. Cùm mortuo luctari, ægritudinem significat, aut contentionem cum aliquo filiorum aut hæredum ipsius mortui. Porrò in luctando semper melius est hoste deiecto, victorem sibi videri.

De Pugillatu. CAP. 63.

PVgillatu decertare omnibus nociuũ est, supra turpitudinem enim etiam damnum significat. Nam & facies indecora inde fit, & sanguis effunditur, qui argentum esse iudicatur. Bonum autem est somnium hoc solis his qui ex sanguine victum quærunt, nimirum medicis, laniis, cocis, & victimariis.

De Pancratio. CAP. 64.

PAncratium eadem quæ pugillatus significat, damno excepto. Validiores enim seditiones inducit, ob pugnam. præstat autem semper in vtrisque vincere. Quomodocunque porrò certauerit seruus in certamine sacro, & vicerit, & coronatus fuerit, præconis voce proclamatus libertatem assequitur. Sunt enim hęc propria liberorum. Verùm meminisse oportet, quod in sacro certamine solum hoc contingit, nam in aliis non similiter habet. Sed & aliis hominibus certaminum præmia, tum bona, tum mala ad finem perducunt cùm quis vsque ad coronam peruenerit.

De Scuto. CAP. 65.

QVod scutum appellatur, moras ac dilationes significat. est enim vltimum, & in omnibus præmium. Ægrotantibus idem hoc mortem portendit.

μὲν, διὰ τὸ ἀκόλουθον. νόσον δὲ, διὰ τὸ ἁπαλωτέρῳ σώματι ἡττᾶσθαι. παιδὶ δὲ ἀγαθὸν, τὸ ἄνδρα παλαῖσαι. τὴν γὰρ παρὰ προσδοκίαν μεγάλων τεύξεται. ἀλλ' οὐκ ἀθλητῇ παιδὶ ἀγαθόν. οὐ γὰρ ἐγκριθῆναι σημαίνει τοῖς παισί. νεκρῷ παλαίειν, νοσῆσαι σημαίνει. ἢ τῶν τοῦ νεκροῦ ἐκγόνων τινὶ ἢ κληρονόμων φιλονεικῆσαι. ἀεὶ δὲ ἄμεινον τὸ ῥασσειν.

Περὶ πυγμῆς. ξγʹ.

ΠΥκτεύειν, πᾶσι βλαβερόν. πρὸς γὰρ ταῖς αἰσχύναις, καὶ βλάβας σημαίνει. καὶ γὰρ ἄσχημον γίνεται τὸ πρόσωπον. καὶ αἷμα ἀποκρίνεται. ὅπερ ἀργύριον εἶναι νενόμισται. ἀγαθὸν δὲ μόνοις τοῖς ἐξ αἵματος πορίζομένοις. λέγω δὲ, ἰατροῖς, θύταις, μαγείροις.

Περὶ παγκρατίου. ξδʹ.

ΤΟ δὲ παγκράτιον, τὰ αὐτὰ τῇ πυγμῇ σημαίνει. πλὴν τῆς βλάβης. ἀπηγριωτέρας γὰρ τὰς στάσεις ἐπιφέρει διὰ τὴν μάχην, ἀεὶ δὲ ἄμεινον, ἐν ἀμφοτέροις νικᾶν. ὅπως δὲ ἂν ἀγωνίσηται ἐν ἱερῷ ἀγῶνι καὶ νικήσῃ καὶ στεφανωθῇ ἀνακηρυχθεὶς, ἐλευθερωθήσεται, ἴδια γὰρ ταῦτα ἐλευθέρων. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ, ὅτι ἐν ἱερῷ ἀγῶνι μόνον. ἐπεὶ ἀλλαχόθι γε οὐκ ἔστι τὸ αὐτό. καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἀνθρώποις τὰ ἆθλα καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπὶ τέλος ἄγει, ὅταν μέχρι στεφάνου, τις ἀφίκηται.

Περὶ ὅπλου. ξεʹ.

ΤΟ δὲ ὅπλον τὸ λεγόμενον, παρολκὰς σημαίνει. τελευταῖον γάρ. καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ ἆθλον. τοῖς δὲ νοσοῦσιν αὐτὸ τοῦτο, θάνατον δηλοῖ.

Περὶ βαλανείου καὶ λουτροῦ παντοδαποῦ. ξϛʹ.

Οἱ μὲν πάνυ παλαιοὶ τὸ λούεσθαι, οὐ κακὸν ἐνόμιζον εἶναι. βαλανεῖα γὰρ οὐκ ᾔδεσαν. ἐπεὶ ἐν ταῖς λεγομέναις ἀσαμίνθοις ἐλοῦντο. οἱ δὲ μεταγενέστεροι, ἤδη καὶ βαλανείων ὄντων, τὸ λούεσθαι κακὸν ἐνόμιζον, καὶ βαλανεῖον ἰδεῖν. καὶ εἰ μὴ λούοιτό τις. καὶ ἐδόκει ταραχὴν μὲν σημαίνειν τὸ βαλανεῖον, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ γινόμενον θόρυβον. βλάβην δὲ, διὰ τὸν ἀποκρινόμενον ἱδρῶτα. ἔτι δὲ ἀγωνίαν καὶ δεῖμα* τῆς ψυχῆς. διὰ τὸ τρέπεσθαι τὴν χροιὰν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος ἐν τῷ βαλανείῳ, εἰς ἑτέραν χροιάν. καὶ τῶν νῦν τινὲς ἀκολουθοῦντες τῇ παλαιᾷ γνώμῃ, κατὰ ταῦτα κρίνουσι. πεπλανημένοι, καὶ μὴ τῇ πείρᾳ ἀκολουθοῦντες. πάλαι μὲν γὰρ εἰκὸς εἶναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι. μηδὲ εἶχον τοσαῦτα βαλανεῖα. ἀλλὰ ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου, ἐλούοντο. ἦν οὖν αὐτοῖς ὑπόμνημα πόνου ἢ πολέμου τὸ βαλανεῖον. καὶ αὐτὸ τὸ λούεσθαι. νῦν δὲ οἱ μὲν, οὐ πρότερον ἐσθίουσιν, εἰ μὴ λούσαιντο. οἱ δὲ, καὶ ἐμφαγόντες. εἶτα δὴ λούονται μέλλοντες δειπνήσειν. καὶ ἔστι νῦν τὸ βαλανεῖον οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὁδὸς ἐπὶ τροφήν. τοιγαροῦν λούεσθαι ἐν βαλανείοις καλοῖς καὶ φωτεινοῖς καὶ ἀέρων εὐκράτως ἐχόντων, εὐπορίαν καὶ εὐπραξίαν ἅμα τοῖς ἐρρωμένοις σημαίνει. καὶ τοῖς νοσοῦσιν ὑγείαν. ἐρρωμένων γὰρ τὸ λούεσθαι, ἢ πρὸς ἀνάγκην γε ὄντων. εἰ δέ τις λούοιτο πυκνῶς καὶ κατὰ ὥραν. καθ' ὃν οὐ προσήκει τρόπον, οὐκ ἀγαθὸν αὐτῷ. δὲ εἴ τις ἅμα τοῖς ἱματίοις εἰς τὸ θερμὸν εἰσίοι, νόσον σημαίνει καὶ μεγάλας ἀγωνίας αὐτῷ τὸ ὄναρ. οἱ γὰρ νοσοῦντες εἰσίασιν ἐνδεδυμένοι. ἢ οἱ περὶ μεγάλων ἀγωνιῶντες, καὶ ἐν τοῖς ἱματίοις ἱδροῦσι. πονηρὸν δὲ καὶ πένητι, τὸ μετὰ θεραπείας καὶ πολλῶν τινῶν περιεπόντων αὐτὸν λούεσθαι. νόσον γὰρ αὐτῷ

De Balneo, & Lauacro omnis generis.

CAP. 66.

VAlde veteres lauari non malum esse iudicabant. Balnea enim non nouerunt, quandoquidem in labris domesticis, Asaminthis Græcis appellatis, lauabantur. Posteriores iam balneis existentibus lauari malum indicabant, itémque balneum videre, etiam si quis non lauaretur. & censuerunt sanè balneum significare quidem turbationem, propter tumultum qui in ipso fieri solet. damnum verò, propter sudorem qui istic excerni solet. Insupérque animæ solicitudinem ac contentionem, propterea quod color & superficies corporis in balneo mutatur in alium colorem. Et certè quidam nostræ ætatis horum placita sequentes, eandem iudicationem faciunt, errantes & experientiam non animaduertentes. Quondam enim verisimile est balnea mala fuisse, cùm non assiduè homines lauarentur, neque tot balnea essent, sed aut à bello reuersi, aut magno labore transacto digressi lauarentur. Erat igitur ipsis balneum laboris aut belli monumentum, sicut etiam ipsum lauari. Nunc verò alij non prius edunt, quàm lauerint, alij verò etiam accepto cibo lauantur, inde videlicet sumpturi cœnam. Et est nunc balneum nihil aliud quàm via ad cibum. Proinde lauari in balneis pulchris & lucidis, & aërem temperatum habentibus, opulentiam & prosperitatem simul, sanis & valentibus significat, ipsisque ægris sanitatem. Sanorum enim est lauari, & eorum qui eo opus habent. Si verò quis lauetur frequenter, & debita hora, non tamen conuenienti modo, non est bonum ipsi, velut si quis vnà cum vestimentis in calidam ingrediatur, morbum & magnas solicitudines somnium ipsi præsagit. Ægrotantes enim induti ingrediuntur. & de rebus magnis soliciti, etiam in vestibus exsudant. Malum est & pauperi, si cum multa curatione, & multis ipsum tractantibus lauetur. Morbum enim ipsi

longum annuntiat. Neque enim aliàs pauper multis ipsi ministrantibus lauatur. Similiter autem & diuiti malum est, si solus lauetur. In communi verò omnibus absurdum est non posse exudare, aut balneum sub diuo paratum videre, aut veterem formam perdidisse, aut aquã in soliis non reperire. hoc enim omnino absurdum est. Et quæ quis sperat, non perficiet, & præsertim si in turba, aut ex turba speret. Noui autem quendam citharœdum qui Smyrnæ certamen Adriani decertaturus erat, & visus est sibi dum lauaret aquam in balneo non reperire, & contigit ipsi vt deprehenderetur, velut qui certamen corrupisset, & mulctaretur, & à certamine eiiceretur: atque hoc erat quod somnium ipsi significabat, non inuenturum videlicet esse quod quærebat, balneo theatrum significante. Aquis calidis: naturalibus inquam: lauari ægrotis quidem sanitatem, Sanis verò actionum impedimentum & otium significat. Aut enim se recolligentes à morbo, aut otiosi, ad calida lauacra proficiscũtur. Bonum autem est & in fontibus, & in stagnis, & in salientibus, & in fluminibus, puram ac perspicuam aquam habentibus lauari, sed non natare. Nam natare omnibus malum est, & periculi & morbi signum. Causam refert Panyasis Halicarnasseus diligenter in hac parte versatus. Strigiles & instrumenta destringendi, ac detergẽdi seruos significant. Quare si quis ex his aliquod per somniũ perdiderit, mancipium perdet ministerio commodum. Priuatis autem strigiles damnum præsagiunt. propterea quod sudorem deradũt, & corpori nihil apponunt. Aliquando etiam amicam insinuauerũt. Idem enim amica corpori admota facit. Lecythus autem in quo oleum, & xystrophylax in quo strigilis seruatur, aliis vxorem domum seruantem, aut fidelem, aut etiam famulam significat, aliis verò etiam famulum frugi & commodum.

μακρὰν σημαίνει. οὐ γὰρ, ἄλλως πένης μετὰ πολλῶν λούεται, ὁμοίως καὶ πλουσίῳ πονηρὸν, τὸ μόνον λούεσθαι. κοινὴ δὲ πᾶσιν ἄτοπον, τὸ μὴ δύνασθαι ἱδροῦν. ἢ ὕπαιθρον τὸ βαλανεῖον γινόμενον ἰδεῖν. ἢ ἀπολέσαντα τὴν ἀρχαίαν μορφήν. ἢ μὴ εὑρίσκειν ὕδωρ ἐν ταῖς δεξαμεναῖς· τοῦτο γὰρ καὶ παντελῶς ἄτοπον. ἃ γάρ τις ἐλπίζει, οὐ τελέσει. καὶ μάλιστα γε, εἰ ἐν ὄχλῳ ἢ ἐξ ὄχλου ἐλπίζοι. οἶδα δέ τινα κιθαρῳδὸν ἐν Σμύρνῃ μέλλοντα ἀγῶνα τὸν Ἀδριανοῦ ἀγωνίζεσθαι. ὃς ἔδοξε λουόμενος ὕδωρ μὴ εὑρίσκειν ἐν τῷ βαλανείῳ. καὶ συνέβη αὐτῷ διαφθείραντα τὸν ἀγῶνα καταφανῆ γενέσθαι καὶ ζημιωθῆναι καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ ἀγῶνος. καὶ τοῦτο ἦν ὅπερ ἐσήμαινεν αὐτῷ τὸ ὄναρ, μὴ εὑρεῖν ὃ ἐζήτει. σημαίνοντος τοῦ βαλανείου τὸ θέατρον· λούεσθαι θερμοῖς ὕδασι λέγω δὴ τοῖς αὐτοφυέσι, τοῖς μὲν νοσοῦσιν, ὑγείαν. τοῖς δὲ ἐρρωμένοις, ἀπραξίαν σημαίνει. ἢ γὰρ ἀναλαμβάνοντες ἢ ἀπραγμονοῦντες εἰς θερμὰ πορεύονται. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐν πηγαῖς, καὶ ἐν λίμναις καὶ ἐν κρήναις καὶ ἐν ποταμοῖς καθαρὸν καὶ διειδὲς ἐχούσιν ὕδωρ, λούεσθαι, ἀλλ' οὐ νήχεσθαι. ἐπεὶ τό γε νήχεσθαι, πᾶσι πονηρόν· καὶ κινδύνου καὶ νόσου σύμβολον. τὴν δὲ αἰτίαν, Πανύασις ὁ ἁλικαρνασεὺς, ἐπιμελῶς ἐξηγήσατο. στλεγγίδες καὶ ξύστραι καὶ καταμάγμα, θεράποντας σημαίνουσιν. ὅθεν εἴ τις ἀπολέσει τι τούτων κατ' ὄναρ, ἀνδράποδον ἀπολέσει τὸ εἰς θεραπείαν ἐπιτήδειον. ἰδίως δὲ αἱ ξύστραι, καὶ βλάβης εἰσὶ σημαντικαί. διὰ τὸ ἀποξύειν τὸν ἱδρῶτα, καὶ μὴ προστιθέναι τι τῷ σώματι. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἑταίραν ἐμήνυσε. τὸ αὐτὸ γὰρ καὶ ἑταίρα τῷ σώματι προσιοῦσα ποιεῖ. λήκυθος δὲ καὶ ξυστροφύλαξ, οἷς μὲν, γυναῖκα οἰκουρὸν ἢ πιστὴν, ἢ θεράπαιναν. οἷς δὲ, οἰκέτην χρήσιμον σημαίνουσιν.

De Cibo & Potu.

CAP. 67.

DE cibo & potu tractaturi, necessariò distinguimus claræ doctrinæ

Περὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ. ξζ.

ΠΕρὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ διαλαμβάνοντας, ἀναγκαῖον ἐστὶ διελθεῖν, ὑπὲρ εὐσήμου

διδασκαλίας. καὶ μὴ συγχεῖν τὰ ξηρὰ τοῖς ὑγροῖς. ἔτι δὲ τῆς ὑγρᾶς τὸ ποιὸν ἅμα καὶ τῆς ξηρᾶς ἰδίᾳ ἕκαστον διαληψόμεθα. καὶ πρότερον μὲν, περὶ τῆς ὑγρᾶς ἐροῦμεν τροφῆς.

Περὶ ποτοῦ. ξή.

Πίνειν ὕδωρ ψυχρὸν, ἀγαθὸν πᾶσι. θερμὸν δὲ ὕδωρ, νόσους ἢ ἀπραξίας σημαίνει, πλὴν ἔθος ἐχόντων ὑδροποτεῖν. οὐ γὰρ κατὰ φύσιν ἔχει τὸ θερμὸν ὕδωρ. οἶνον δὲ πίνειν ὀλίγον μὴ ἐν μεγάλοις ποτηρίοις καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, ἀγαθόν. δοκεῖ δέ μοι ἐν καιρῷ ἄν τις εἰπεῖν, τὸ Ξενοφῶντος τοῦ Σωκρατικοῦ. οἶνος τὰς μὲν λύπας ὥσπερ μανδραγόρας ἀνδρὸς κοιμίζει. τὰς δὲ φιλοφροσύνας ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐγείρει. Τούτου δὲ ἕνεκεν προσκεῖται τὸ αὐτὸν καὶ ὀλίγον πίνειν δοκεῖν. ἐπεί τοι γε πολὺν καὶ ἄμετρον πίνειν, πολλῶν κακῶν αἴτιον καθίσταται πᾶσιν ὁμοίως ἐπίσης. ἐνταῦθα δή ἄν τις ὀρθῶς τὸ Θεόγνιδος εἴποι.

Οἶνος πινόμενος πουλὺς, κακός. ἢν δέ τις αὐτὸν
Πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός.

Ἐγὼ δέ φημι οὐ μόνον τὸ πίνειν πολὺν οἶνον πονηρὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς πίνουσιν ἀναστρέφεσθαι. ἕπεται γὰρ ἀεὶ μέθῃ παροινία. ἐξ ἧς στάσις ἡ πολέμου μήτηρ γεννᾶται. οἰνόμελι μὲν καὶ μηλόμελον καὶ ὑδρόμελον καὶ μυρτίτην, καὶ πάντα τὸν ἐσκευασμένον οἶνον πίνειν, πλουσίοις μὲν ἀγαθὸν διὰ τὸ τρυφᾶν. πένησι δὲ, μοχθηρόν. οὐ γὰρ πρότερον ὁρμῶσιν ἐπὶ τὰ τοιαῦτα πόματα, εἰ μὴ ὑπὸ νόσου ἀναγκάζοιντο. ὄξος δὲ πίνειν δοκεῖν, στάσιν σημαίνει πρὸς τοὺς οἰκείους. διὰ τὴν τοῦ σώματος συστροφήν. γάρον δὲ πίνειν, φθίσιν σημαίνει. ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο ὁ γάρος, ἢ σηπεδών. ἔλαιον δὲ πίνειν, φάρμακόν τινα ἢ νόσον σημαίνει. ἀεὶ δὲ ἀγαθὸν τὸ διψῶντα πίνειν. τὸ δὲ μὴ εὑρεῖν ὅ,τι τις πίῃ, καὶ ἐπὶ ποταμὸν ἢ κρήνην ἢ φρέαρ ἐλθόντα μὴ καταλαβεῖν ὕδωρ, οὐδὲν τῶν κατ' ἐπιθυμίαν πρᾶξαι σημαίνει. τὸ μὲν γὰρ διψᾶν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἐπιθυμεῖν.

gratia, vt ne arida cum humidis & liquidis confundamus, sed & liquidorum simúlque aridorum qualitatem seorsim singulorum explicabimus, & primùm de liquido alimento dicemus.

De Potu. CAP. 68.

AQuam bibere frigidam omnibus bonum est, aqua verò calida morbos & impeditas actiones significat, his qui in consuetudine habent aquam potare. Non enim secundum naturam habet calida aqua. Vinum bibere modicũ, non in magnis poculis, & non inebriari, bonum est. Videtur autem mihi opportunè vsurpari posse illud Xenophontis Socratici. Vinum tristitias, velut Mandragoras dolores sopit: beneuolentias autem, velut oleum flammam excitat. Atque ea gratia additum est, modicum bibere sibi videri, quandoquidem multum & immoderatè bibere, multorum malorum causa est omnibus ex æquo. Hic verò rectè quis Theognid. illud dixerit.

Vinum potatum multum, malum: at hauriat ipsum
Si quis prudenter, non malum: at hinc bonum erit.

Ego verò nõ solũ multum vinũ bibere, malũ esse dico, sed etiã inter multos potores versari. Sequitur enim semper ad ebrietatem cõtumelia, ex qua seditio belli mater generatur. Vinum mulsum & melimelum & hydromelum, & vinum Myrtites, omnéque aliud præparatum vinũ bibere diuitibus quidem bonum est, ob delicias. Pauperibus verò malum. Non enim prius appetunt huiusmodi potiones, quàm à morbo cogantur. Acetum bibere sibi videri, seditionem aduersus domesticos significat, & hoc ob corporis contractionem. Garum bibere phthisim significat. Est enim garum nihil aliud quàm putredo. Oleum bibere venenum quoddam aut morbum significat. Semper autem bonum est sitientem bibere. Verum non reperire quod quis bibat, & ad fluuium, aut fontem, aut puteum venire, & non inuenire aquam, nihil pro voto & cupiditate efficere significat: sitire enim nihil aliud est, quàm cõcupiscere, bibere

bibere autem, quietem & sedationem concupiscentiæ habet, quod est nancisci. Quin & hoc considerare oportet, quod ex poculis aurea & argentea & testacea, omnibus bona sunt, & multæ securitatis significatiua existunt. partim vt ex materia solida, partim vt ex familiari & consueta. Insuper & cornea, tum propter antiquitatem, cùm quòd infracta sint, bona sunt. Vitrea verò mala, propter materiam existunt, quandoque verò & pericula annuntiant, propterea quòd facilè franguntur, & occulta reuelant, propter perspicuitatem. Est autem & alia quædam ratio non malè etiam ipsa habens. Quòd videlicet pocula significent eos quos labiis admouemus. cùm itaque franguntur, aliquem ex his moriturum esse indicant: si verò quis solitarius sit, illi ipsi mortem præsagiunt. At verò hoc ego ipse in nauigantibus obseruaui, quòd videre poculum frangi, naufragium significat. Atque hæc quidem igitur vetus est discriminatio, nunc verò sæpe eueniens, etiam ad nos eiusmodi somnium peruenit. Sunt quædam pocula angustioris, non ita dudum ab hominibus inuenta, hæc si frangantur, omnis tribulationis & angustiæ solutionem pollicentur.

De Oleribus. CAP. 69.

Consequenter de alimento sicco verba facturi, initiũ ab oleribus sumemus. Quęcunque olent à comestione, occulta reuelant, & aduersus cohabitantes odium operantur. velut est raphanus, seris, porri sectiui. Quæ verò deraduntur, & cruda comeduntur, damnũ significant, propter superfluitatum reiectionem. Lactucæ autem & si quod aliud simile est olus, velut etiam ea species quæ picris appellatur, tũ propter spinositatem, tum ob acumen, dolores significant, & rerum agendarum difficultatem, propterea quòd ægrè concoquuntur: sunt enim minimi hæc ipsa alimenti. Betæ, malua, rumices, oxylaphathum, atriplex, solis obæratis bona sunt, propterea quòd ventrẽ turbãt, & insidentia ipsi stercora subducũt, propriè enim vẽter & intestina creditoribus similia existunt. Capitata autem olera & pastinaca, & quæcunque probè nutriunt,

τὸ δὲ πίνειν, παῦλαν τῆς ἐπιθυμίας ἔχει. ὅπερ ἐστὶν ἐπιτυχεῖν. Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο σκοπεῖν. ἔτι τῶν ποτηρίων τὰ μὲν χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ὀστράκινα, πᾶσιν ἀγαθὰ, καὶ ἀσφαλείας πολλῆς σημαντικὰ καθίσταται. τὰ μὲν, ὡς ἐξ ὕλης στερεᾶς. τὰ δὲ, ὡς ἐκ συντρόφου. ἔτι τὰ κεράτινα καὶ διὰ τὴν ἀρχαιότητα καὶ διὰ τὸ ἄθραυστον, ἀγαθά. τὰ δὲ ὑάλινα, μοχθηρὰ διὰ τὴν ὕλην ἐστίν. ὅτι δὲ καὶ κινδύνων προαγορευτικὰ διὰ τὸ εὐκατέακτον καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ διαφανές. ἔστι δέ τις καὶ ἕτερος λόγος ὀρθῶς ἔχων. ὡς ἄρα τὰ ποτήρια σημαίνει τοὺς προσιόντας τοῖς χείλεσιν. ὅθεν ἂν κατεασῆται τούτων τινὰ, ἀποθανεῖσθαι δηλοῖ. εἰ δέ τις εἴη μόνος, αὐτῷ θάνατον σημαίνει. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐτήρησα τοῖς πλέουσι, τὸ δοκεῖν κατεαστῆν ποτήριον, ναυάγιον σημαίνειν. αὕτη μὲν οὖν παλαιὰ διαίρεσις. νυνὶ δὲ πολλάκις ἀποβὰν εἰς ἡμᾶς ἦλθεν ὄνειρ τοιοῦτον. ἔστι τινὰ τῶν ποτηρίων στενόστομα οὐ πάλαι ὑπὸ ἀνθρώπων εὑρημένα. ταῦτα κατεασόμενα, πάσης θλίψεως καὶ στενοχωρίας λύσιν ὑπισχνεῖται.

Περὶ λαχάνων. ξθ'.

Ἑξῆς δὲ περὶ τροφῆς ξηρᾶς ποιούμενοι τὸν λόγον, ἀρξώμεθα ἀπὸ λαχάνων. ὅσα ὄδωδε μετὰ τὴν βρῶσιν, τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει, καὶ πρὸς τοὺς συνοικοῦντας μῖσος ἐργάζεται. οἷον ῥάφανος, σέρις, πράσα τὰ κειρόμενα. ὅσα δὲ ἀποξύεται πρωκτὰ ὄντα, βλάβην σημαίνει διὰ τὴν ἀποβολὴν τῶν περιττῶν. θριδακίναι καὶ εἴ τι ἄλλο ὅμοιον. κίζια δὲ καὶ διὰ τὸ ἀκανθῶδες καὶ ὀξὺ, ὀδύνας σημαίνει, καὶ δυσεργασίας διὰ τὸ δύσπεπτον. ἔστι γὰρ ἄτροφα. σεῦτλα, μαλάχη, λάπαθα, ὀξυλάπαθα, ἀδράφαξυς, καταχρέοις μόνοις ἐστὶν ἀγαθὰ διὰ τὸ τὴν γαστέρα ἐκταράσσειν. καὶ τὰ ὑποκείμενα σκύβαλα ὑπεξάγειν. ἰδίως γὰρ ἡ γαστὴρ καὶ τὰ ἔντερα, δανεισταῖς ἐοίκασι. κεφαλωτὰ δὲ καὶ σταφυλῖνες καὶ ὅσα ἐστὶ τρόφιμα,

ὠφελειῶν ἐστὶ σημαντικά. μόνοις δὲ ἐναντιοῦνται τοῖς περὶ γῆς δικαζομένοις. πρόρριζα γὰρ ἀνασπᾶται. κράμβαι δὲ, πρὸς οὐδὲν εἰσὶ χρήσιμοι. μάλιστα δὲ καπήλοις καὶ ἀμπελουργοῖς καὶ πᾶσι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, πονηραὶ καθίστανται. ἐπειδὴ ἄμπελος μόνη κράμβῃ οὐ περιπλέκεται. τῶν δὲ λευκῶν λεγομένων λαχάνων, γογγύλη μὲν καὶ βουνιὰς καὶ κολόκυνθα, ματαίας ἐλπίδας σημαίνουσιν. ἐστὶ γὰρ πάντα ὀγκώδη καὶ ἄτροφα. τοῖς δὲ νοσοῦσι καὶ τοῖς ὁδεύουσι, κατατομὰς καὶ διαιρέσεις ὑπὸ σιδήρου γενέσθαι σημαίνει. διὰ τὸ κατακόπτεσθαι τὰ τοιαῦτα. σίκυοι δὲ καὶ περιτετμημένοι, νοσοῦσιν εἰσὶν ἀγαθοί. διὰ τὸ τὰ ὑγρὰ ἀποκρίνειν. πέπονες πρὸς μὲν τὰς φιλίας καὶ συμβιβάσεις εἰσὶν ἀγαθοί. πέπονα γὰρ τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ καλοῦσι. πρὸς δὲ τὰς ἄλλας πράξεις, ἄπρακτοι. καὶ γὰρ τὸ ἔκλυτον, πέπον καλεῖται. κρόμμυα δὲ καὶ σκόροδα ἐσθίειν μὲν πονηρόν· ἔχειν δὲ ἀγαθόν. μόνοις δὲ τοῖς νοσοῦσι διαφόρως τὰ κρόμμυα ἀποβαίνει. καί τι περὶ αὐτῶν Ἀλέξανδρος ὁ μυνδιος ἰσχυρῶς ἀπορήσας, τὸ τέλος οὐ κατείληφε. φημὶ δὲ ἐγώ. εἴ τις πολλὰ κρόμμυα δόξειεν ἐσθίειν, τύχοι δὲ νοσῶν, ἀναστήσεται. εἰ δὲ ὀλίγα, τεθνήξεται. δακρύουσι γὰρ οἱ ἀποθνήσκοντες ὀλίγα· οἱ δὲ πενθοῦντες, πολλά. ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ πολὺ δακρύουσι.

Περὶ ὀσπρίων. ό.

ΤΩΝ ὀσπρίων πλὴν πισοῦ, πάντα μοχθηρά, διὰ τὸ ὄνομα. ἔστι γὰρ πειθοῦς σημαντικόν. μάλιστα δὲ κυβερνήταις καὶ ῥήτορσι. οἷς μὲν γὰρ τὰ πηδάλια, οἷς δὲ οἱ δικασταὶ πεισθήσονται. ἐρεγμὸς δὲ καὶ κύαμος, στάσεως εἰσὶ σημαντικοί. ὃς μὲν, διὰ τὸ δεδῆχθαι. ὃς δὲ, διὰ τὸ πνεύματος εἶναι ποιητικὸς ἀτόπου. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ πάσης τελετῆς καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται. φακῆ δὲ, πένθος προαγορεύει, καὶ πτισάνη κάματον, διὰ τὸ δύστριπτον καὶ δύσπεπτον. κέγχρος δὲ καὶ ἔλυμος καὶ ζειά, πενίας καὶ ἀπορίας

commoditatum significatiua sunt, solis verò his qui de terra litigant contraria sunt, radicitus enim euelluntur. Brassicæ nullius vtilitatis existunt. Maximè autem cauponibus, & vinitoribus, & omnibus dionysiacis artificibus, malæ sunt: quoniam vitis soli brassicæ non circumplicatur. Ex albis appellatis oleribus, rapum & napi, & cucurbita, vanas spes significant. Sunt enim hæc omnia magnæ molis, & nullum alimentum sufficiunt. Aegrotis autem & viatoribus concisiones & dissectiones per ferrum imminere significant, propterea quòd talia concidantur. Cucumeres autem etiam circumcisi ægrotis boni sunt, propter humiditatum excretionem. Pepones ad amicitias quidem & concordias boni sunt. Pepon enim dilectum & amabile poëtæ vocant. Verùm ad alias actiones inefficaces existunt. Nam & exolutum pepon appellatur. Cepas & alia edere malum est, habere autem bonum. Solis verò ægrotis cepæ diuersos euentus habent. Tametsi Alexander Myndius, validis quæstionibus de ipsis motis, finem minimè attigit. Verùm ego sic sentio. Si quis multas cepas edere sibi videatur, & fortè ægrotet, conualescet. Si verò paucas, morietur. Qui enim moriuntur parum lacrymātur. Qui verò lugent, multum itémque diu.

De Leguminibus.

CAP. 70.

LEgumina omnia mala sunt, præter pisum, propter nomen: est enim persuasionis quæ peitho Græcis appellatur, significatiuum, nauium præsertim gubernatoribus & rhetoribus: illis enim gubernacula, his iudices obedient. Faba fresa & ipsa integra faba, seditionem significant: illa propterea quòd fracta sit, hæc quòd flatum absurdum gignit. Nec solum ea gratia, sed quòd etiam ab omni festiuitate ac sacrificio exclusa sit, Lenticula luctum præsagit, & ptisana laborem, propterea quòd difficulter conteratur, & ægrè concoquatur. Milium & panicum, & zea, paupertates & egestates

significant, Solisque his qui ex turba rem & victum sibi comparant bona sunt. Alica verò & Tragus quoniam probè nutriunt, ob id etiam lucrosi sunt, quandoquidem verò cum labore fiunt, labores excellentes significant, pauperi verò morbum. Sesanum & lini semen & sinapi, solis medicis bona sunt. Reliquis acres labores inducunt, & occulta reuelant.

De Panibus. CAP. 71.

PAnes consuetos edere sibi videri, bonum est. Conuenientes autem sunt pauperi quidem panes sordidi. Diuiti autem omnino puri. Quod si vice versa videre contingat, non modò non boni sunt, sed etiam mali. puri enim pauperibus morbum. Sordidi opulentis desperationem significant, aut certè ea quæ nunc sperantur non perficiunt. Panes ordeacei omnibus boni sunt. Primùm enim cibum hunc hominibus à dijs datum esse proditur. Farinæ autem & polentæ eadem quæ panes significant, verùm minora & tardiora.

De Carnibus. CAP. 72.

CArnes quas quis edit & parat, bonæ obseruatæ sunt, paucis exceptis. Ouillæ enim omnibus absurdæ sunt, & luctum domesticũ portẽdunt. Sunt enim oues nihil aliud quam homines, ex his autem viuentibus carnes nõ fiunt. Quin & bubulæ malæ sunt, propterea quòd ægrè conteri possunt, & paruum quæstum, ob vilitatem significant. Seruis verò tormenta, propter lorum & flagrum taurinum. Eis verò qui in tempestate versantur bonæ obseruatæ sunt. Verùm aliis lucri quidem priuationem significãt, pericula autẽ dissoluunt, propterea quòd animalia tẽpestati apud Græcos cognomina & æquiuoca, sublata & occisa sunt, quãdo sanè alias nõ comederentur. Quibusdam verò propter ossa, paruũ lucrũ exhibent. Optimæ omnibus sunt carnes porcinæ, atque id verisimiliter. Porcus enim viuus nullius vtilitatis hominibus existit, mactatus verò magis aliis animalib⁹ nutrit.

σημαντικά. μόνοις δὲ τοῖς ἐξ ὄχλου προσποριζομένοις εἰσὶν ἀγαθοί. χόνδροι δὲ καὶ τράγος ἐπεὶ τρόφιμοί εἰσι, διὰ τοῦτο καὶ κερδαλέοι· ἐπεὶ δὲ μετὰ καμάτου γίνονται, πόνους ὑπερβάλλοντας σημαίνουσι· πένητι δὲ νόσον. σήσαμον δὲ καὶ λινόσπερμον καὶ σίναπι, ἰατροῖς μόνοις εἰσὶν ἀγαθά. τοῖς δὲ λοιποῖς, δριμεῖς ἐπάγουσι πόνους, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχουσιν.

Περὶ ἄρτων. οα'.

Ἄρτους δὲ δοκεῖν ἐσθίειν τοὺς ἐξ ἔθους, ἀγαθόν. κατάλληλοι μὲν γὰρ πένητι, οἱ ῥυπαροί. πλουσίῳ δὲ, οἱ παντελῶς καθαροί. οἱ δὲ ἐναλλὰξ, οὔτε ἀγαθοί, καὶ προσέτι κακοί. οἱ μὲν γὰρ, νόσον τοῖς πένησιν· οἱ δὲ, ἀπόνοιαν τοῖς πλουσίοις σημαίνουσιν. ἢ τά γε νῦν ἐλπιζόμενα, οὐ τελειοῦσιν. ἄρτοι κρίθινοι, πᾶσιν ἀγαθοί. πρώτην γὰρ τροφὴν ταύτην ἀνθρώποις δεδόσθαι παρὰ θεῶν λόγος ἔχει. ἄλευρα δὲ ἢ ἄλφιτα, τὰ αὐτὰ μὲν τοῖς ἄρτοις σημαίνει· ἥττονα δὲ καὶ βαρύτερα.

Περὶ κρεῶν. οβ'.

Κρεῶν, τὰ μὲν ὅσα τις ἐσθίει καὶ ποιεῖ, ἀγαθὰ τετήρηται, πλὴν ὀλίγων. προβάτεια μὲν γὰρ, πᾶσιν ἄτοπα· καὶ πένθος οἰκεῖον σημαίνει. ἔστι δὲ τὰ πρόβατα, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἄνθρωποι. τούτων δὲ ζώντων, οὐ γίνεται κρέα. ἤδη δὲ καὶ τὰ βόεια διὰ τὸ δύστριπτον. καὶ μικρὰς ἐργασίας διὰ τὴν εὐτέλειαν σημαίνει. δούλοις δὲ βασάνους διὰ τὸν ἱμάντα καὶ τὴν ταυρείαν. τοῖς δὲ ἐν χειμῶνι διάγουσιν, ἀγαθὰ τετήρηται. τοῖς δὲ ἄλλοις ἀκέρδειαν μὲν· τὰ δὲ δεινὰ διαλύει. ὅτι χειμῶνι ὁμώνυμα ὄντα τὰ ζῶα ἀνῄρηται. ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐβιβρώσκετο. οἷς δὲ διὰ τὸ ὀστῶδες, μικρὰς τὰς ἐργασίας παρέχει. ἄριστα δὲ πᾶσι τὰ χοίρεια. καὶ γὰρ εἰκός. ζῶν μὲν γὰρ χοῖρος, οὐδὲν εὔχρηστος ἀνθρώποις.

ἀποθανὼν δὲ, μᾶλλον ἐδώδιμος τῶν ἄλλων. τὰ δὲ ἄλλα ζῶντα, βελτίονα ἢ ἀναιρεθέντα. καὶ τὸ μὲν ὀπτὰ δοκεῖν ἐσθίειν τὰ χοίρεια, παντελῶς ἀγαθόν. προστίθησι δὲ τάχος τῶν ὠφελείαις διὰ τὸ πῦρ. τὰ δὲ ἑψημένα λιτῶς, βράδιον τὰς αὐτὰς προαγορεύει ὠφελείας. τὰ δὲ κατηρτυμένα οὕτως ὑπὸ ὀψοποιῶν, μετὰ κακουχίας τὰς ὠφελείας ἢ μετὰ * προσαναλωμάτων φέρει. οὐδαμῶς δὲ τὰ ὠμὰ ἐσθιόμενα κρέα ἀγαθά. προαπολέσαι γάρ τι τῶν ὄντων σημαίνει· ἐπεὶ μὴ κρατεῖ ἡ ἡμετέρα φύσις ὠμῶν κρεῶν. τὸ δὲ μέγιστον καὶ ὑπερβολῇ ἀγαθόν, ὡς ἐγὼ ἐτήρησα, ἀνθρωπίνας ἐσθίειν σάρκας, ἀνδρὸς οὐ γνωρίμου, οὐδὲ οἰκείου. ἐπεὶ ὅ γε τινὸς τῶν οἰκείων φαγὼν σάρκας, καὶ τὸν οὗ ἔφαγε κατορύξει, καὶ αὐτὸς δι᾽ οὐδὲν μέγα τῶν ἐσθιομένων περιγενόμενος· εἰκός γε ὑπὸ πολλῆς ἀπορίας. ὥς γε φιλεῖ γίνεσθαι ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ, ἐπὶ τοιαύτας ὁρμῆσαι τροφάς. πάντων δ᾽ ἂν εἴη σκαιότατον, τὸ παιδὸς ἰδίου σάρκας ἐσθίειν. συνέπειαν γὰρ ὄλεθρον μαντεύεται· εἰ μὴ ἄρα τις ἀπὸ τούτων ἐσθίειν νομίσοι μερῶν τοῦ παιδὸς, ἀφ᾽ ὧν ὁ παῖς πορίζεται· οἷον εἰ δρομαίου τοὺς πόδας, ἢ χειροτέχνου τὰς χεῖρας, ἢ παλαιστοῦ τοὺς ὤμους φάγοι. τότε γὰρ τῷ μὲν παιδὶ εὐπορίαν τὸ ὄναρ τοῦτο. τῷ δὲ πατρὶ ὄνασθαι τοῦ παιδὸς προαγορεύει. τῶν δὲ ἄλλων ἀνθρώπων αἱ σάρκες ἐσθιόμεναι ἀγαθαί. τρόπον γάρ τινα οἱ ἄνθρωποι ὅταν ὠφελῶνται παρ᾽ ἀλλήλων, ἐσθίουσιν ἀλλήλους. ἀεὶ δὲ ἄμεινον, τὸ ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἐσθίειν. καὶ τὸ παίδων ἢ πρεσβυτέρων. ὀρνίθια δὲ καὶ χήνεια κρέα ἐσθίειν, πᾶσιν ἀγαθόν. φέρει δὲ τὰ μὲν ὀρνίθια, τὰς ὠφελείας ἀπὸ γυναικῶν, ἢ δικῶν. ὅτι ἐκ γυναικῶν μετέβαλον αἱ ὄρνις· ἢ ὅτι αἰκάλλουσι. τὰ δὲ χήνεια, ἀπὸ ἀνδρῶν ἀλαζόνων. ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὸς θηρίου σάρκας ἐσθίειν. πολλὰ γὰρ ἐκ τῶν τῶν ἐχθρῶν οὐσίας ὠφεληθῆναι σημαίνει. τὸ δὲ ποδαπῶν ἐχθρῶν, ἐπιδείξειεν ἡ τοῦ βρωθέντος ἰδέα τε καὶ μορφή. περὶ ὧν, ἐν τῷ περὶ κυνηγίου λόγῳ ἐπιμνησθήσομαι. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἰχθύας ἐσθίειν· μάλιστα μὲν ὀπτούς. οὐδὲν ἧττον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους γεγονότας πάντας πλὴν τῶν μικρῶν. οὗτοι γὰρ πλεῖον τὸ ἀκανθῶδες ἔχοντες, τοῦ ἐδωδίμου, οὐδαμῶς ὠφελείας σημαίνουσι.

Reliqua animalia meliora sunt viuentia quàm mactata. Sed suillas carnes assatas edere, omnino bonum est, accedit autem & celeritas vtilitatibus propter ignem. Quæ verò simpliciter coctæ sunt, tardius easdem vtilitates præsagiunt. Conditæ autem probè à cocis, cum molestia aut vnà cum sumptibus vtilitates ferunt. Nequaquam verò crudæ comestæ carnes bonæ sunt, perditionem enim cuiusdam ex rebus nostris significat. Nam nostra natura crudas carnes superare non potest. At verò maximum & excellenter bonum est, velut ego obseruaui, humanas carnes edere, hominis non familiaris, neque domestici. Nam qui cuiusdam domestici carnes edit, eum de quo edit defodiet, & ipse nullius magnæ rei gratia iisdem vesci sustinet, verisimiléque est eum id præ magna inopia facere, quemadmodùm in bello & fame fieri solet, vt ad tales cibos perueniamus. Inauspicatissimum autem omnium fuerit, proprij filij carnes edere, compẽdiarium enim interitũ præsagit. Nisi sanè quis se de his filij partibus edere putet, è quibus victum ac rem filius parat. velut si cursoris, pedes, aut artificis manuarij, manus; aut luctatoris, humeros comedat. Tunc enim filio quidem opulentiam, patri verò fructum & vtilitatem ex filio somnium prædicit. Si porrò aliorum hominum carnes edantur, bonum est. Cùm enim mutuò iuuantur homines, quodam modo se inuicem comedunt. Præstat autem semper virorum quàm mulierum carnem edere, & puerorum quàm seniorum. At verò auicularum & anserum carnes edere omnibus bonum est: Afferunt autem auiculæ vtilitates ex fœminis, aut litibus, propterea quòd ex fœminis sunt transmutatæ, aut quòd blandæ sint alites, anserinæ verò à viris petulantibus & superbis. Bonum est etiam omnis feræ carnes edere, multam enim ex inimicorum substantia & opibus vtilitatem significat. qualium autem inimicorum, ostenderit ipsa comesi species ac forma, de quibus in sermone de venatione mẽtionem faciam. Bonum est & pisces edere, maximè assatos, neq; minus alios legitimè preparatos omnes, exceptis paruis: hi enim multum spinarum habentes, esu suo nequaquam vtilitates significant;

verùm inimicitias aduersus familiarissimos, & spes vanas. Cęterùm particulatim de piscibus in sermone de piscatura exactè explicabo.

De Salsamentis, & salsis carnibus. CAP. 73.

SAlsamenta, & omnes carnes, itémque pisces salsi, in propositis quidem moras ac dilationes significant. Sale enim diutius hæ carnes adseruantur. In aliis verò tabem ac tristitiam, sæpe verò etiam morbum significant, propterea quòd à sale tales colliquefactæ sunt, & aliquo modo consumptæ.

De Placentis. CAP. 74.

PLacentæ quibus caseus non est admixtus, bonę sunt. Quæ verò caseum receperunt, dolum & insidias significāt, hæc enim & ipse caseus portendit. Placētæ autem coptæ dictæ tum ex sesamo, tū ex tritico coactæ, sesamides & pyrami Græcis appellatæ, omnibus bonæ sunt, maximè his qui litem habent. Erat enim apud veteres pyramos victorialis. In reliquis placentis quæ in festiuitatibus ac sacrificiis confici solent, iudicationes ex ratione festorum facied æ sunt. Cæterùm de capparibus, & oliuis, & omnibus oleribus repostitiis, item de intritis quæ hypotrimata Græcis appellantur, déque omnibus consimilibus, vltrò hic dicere præteriui, vt de quibus constet, quòd bona non existant.

De Fructibus. CAP. 75.

MAla verna dulcia & matura, & videre & comedere bonum est. Multam enim venerem & iucunditatem significant, his præsertim qui de vxore aut amica curiosi sunt. Hæc enim in veneris tutela existūt. Acida autem mala seditiones & contentiones significāt. Sunt enim liti dicata. Hyemalia verò cydonia appellata, tristitiam inducunt, ob adstringendi facultatem. Amygdalæ, & nuces,

ἔχθρας δὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους καὶ ματαίας ἐλπίδας. τὸ δὲ κατὰ μέρος περὶ ἰχθύων, ἐν τῷ περὶ ἁλιείας ἀκριβώσω λόγῳ.

Περὶ ταρίχων καὶ ἁλιστῶν κρεῶν. ογʹ.

ΤΆριχοι δὲ καὶ πάντα τὰ ἁλιστὰ κρέα καὶ ἰχθύες, ἐν μὲν τοῖς προκειμένοις, παρολκὰς καὶ ἀναβολὰς σημαίνουσι. διὰ γὰρ τῶν ἁλῶν ἐπιπολὺ τηρεῖται. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, τηκεδόνα καὶ λύπην. πολλάκις δὲ καὶ νόσον σημαίνει, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἁλῶν τετῆχθαι.

Περὶ πλακούντων. οδʹ.

ΠΛακοῦντες οἱ μὴ τετυρωμένοι, ἀγαθοί. οἱ δὲ τετυρωμένοι, δόλον καὶ ἐνέδρας σημαίνουσι. ταῦτα γὰρ καὶ ὁ τυρὸς προαγορεύει. κοπταὶ δὲ σησαμίδες καὶ πυραμοὶ, ἀγαθαὶ πᾶσι. μάλιστα δὲ τοῖς δίκην ἔχουσιν. ἦν γὰρ ὁ πυραμὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων πεμμάτων τῶν ἐν ἑορταῖς καὶ θυσίαις γινομένων, τὰς κρίσεις ἀπὸ τοῦ λόγου τῶν ἑορτῶν ποιητέον. περὶ δὲ καππάρεων ἢ ἐλαῶν καὶ λαχάνων ἀποθέτων πάντων, καὶ ὑποτριμμάτων καὶ πάντων τῶν ὁμοίων, ἑκὼν παρέλιπον, ὡς φανερῶν, ὅτι μὴ ἐστὶν ἀγαθά.

Περὶ ὀπώρας. οεʹ.

ΜΗλα μὲν ἐαρινὰ γλυκέα καὶ πέπονα, καὶ ἰδεῖν καὶ φαγεῖν ἐστὶν ἀγαθόν. πολλὴν γὰρ ἐπαφροδισίαν σημαίνει· μάλιστα τοῖς περὶ γυναικὸς ἢ ἐρωμένης φροντίζουσι. ταῦτα γὰρ ἀνάκειται τῇ Ἀφροδίτῃ. τὰ δὲ ὀξέα μῆλα, στάσεις καὶ φιλονεικίας σημαίνει. ἔστι γὰρ ἔριδος. τὰ δὲ χειμερινὰ κυδώνια καλούμενα, λυπηρὰ διὰ τὸ στύφον. ἀμύγδαλαι δὲ καὶ κάρυα

καὶ τὰ λεγόμενα λεπτοκάρυα, καὶ ὅσα παράσσεται, ταραχὰς διὰ τὸν ψόφον σημαίνει. καὶ λύπας διὰ τὸ εἶναι πικρὰ φύσει. οἶδα δέ τινα ἄνδρα τῶν εὐπαρύφων ἐν Ἑλλάδι, ὃς ἔδοξε παρά τινος ὄναρ λαμβάνειν κάρυον. καὶ διυπνίσας, ἐν τῇ χειρὶ ἔτυχε κρατῶν τὸ κάρυον, ὃ εἶδε κατ' ὄναρ· συνέβη αὐτῷ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα κακά. τέλος δὲ, ἄτιμον γενέσθαι. ἀλλὰ τούτῳ διὰ τὸ ἐναγὲς, ὡς τέρας τὸ τοιοῦτο, εἰς μεγάλα ἀπέβη. σῦκα κατὰ μὲν τὴν ὥραν τὴν ἰδίαν, ἀγαθά. καὶ τούτων τὰ λευκὰ ἡδίονα τῶν μελάνων. παρὰ δὲ τὸν καιρὸν φαινόμενα, συκοφαντίας καὶ ἐπηρείας προαγορεύει. συκάζειν γὰρ καὶ τὸ ἐπηρεάζειν ἔλεγον οἱ παλαιοί. μόνοις δὲ τοῖς ὑπαιθρίοις ἐργαζομένοις, τὰ μὲν λευκὰ, εὐδίαν. τὰ δὲ μέλανα, χειμῶνα καὶ ὄμβρον σημαίνει. ἐπεὶ τοῖς γε ἄλλοις οὐδὲν ἂν μαντεύοιτο ἡ ψυχὴ, ἢ τὸ τοῦ ἀέρος, ὅπως ἕξει καταστήματος. σταφυλὴ δὲ καὶ παρὰ τὸν καιρὸν, ἀγαθή. καὶ κατὰ τὴν ὥραν. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰς διὰ γυναικῶν ἢ ἀπὸ γυναικῶν ὠφελείας σημαίνει. φανερὰς μὲν, ἡ λευκή· λαθραίας δὲ ἡ μέλαινα. ῥοαὶ δὲ τραυμάτων εἰσὶ σημαντικαὶ διὰ τὸ χρῶμα, καὶ βασάνων διὰ τὰς ἀκάνθας. καὶ δουλείας καὶ ὑποταγῆς, διὰ τὸν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον. περσικὰ δὲ καὶ βρόχκια, καὶ κεράσια, καὶ πάντα τὰ ὅμοια πλὴν συκαμίνων, προσκαίρους ἡδονὰς καὶ ἀπάτας σημαίνει. παρὰ δὲ τὸν καιρὸν, ματαιοπονίας. συκάμινα δὲ, τὰ αὐτὰ ταῖς ῥοαῖς σημαίνει. ὁ δὲ καρπὸς, ἐπεὶ τὸ δένδρον τὴν γενεὰν τοῦ ἰδόντος σημαίνει. ὅθεν εὐθαλὲς μὲν ὂν, ἀγαθόν τι ἐσόμενον προαγορεύει. πρόρριζον δὲ ἀνατρεπόμενον, τὴν γενεὰν τοῦ ἰδόντος διαφθείρει. ἄπιοι δὲ οἱ μὲν ἥμεροι, ἀγαθοί. τούτων γὰρ ὁ καρπὸς καὶ ἀποθησαυρισθεὶς, ἄσηπτος μένει· καὶ παραυτίκα ἐσθιόμενος, πρὸς τῷ τροφίμῳ, καὶ τὸ οἰνῶδες ἔχει. οἶδα δὲ ἐξ αὐτῶν παρά τισι καὶ ποτὸν σκευαζόμενον. ἀχράδες καὶ ὄχναι γεωργοῖς μόνοις συμφέρουσι. τοῖς δὲ ἄλλοις εἰσὶν ἀηδεῖς. Περὶ δὲ ταώνων καὶ ἀλεκτρυόνων, ἐν τῷ περὶ ζώων

& auellanæ, tenues siue paruæ nuces Græcis dictæ, & quæcunque confringũtur, turbationes ob strepitum significant, & tristitias, propterea quòd ex natura amara existant. Noui autem quendam præminentis loci ac sumptuosi vestitus virum in Græcia, qui sibi visus est per somniũ ab aliquo nucem accipere, & vbi iam expergefactus esset, contigit vt nucem manu teneret, quam per somnium viderat, huic euenerũt multa quidem alia mala, ad finem verò infamis ac ignominiosus factus est, verùm huic ob scelera & impietatem, huiusmodi somnium, velut monstrum, in tam magnos euentus euasit. Ficus circa proprium tempus bonæ sunt, & ex his albæ nigris iucũdiores. Verùm extra tempus oportunum apparentes, calumnias & detractiones prædicunt. *συκάζειν* enim quasi dicas ficare, veteres Græci calumniari dicebant. Solis vero his qui sub dio operantur, albæ serenitatem, nigrę tempestatem & hymbrẽ significant, quandoquidem per has aliud nihil denuntiatur animæ, quàm qualis constitutio aëris sit futura. Vua autem & extra tempus oportunum bona est, & tempore proprio conspecta. Vt plurimũ verò vtilitates per mulieres, aut ex mulieribus significat, apertas quidem alba, occultas verò nigra. Mala punica vulnerum sunt significatiua, propter colorem, & tormentorum, propter spinas, & seruitutis & subiectionis, propter sermonem qui fertur Eleusine. Persica, & præcocia, & cerasa, omniáque similia, exceptis moris, temporaria voluptates & deceptiones significãt: Extra tempus oportunum, vanos labores. Mora autem eadem quæ mala punica portendunt, de fructu sanè loquor. Nam arbor progeniem eius qui somnium vidit significat. Vnde si florida existat, bonum quid futurum prædicit, si verò radicitus euertatur, progeniẽ eiusdem pessundat. Pira satiua bona sunt, horum enim fructus etiam reconditus & asseruatus, integer & non putrescens permanet, & si etiam statim edatur supra alimentum etiam vinosum quiddam habet. Scióque ex ipsis aliquas gẽtes etiam potum præparare. Pyra syluestria & pirastra solis agricolis conferunt, aliis iniucunda existunt. Porrò de pauonibus & gallis, in sermone de animalibus

dicemus. Oportet autem exépla eorum de quibus dictum est, sic proposita habere, vt ex ipsis de eis quæ non sunt scripta coniecturam faciamus, ratione iuxta similitudinem translata.

De Vasis, ac reliqua supellectile.

CAP. 76.

QVandoquidem ad sermonem de cibo & alimento, sequitur sermo de vasis domesticis ac reliqua supellectile, iustum arbitror & de his dicere. Habet autem hoc modo. Pocula quidem quemadmodum antea dictum est, vitam significant. Patinæ verò & paropsides ipsum vitæ actum ductum, qualis sanè focus est significant. Accipere autem eiusmodi oportet à sumptuositate, aut ab eo, quod maiora facta sunt ex minoribus, aut minora ex maioribus, aut ex integris fracta, aut ex fractis integra. Ita vt permutationem in melius, bonam iudicemus, in peius verò contrariam & malam. Eadem ratio & in aliis vasis seruetur. Candelabrum vxorem significat. Lucerna domus principem, & spiritum eius qui somnium vidit. Aut quòd ea quæ intus sunt inspiciat, aut propter facilem extinctionem. Significat etiam amorem, propter splendorem. Tripes & focus vitam significant, & totam constitutionem, & vxorem. Quicquid igitur patietur tripes, & focus, ad illa damnum referendum est. Mensa autem à tripode nihil differt, sicut neque aliud quodcunque vas, in quo quis cœnat. Puluinus & lectus, omniáque ad cubile pertinentia, vxorem eius qui somnium vidit significant & totam vitam. Idem etiam grabatum & scabellum significat. horum autem pedes famulos designant. Clauiculorum verò externa pars propriè vxorem. Interna virum significat, pars ad caput liberos masculos, pars ad pedes, fœmellas. Eodem modo cum clauiculis & parietes lectorum distinguantur. Sextarij, seruos. Amphoræ, ministros, fulcra mensæ, Trapezophori Græcis dicti, œconomos ac villicos. Vasa frumentaria, custodes penus in domo significant. Similiter etiam ipsum promptuariũ. Ancones & cubiti siue angulorũ flexus, omniáque quæ applicãtur,

ἐρούμενον λόγῳ. δεῖ δὲ τὰ παραδείγματα ἔχοντας ἀπὸ τῶν εἰρημένων, περὶ τῶν ἀγράφων τεκμαίρεσθαι, κατὰ τὸ ὅμοιον μετάγοντας τὸν λόγον.

Περὶ σκευῶν. οϛʹ.

ΕΠεὶ δὲ τῷ περὶ τροφῆς λόγῳ ἕπεται ὁ περὶ σκευῶν τῶν κατ' οἶκον, δίκαιον εἰπεῖν ἡγοῦμαι καὶ περὶ τούτων. ἔχει δὲ ὧδε. ποτήρια μὲν καθὼς ἔμπροσθεν εἴρηται, σημαίνει τὸν βίον· πίνακες δὲ καὶ παροψίδες, αὐτὴν τὴν τοῦ βίου διαγωγήν. οἵα τις ἐστὶν ἡ ἑστία σημαίνει. λαμβάνειν δὲ χρὴ τὸ ποιὸν, ἀπὸ τῆς πολυτελείας, ἢ ἀπὸ τοῦ μείζονα γενέσθαι, ἐκ μικροτέρων ἢ μικρότερα ἐκ μειζόνων, ἢ ἐξ ὑγιῶν, οὐχ ὁλόκληρα· ἢ ἐκ κατεαγότων, ὑγιᾶ. τὴν μὲν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, πρὸς ἀγαθῶν τιθεμένους· τὴν δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον, πρὸς αὐτοὺς. ὁ δ' αὐτὸς καὶ περὶ τῶν ἄλλων σκευῶν ἔστω λόγος. Λυχνία, γυναῖκα σημαίνει. λύχνος δὲ, τὸν τῆς οἰκίας ἄρχοντα. καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἰδόντος, ἢ διὰ τὸ ἐπιβλέπειν τὰ ἔνδον, ἢ διὰ τὸ εὐαπόσβεστον· καὶ ἔρωτα διὰ τὸ ἀναλάμπειν. τρίπους δὲ καὶ ἑστία, τὸν βίον. καὶ ὅλην κατάστασιν. καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ ἰδόντος. ὅ,τι οὖν πάθῃ ὁ τρίπους ἢ ἑστία, εἰς ταῦτα τὴν βλάβην ἀνακτέον. τράπεζα δὲ τρίποδος οὐδὲν διαφέρει. οὐδὲ ἄλλο τι σκεῦος, ᾧ τις ἐπιδειπνεῖ. τύλη καὶ κλίνη καὶ πάντα τὰ πρὸς κοίτην, τὴν γυναῖκα τοῦ ἰδόντος σημαίνει· καὶ τὸν ὅλον βίον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ σκίμπους. τούτων δὲ οἱ μὲν πόδες, οἰκέτας σημαίνουσι. τῶν δὲ ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔξω, ἰδίως τὴν γυναῖκα· τὸ δὲ ἔσω, τὸν ἄνδρα. τὸ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ, τέκνα ἀρσενικά. τὸ δὲ πρὸς τοῖς ποσὶ, θηλυκὰ τέκνα. κατὰ ταῦτα δὲ τοῖς ἐνηλάτοις, καὶ οἱ τοῖχοι τῶν κλινῶν διαλαμβανέσθωσαν. ξέσται, θεράποντας. ἀμφορεῖς, τοὺς ὑπηρέτας· τραπεζοφόροι, τοὺς οἰκονόμους. τὰ δὲ σιτοδόχα σκεύη, τοὺς κατὰ τὸν οἶκον ταμίας σημαίνει. ὅμοιον δὲ καὶ τὸ ταμεῖον. ἀγκῶνες δὲ καὶ πάντα τὰ προσηλούμενα

τὸ κόσμιον τοῦ βίου σημαίνουσι. κίσται δὲ καὶ πυργίσκοι, καὶ θησαυροφυλάκια, τὴν γυναῖκα τοῦ ἰδόντος· διὰ τὸ τιμιώτατα πεπιστεῦσθαι. στρωματόδεσμοι καὶ ἐνειλήματα, παλλακίδας ἢ ἀπελευθέρας. περὶ δὲ τῶν ἄλλων σκευῶν, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· καὶ ταῦτα ἀπαιτοῦμεν παρὰ τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς βιβλίοις, τὸ μὴ ἀβασανίστως ἀναγνόντας, καὶ παρ' αὐτῶν τι προσφιλοτεχνεῖν.

ornatum vitæ significant. Cistæ & turriculæ & thesaurariæ, vxorem eius qui somniauit designant, propterea quòd res pretiosissimæ eis concredantur. Stragulorum fasciculi & inuolucra, pellices aut libertas significant. At verò de aliis vasculis ac supellectile longum esset dicere. Quare petimus ab his quibus libri hi obuenient, vt non citra experimentum legant, & ex seipsis aliquid studiosè affingere conentur.

Περὶ μύρων. οζ'.

Μυρίζεσθαι, γυναιξὶ πάσαις ἀγαθόν· πλὴν μοιχευομένων. ἀνδράσι δέ, πρὸς αἰσχύνης ἐστί, πλὴν τῶν ἔθος ἐχόντων μυρίζεσθαι.

De Vnguentis. CAP. 77.

Vnguentis illini, mulieribus omnibus bonum est, præterquam adulteris. Viris verò pudefactionem portendit, exceptis his quibus consuetudo est vnguento delibutis esse.

Περὶ ὀρχήσεως, καὶ πυρρίχης, καὶ ᾀσμάτων. οη'.

Ὀρχεῖσθαι δοκεῖν ἔνδον παρ' ἑαυτῷ, τῶν οἰκείων παρατυγχανόντων μόνων καὶ μηδενὸς ἀλλοτρίου παρόντος καὶ θεωμένου, ἀγαθὸν ὁμοίως πᾶσι. ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ καὶ παιδία καὶ τῶν συγγενῶν ἰδεῖν τινὰ ὀρχούμενον, ἀγαθόν. εὐφροσύνην γὰρ πολλὴν καὶ δαψίλειαν βίου δηλοῖ. ἐπεὶ οἱ ἄνθρωποι οὐ πρότερον ὀρχοῦνται, εἰ μὴ ὥσπερ δεσπότῃ ἀποτόμῳ καὶ ὠμῷ, τῇ ἀρχῇ τὴν ἀποφορὰν ἀποδῶσι· τότε δέ, ὀρχοῦνται, καὶ ἁπλοῦσι τὰ σώματα. ἀσθενοῦντι δὲ ἀνθρώπῳ καὶ ἀνδρί, καὶ γυναικί, πονηρόν. διὰ γὰρ τὴν πολλὴν κίνησιν τῆς ὀρχήσεως, παραφρονῆσαι καὶ παρακόψαι δηλοῖ. πονηρὸν δὲ καὶ τῷ νοσοῦντά τινα ἔχοντι. τὰ γὰρ αὐτὰ τῷ κοπουμένῳ καὶ ὁ ὀρχούμενος πάσχει τε καὶ δρᾷ. ἀλλοτρίων δὲ τινῶν παρόντων ἀνθρώπων πολλῶν ἢ ὀλίγων δοκεῖν ὀρχεῖσθαι, ἢ τινὰ τῶν ἰδίων ὀρχούμενον ἰδεῖν, οὐδενὶ ἀγαθόν, οὔτε ἐρρωμένῳ, οὔτε νοσοῦντι. τῷ μὲν γάρ, τις ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ τεθνήξεται. ὁ δὲ ὀρχησάμενος, ἀσχημονήσει μεγάλως. παιδίον δὲ ἰδεῖν ὀρχούμενον, κωφὸν ἅμα καὶ ἄλαλον

De Saltatione, & Pyrricha, & Cantilenis. CAP. 78.

Saltare sibi videri intus apud seipsum, domesticis solis præsentibus, nullo externo adsistente & spectante, omnibus ex æquo bonum est. Sed & vxorem suã, & filios, & aliquem ex cognatis videre saltantem, bonum est. Lætitiam enim multam & rerum abundantiam significat. Cùm non saltent prius homines, quàm principi parti, velut domino seuero ac crudeli, pensionem persoluerint. Tunc autem saltant, & corpora expandunt. At verò ægrotanti homini, tum viro, tum mulieri, malum est. Propter multam enim motionem saltationis, despiẽtiam & delirium significat. Malum est & ei qui ægrotum aliquem habet. Eadem enim quæ anxius solet, & patitur & facit is qui saltat. Cæterùm peregrinis & alienis hominibus præsentibus, multis siue paucis, saltare sibi videri, aut quendam ex propriis saltantem videre, nemini bonum est, neque sano, neque ægroto. alter enim quispiam intra domum morietur. alter in saltando magnopere turpiter se geret. Puerulum autem saltantem videre, surdum simul ac mutum puerulum

puerulũ fore significat, quo videlicet nutibus indicet quę significare velit. In theatro sibi videri saltare, cõpositum ad hoc, & alio apparatu instructum, probariq; ac laudari, pauperi quidem opulentiã significat, sed non vsque ad senectam. Regias enim personas exprimit ac imitatur, & multos ministros habet saltator. Verùm post actum & finitum drama, solus relinquitur. Diuiti viro turbas quasdam, aut lites plurimas prædicit, propter varias dramatum implicationes. Mulieri autem neque diuiti neque pauperi, bonum hoc somnium obseruatum est. Magnas enim & famosas turpitudines cõmittent. Quomodocunque autem saltauerit seruus, & quocunque loco, multas plagas accipiet, & nauigans aut naufragium faciet, aut etiam solus elapsus natabit. atque ille quidem vapulans, hic verò natans, toto corpore mouebitur. Atqui viro captiuo bonum est saltare, liberabitur enim propter motus facilitatem & corporis laxitatem. Si verò quis in alto aliquo loco saltet, in timorẽ, & terriculamenta incidet. Quòd si is malefactor sit, crucifigetur, propter altitudinem, & manuum extensionem. Pyrricha saltatio eadẽ quæ saltatio aliâs significat. Trocho ludere, aut gladiis circumuolui, aut in caput deuolui, manibus ac pedibus adductis, his qui hæc in consuetudine habent non malũ est. Reliquis ad extremum periculũ progressum præsagit. Idẽ adhuc magis hoc ludos exercentem videre denuntiat. Mimologi qui hominũ sermones ac mores ridiculè exprimere conantur, omnésque qui risum hominum captãt, deceptiones & insidias significant. Verùm idẽ facere, risum concitare, homines ridiculè imitari, personã agere, decipere aliquos significat. Cantilenas sibi videri canere, atque id bene & concinnè, tum cantoribus, tum musicis, omnibúsque aliis bonũ est. Verum malè & non consonanter canere, improsperi rerum ac actionum successus ac paupertatis signum est. Quando verò cantilenas ipsas quis memoria tenuerit, ab ipsis cãtilenis iudicationem facere oportet. Canere in via bonum est, præsertim si quis iugũ sequatur. Verum in balneo canere, bonum non est. Illud enim decenter & hilariter vitam trãsacturum esse significat. Hoc verò, non clara voce vsurũ esse:

τὸ παιδίον ἠμελῆσθαι δηλοῖ ἵνα διανεύσῃ ὅσα βούλεται σημαίνειν. ἐν θεάτρῳ δὲ δοκεῖν ὀρχεῖσθαι, ἀναπεπλασμένον καὶ τὴν ἄλλην ἔχοντα σκευήν, εὐδοκιμεῖν τε καὶ ἐπαινεῖσθαι, πένητι μὲν πλουτῆσαι σημαίνει· ἀλλ᾽ οὐ μέχρι γήρως. βασιλικὰ μὲν πρόσωπα μιμεῖται· καὶ πολλοὺς ὑπηρέτας ἔχει ὁ ὀρχηστής· ἀλλὰ μετὰ τὸ δρᾶμα μόνος καταλείπεται. πλουσίῳ δὲ, ταραχάς τινας ἢ δίκας πλείστας προαγορεύει. διὰ τὰς ποικίλας τῶν δραμάτων πλοκάς. γυναικὶ δὲ οὐ πλουσίᾳ οὔτε πένητι ἀγαθὸν τοῦτο τετήρηται. μεγάλας γὰρ καὶ περιβοήτους ἀσχημοσύνας ποιοῦνται. ὅπως δ᾽ ἂν ὀρχήσηται δοῦλος καὶ ὅπου ἂν, πολλὰς λήψεται πληγάς. καὶ ὁ πλέων, ἤτοι ναυαγήσει. ἢ καὶ μόνος ἐκπεσὼν κολυμβήσει, ὁ μὲν γὰρ, παιόμενος. ὁ δὲ νηχόμενος, κινηθήσεται δι᾽ ὅλων τῶν σωμάτων. ἀγαθὸν δὲ ἀνδρὶ δεδεμένῳ τὸ ὀρχεῖσθαι· λυθήσεται γὰρ διὰ τὸ εὐκίνητον καὶ εὔλυτον τοῦ σώματος. εἰ δέ τις ὑψηλὸς ἐπί τινος ὀρχοῖτο, εἰς φόβον καὶ δέος πεσεῖται. κακοῦργος δὲ ὤν, σταυρωθήσεται διὰ τὸ ὕψος καὶ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν. τὸ δὲ πυρριχίζειν, τὸ αὐτὸ τῷ ὀρχεῖσθαι σημαίνει· τροχοπαικτεῖν δὲ, ἢ μαχαίρας περιδινεῖσθαι, ἢ ἐκκυβιστᾶν, τοῖς μὲν ἔθος ἔχουσιν, οὐ πονηρόν· τοῖς δὲ λοιποῖς, εἰς ἔσχατον ἥξασαι κίνδυνον προσημαίνει. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ μᾶλλον παίζοντα ἰδεῖν προαγορεύει. μιμολόγοις δὲ καὶ ἅπασι τοῖς γελωτοποιοῖς, ἀπάτας καὶ ἐνέδρας σημαίνουσι. τὸ αὐτὸ ποιεῖν, γελωτοποιεῖν, μιμολογεῖν, ὑποκρίνεσθαι, ἐξαπατῆσαί τινας σημαίνει. ᾄσματα δὲ δοκεῖν ᾄδειν καλῶς καὶ εὐφώνως, καὶ τοῖς ᾠδικοῖς καὶ μουσικοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀγαθόν. τὸ δὲ πονηρῶς καὶ ἀφώνως ᾄδειν, ἀπραξιῶν ἐστὶ καὶ πενίας σύμβολον. ὁπόταν δὲ τῶν ᾀσμάτων μεμνημένος ᾖ τις, ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ᾀσμάτων χρὴ ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. ᾄδειν ἐν ὁδῷ, ἀγαθὸν μάλιστα, ἑπόμενον ὑποζυγίῳ. ᾄδειν δὲ ἐν βαλανείῳ, οὐκ ἀγαθόν. τὸ μὲν γὰρ, εὐπρεπῶς καὶ εὐθύμως τὸν βίον διεξάγειν σημαίνει. τὸ δὲ, μὴ σαφεῖ χρῆσθαι τῇ φωνῇ·

πολλοὶ δὲ καὶ εἰς δεσμὰ κατεκρίθησαν. τὸ δὲ ἐν ἀγορᾷ ἢ πλατείαις ᾀσματολογεῖν, πλουσίοις μὲν, ἀσχημοσύνας καὶ καταγέλωτας σημαίνει. πένησι δὲ, μανίαν.

Περὶ στεφάνων παντοδαπῶν. οθ'.

Στέφανον ἀναδεδέσθαι πεποιημένον ἐξ ἀνθῶν, τὸ μὲν καθόλου καὶ κοινὸν τῶν κατὰ τὴν ὥραν, ἀγαθόν. τῶν δὲ παρὰ τὴν ὥραν, πονηρόν. ἐπειδὴ δὲ ἀναγκαῖον ὑπὲρ σαφηνείας περὶ ἑκάστου εἰπεῖν, ἐντεῦθεν ἄρξομαι. στέφανοι ναρκίσσου πεποιημένοι, πᾶσι κακοί. κἂν κατὰ τὴν ὥραν βλέπωνται. μάλιστα δὲ διὰ τὴν ἱστορίαν. μάλιστα τοῖς ἐξ ὕδατος ἢ δι' ὕδατος τὸν πορισμὸν ποιουμένοις, καὶ τοῖς μέλλουσι πλεῖν. οἱ δὲ ἐκ τῶν ἴων γεγονότες, κατὰ μὲν τὴν ὥραν, ἀγαθοί. παρὰ δὲ τὴν ὥραν, μοχθηροί. καὶ τούτων οἱ μὲν ἐκ τῶν λευκῶν ἴων, φανερὰ τὰ δυσχερῆ καὶ ἐπίσημα, σημαίνουσιν. οἱ δὲ ἐκ τῶν κροκίνων, ἀσημότερα· οἱ δὲ ἐκ τῶν πορφυρῶν, καὶ θάνατον σημαίνουσιν. ἔχει γὰρ τινὰ τὸ πορφυροῦν χρῶμα συμπάθειαν καὶ πρὸς τὸν θάνατον. οἱ δὲ ἐκ τῶν ῥόδων, παρὰ μὲν τὸν καιρὸν, πᾶσιν ἀγαθοί. πλὴν τῶν νοσούντων, καὶ τῶν λανθάνειν πειρωμένων. οὓς μὲν γὰρ ἀναιροῦσι, διὰ τὸ εὐμάραντον· οὓς δὲ ἐλέγχουσι διὰ τὴν ὀσμήν. ὅπου γε καὶ χειμῶνος ἔστι ῥόδοις χρήσασθαι, ἐνταῦθα πάντοτε ὡς περὶ ἀγαθῶν χρὴ ποιεῖσθαι τὸν λόγον. οἱ δὲ τοῦ ἀμαράντου, πᾶσιν ἀγαθοί. καὶ μάλιστα δικαζομένοις· ἐπὶ μέχρι παντὸς ἀμάραντοι διὰ τὸ ὄνομα καὶ τὸ χρῶμα φυλάττει. νοσοῦσι δὲ οὗτοι κακοί. ἢ γὰρ ἱεροῖς, ἢ θεοῖς ἀνατίθενται· σπάνιον δὲ ἀνθρώποις. οἱ δὲ ἐκ τῶν κρίνων γεγονότες, εἰς ἐλπίδας ἀναβάλλονται πράγματα. σισύμβριον δὲ καὶ ἀμάρακον, καὶ λάπαθον, φρύγιον, καὶ ἑλένιον, καὶ αἱμόφυτον, καὶ σαμψύχου στεφάνους ἀναδεῖσθαι, πᾶσι πονηρόν. ὡς γὰρ ἐπιπολὺ νόσον σημαίνουσι. τὸ δὲ τῆς μαλάχης ἄνθος καὶ τῆς ῥοδοδάφνης, κηπωροῖς καὶ γεωργοῖς μόνον ἀγαθόν. τοῖς δὲ

multi verò etiam in vincula ex hoc somnio damnati sunt. At verò in foro aut plateis cãtiones modulari, diuitibus quidem turpitudinem & derisiones præsagit. Pauperi verò insaniam.

De Coronis omnis generis.

CAP. 79.

Corona cinctum esse ex floribus facta, in vniuersum quidem & summatim si tempestiui sunt flores, bonum est. Si intempestiui, malum. Quando verò maioris claritatis gratia necessarium est de singulis dicere, hinc initium sumam. Coronæ ex narcisso factæ, omnibus malæ sunt, etiam si tempestiuè videantur, atque hoc maximè propter historiam, quæ de Narcisso fertur, præsertim his qui ex aqua, aut per aquam victum sibi parant, & nauigaturis. Quæ verò ex violis factæ sunt, iuxta opportunum tempus bonæ sunt, præter tempus verò malæ. Et ex his sanè quæ albis violis constant, manifestas & insignes incommoditates significant, quæ ex croceis, minus insignes, quæ ex purpureis, etiam mortem portendunt. Habet enim purpureus color consensum quendam ad mortem. Coronæ ex rosis iuxta tempus opportunum, omnibus bonæ sunt: exceptis ægrotis, & his qui latere conantur. Illos enim occidunt, propterea quòd facilè marcescunt. hos verò manifestant, propter odorem. Vbi verò etiam hyeme rosis vti datur, ibi semper vt de bonis iudicare oportet. Quæ ex Amaranto factæ sunt, omnibus bonæ existunt, & maximè lites agentibus, quoniam immarcescibilem penitus propter nomen suum, colorem seruant. Ægrotantibus autem hæ ipsæ malæ sunt. Nam aut tẽplis aut diis dicatæ suspenduntur, hominibus verò rarò. Coronæ ex liliis concinnatæ res in spes differunt ac prolatant. Ex Sisymbrio autem & amaraco, & rumice, & Phrygio, & Helenio, & Fremio, & Samsucho, coronas circundatas habere, omnibus malum est. Vt plurimum enim morbum significant. At verò Maluæ flos, itẽq; rhododaphnes, hortulanis & agricolis solis bonus est. Reli-

quis labores & peregrinationes significat. Eadem significatio & thymi, & epithymi, & meliloti est, exceptis medicis, quibus bona existunt. Apij corona ægrotos occidit, & ferè eos qui aqua inter cutem laborant, propter frigiditatem & humiditatem, & quod certamini sepulcrali hæc corona dicata sit. Athletis autem bona est, reliquis absurda. Palmæ & oleæ coronæ, mulierum liberarũ nuptias conciliant, propter nexum. liberos etiam præsagiunt diuturnos & longæuos, propter perpetuam floriditatem: & filium quidem palma, filiam verò olea. Conferunt etiam principatum appetentibus & athletis, & pauperibus: hos enim opulẽtos, illos verò confidentes, & intrepidos faciunt. Seruos etiam liberant. propriæ enim liberorum sunt coronæ, & præsertim cùm à certamine ipsas accepisse sibi videntur. Occulta autem reuelant, propter coronatum celebritatem. Eadem significatio coronæ quierneæ existit, itémque laureæ. Myrtea verò eadẽ quæ oleacea significat. Verùm agricolis magis commodat, propter Cererem, & mulieribus, propter Venerem. Est autem communis vtrique deæ hæc planta. Coronæ cereæ omnibus malæ sunt, maximè verò ægris. Quoniam & mortem poëtæ κῆρα vocant. Quæ verò ex lanis factæ sunt, propter varietatem, venena ac vincula significant. Ex sale autem aut sulphure aggrauationem ex aliquibus super eminẽtibus significant. Sunt enim natura graues, & nihil iucundi habentes. Coronam auream habere sibi videri, malum est seruo, nisi etiam simul ea quæ ad coronam pertinent habeat, purpuram dico & comitatum. Malum est & pauperi, propter ea quòd est præter dignitatem. Proinde ille quidem torquebitur, verisimile est autem & hunc tormenta subiturum esse. Ægrotãti verò compendiariam mortem præsagit. Pallidum enim est aurum, & graue, & frigidum, & propterea morti simile existit. Reuelat etiam occulta, penitus enim conspicuum esse oportet eum qui coronam auream gestat. Cæterùm opulentis, & tribunis plebis, & his qui principatum assequi meditantur, hanc coronam commodam esse obseruaui per somnium oblatam. Corona vitis & hederæ, solis Dionysiacis artificibus cõfert.

ἄλλοις, μόχθους καὶ ἀποδημίας σημαίνει. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τούτοις καὶ τὸ θύμον καὶ τὸ ἐπίθυμον καὶ τὸ μελίλωτον σημαίνει· πλὴν ἰατρῶν, τούτοις γὰρ ἐστιν ἀγαθά. σελίνου δὲ στέφανος, νοσοῦντας τε ἀναιρεῖ, καὶ ὡς τὸ πολὺ ὑδρωπιάσαντας· διὰ τὸ ψυχρὸν καὶ κάθυγρον· καὶ ὅτι ἐπιταφίῳ ἀγῶνι ἐπιτήδειός ἐστιν ὁ στέφανος οὗτος. ἀθληταῖς δέ, ἀγαθός. τοῖς δὲ λοιποῖς, ἄτοπος. φοίνικος δὲ καὶ ἐλαίας στέφανοι, γάμους ἐλευθέρων προξενοῦσι γυναικῶν, διὰ τὴν πλοκήν. καὶ τέκνα προαγορεύουσι πολυχρόνια, διὰ τὸ ἀειθαλές· υἱὸν μὲν ὁ φοῖνιξ. θυγατέρα δέ, ἡ ἐλαία. καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ ἀρχὴν ὀρεγομένοις καὶ ἀθληταῖς συλλαμβάνουσι, καὶ πένησι. οὓς μὲν γὰρ εὐπόρους· οὓς δὲ ἀπόρους ποιοῦσι. καὶ δούλους ἐλευθεροῦσι. ἴδιον γὰρ ἐλευθέρων οἱ στέφανοι· καὶ μᾶλλον ὅταν ἀγωνισάμενοι δοκῶσιν εἰληφέναι αὐτούς. τὰ δὲ κρυπτὰ ἐλέγχουσι. διὰ τὸ περιβλέπτους εἶναι τοὺς στεφάνους. τὰ δὲ αὐτὰ τούτοις καὶ ὁ δρύϊνος στέφανος σημαίνει, καὶ ὁ δάφνινος· καὶ ὁ μυρσίνης, τὰ αὐτὰ ταῖς ἐλαίαις σημαίνει. γεωργοῖς δὲ καὶ μᾶλλον ἀγαθοὶ διὰ τὴν Δήμητραν· καὶ γυναιξί, διὰ τὴν Ἀφροδίτην. κοινὸν δὲ τ͂ θεαῖς τὸ φυτόν. στέφανοι κήρινοι, πᾶσι κακοί· μάλιστα δὲ νοσοῦσι. ἐπεὶ καὶ τὸν θάνατον κῆρα καλοῦσιν οἱ ποιηταί. οἱ δὲ τῶν ἐρίων πεποιημένοι διὰ τὸ ποικίλον, φαρμακείας καὶ καταδέσμους σημαίνουσι. οἱ δὲ τῶν ἁλῶν ἢ τοῦ θείου, βαρυνθῆναι πρός τινων ὑπερεχόντων τὸν ἰδόντα σημαίνουσι. εἰσὶ γὰρ φύσει βαρεῖς, καὶ οὐδὲν ἔχοντες τερπνόν. στέφανον δοκεῖν ἔχειν χρυσοῦν, πονηρὸν δούλῳ· εἰ μὴ καὶ τὰ ἅμα τῷ στεφάνῳ ἔχοι· πορφύραν λέγω καὶ παραπομπήν. πονηρὸν δὲ καὶ πένητι, διὰ τὸ παρ' ἀξίαν. τοιγαροῦν, ὁ μὲν βασανισθήσεται, εἰκὸς δὲ καὶ τοῦτον βασανισθῆναι. νοσοῦντι δέ, σύντομον προαγορεύει θάνατον. χλωρὸς γὰρ ὁ χρυσός, καὶ βαρύς, καὶ ψυχρός· καὶ διὰ τοῦτο θανάτῳ προσέοικασι. καὶ κρυπτὰ ἐλέγχει· πάντως γὰρ ἀποβλέπεσθαι χρὴ τὸν χρυσοφοροῦντα. πλουσίοις δὲ καὶ δημαγωγοῖς, καὶ τοῖς ἀρχὴν πειρωμένοις, ἀγαθὸν ἐτήρησα τὸν στέφανον ὄναρ. ἀμπέλου δὲ καὶ κισσοῦ, μόνοις τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις συμφέρει.

τοῖς δὲ ἄλλοις, δεσμὰ σημαίνει διὰ τὰς ἕλικας καὶ τὰς περιπλοκὰς τοῦ κισσοῦ· ἢ νόσον διὰ ταῦτα. κακούργοις δὲ, τραχηλοκοπηθῆναι σημαίνει· διὰ τὸ τέμνεσθαι ταῦτα σιδήρῳ. κρομμύοις δὲ ἐστεφανῶσθαι δοκεῖν, τῷ μὲν ἰδόντι, ὠφελεῖ· τοῖς δὲ περὶ αὐτὸν, βλάπτει.

Περὶ συνουσίας καὶ ἀφροδισίων. π.

ΕΝ τῷ περὶ συνουσίας ἀφροδισίων λόγῳ διαίρεσιν τὴν ἀρίστην ποιούμενος, εἴποι τις ἂν πρῶτον, περὶ τῆς κατὰ φύσιν καὶ νόμον καὶ ἔθος συνουσίας. εἶτα περὶ τῆς παρὰ νόμον· καὶ τρίτον, περὶ τῆς παρὰ φύσιν. πρῶτον μὲν περὶ τῆς κατὰ νόμον συνουσίας, ὧδέ πως ἔχει. γυναικὶ τῇ ἑαυτοῦ μιγῆναι ἑκούσῃ καὶ προσιεμένῃ, καὶ πρὸς τὴν συνουσίαν μὴ ἀντιβαινούσῃ, ἀγαθὸν ἐπίσης πᾶσιν. ἔστι γὰρ ἡ γυνὴ, ἤτοι τέχνη τοῦ ἰδόντος, ἢ πραγματεία, ἀφ' ἧς τὰς ἡδονὰς πορίζεται· ἢ οὗ προΐσταται καὶ ἄρχει, ὡς καὶ τῆς γυναικός. σημαίνει ὁ ὄνειρος τὴν ἀπὸ τῶν τοιούτων ὠφέλειαν· ἥδονται μὲν οἱ ἄνθρωποι τοῖς ἀφροδισίοις· ἥδονται δὲ καὶ ταῖς ὠφελείαις. εἰ δὲ ἀντιβαίνει ἡ γυνὴ, ἢ μὴ παρέχοι ἑαυτὴν, τὰ ἐναντία σημαίνει. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ περὶ ἐρωμένης ἔστω λόγος. γυναιξὶ δὲ ἑταίραις ταῖς ἐπὶ καπηλείοις ἑστώσαις μίγνυσθαι, μικρὰν μὲν αἰσχύνην, καὶ βραχὺ ἀνάλωμα σημαίνει. αἰδοῦνται γὰρ ἅμα καὶ ἀναλοῦσι ταύταις πλησιάζοντες οἱ ἄνθρωποι. πρὸς δὲ πᾶσαν ἐπιχείρησιν εἰσὶν ἀγαθαί. καὶ γὰρ πρός τινων ἐργάσιμοι λέγονται· καὶ οὐδὲν ἀρνησάμεναι παρέχουσιν ἑαυτάς. εἴη δ' ἂν ἀγαθὸν τὸ εἰσιέναι εἰς τὰ πορνεῖα καὶ ἐξιέναι. ἐπεὶ τό γε μὴ δύνασθαι ἐξιέναι, πονηρόν. οἶδα δέ τινα ὃς ἔδοξεν εἰσελθεῖν εἰς πορνεῖον, καὶ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν· καὶ ἀπέθανεν οὐ μετ' πολλὰς ἡμέρας· κατὰ λόγον γε τούτου ἀποβάντος αὐτῷ. κοινὸς γὰρ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται, ὡς καὶ ὁ τοὺς νεκροὺς δεχόμενος, καὶ πολλῶν σπερμάτων ἀνθρωπί-

Reliquis vincula significat, propter pampinos retortos, & hederæ amplexus, aut morbum, eadem gratia. Malefactoribus autem decollationē portendit, propterea quòd eiusmodi ferro resecentur. Cepis coronatum esse videri, ei qui somnium vidit prodest, verùm his qui circum ipsum sunt, obest.

De coitu & rebus venereis.

CAP. 80.

IN tractatu de coitu venereo si quis optimam distinctionem facere velit, primum sanè de coitu secundum naturam, & legem, & consuetudinem dixerit. Deinde de eo qui præter legem est, & tertio loco de eo qui est præter naturam. Et primum quidem de coitu secundum legem hoc modo res habet. Vxori suæ misceri volenti, & appetenti, & non repugnanti, omnibus ex æquo bonum est. Est enim vxor, aut ars eius qui somnium vidit, aut negotiatio, ex qua voluptates comparat, aut cui præest & imperat, velut etiam vxori. Significat igitur somnium vtilitatem ex talibus; delectantur enim homines rebus venereis. delectantúrque etiam vtilitatibus. Si verò repugnet vxor, aut se non exhibeat, contraria significat. Eadem ratio & amicæ est. At verò meretriculis in lupanari prostantibus misceri, paruam pudefactionem, & modicum sumptum significat. Nam & pudefiunt simúlque sumptus faciunt homines has accedentes. Verùm ad omnem aggressionem commodæ sunt, etiam à quibusdam quæstuariæ dicuntur, & nihil negantes seipsas exhibent. Bonum autem fuerit ingredi lupanaria & exire. Quoniam exire non posse malum est. Noui ego quendam, qui visus est sibi ingredi in lupanar, & egredi non posse, & non ita post multos dies mortuus est, rationabiliter hoc ipsi eueniente. Communis enim locus ille vocatur, veluti etiam is qui mortuos suscipit, & sanè multorum seminum humano-

norum istic contingit corruptio. Meritò igitur locus ille morti similis est, ipsæ tamen mulierculæ nihil cum loco commune habent. Ipsæ enim bona significant, locus autem non est bonus. Quare vagabundæ meretrices commodiores sunt, si per somnium videantur. Bonæ sunt etiam in officinis desidentes, vendentésque aliquid & mercimonia suscipientes, tum si videantur, tum si misceantur. Si verò quis mulierem ignotam se inire existimet, si quidem formosa fuerit & gratiosa, supellectilémque habuerit vestium pretiosarum & mollium, & monilium aureorum, & seipsam exhibuerit, bonum est ei qui somnium vidit, neque paruum actionum euentum promittit. Si verò anicula fuerit, aut turpis, aut etiam deformis, & malis vestibus induta, in tristitia vitam deget. Et si nō exhibuerit seipsam, contraria prioribus significat. Oportet enim opinari mulieres ignotas imagines esse actionum obuenientium ei qui somnium vidit. Qualis igitur fuerit mulier, & quomodo affecta, taliter etiam actio afficiet ipsum somniatorem. Seruæ propriæ & seruo proprio misceri, bonum est. Sunt enim serui possessiones eius qui somniauit, quapropter significant ipsum ex propriis possessionibus voluptatem percepturum esse, vt verisimile sit ipsas ampliores & pretiosiores euasuras. Iniri à seruo bonum nō est, cōtēptum enim significat, & damnum ab ipso famulo, quæ significatio item fratris existit, siue iunior sit qui subagitat, siue senior. Nec aliud iudicium de inimico ferendum est. Mulieri notæ & familiari misceri, si quidem amanter erga ipsam affectus fuerit, eámque appetiuerit qui somnium uidit, nihil prædicit, propter intentam concupiscentiam. Si verò mulierem non concupierit, bonum est ipsi, si mulier opulenta fuerit. Omnino enim aliquid commodi sibi ab ipsa comparabit, aut per ipsam mulierē, quā vir vidit. Quæ enim corpus suum alicui exhibet, meritò etiam ea quæ circum corpus sunt exhibuerit. Sępe verò huiuscemodi somnium oblatum, etiā in arcanis mulieris, eū qui vidit iuuit. Exhibet enim se eiusmodi mulier hoc modo, vt etiam secreta reuelet. Cæterūm maritatā & iuxta leges nuptam inire, non est bonū, propter legē.

νῶν ἐνταῦθα γίνεται φθορά. εἰκότως οὖν ὁ τόπος οὗτος ἔοικε θανάτῳ. οὐδὲν μέντοι κοινὸν γυναῖκες ἔχουσι τῷ τόπῳ. αὗται μὲν τοι ἀγαθὰ σημαίνουσιν· ὁ δὲ τόπος, οὐκ ἀγαθός, ὅθεν αἱ πλαζόμεναι τῶν ἑταιρῶν λυσιτελέστεραι ὄναρ ὀφθῆναι. ἀγαθαὶ δὲ καὶ ἐπὶ ἐργαστηρίων καθεζόμεναι, καὶ πιπράσκουσαί τι καὶ δεχόμεναι ἐμπολάς, καὶ ὁραθεῖσαι καὶ μιγεῖσαι. εἰ δέ τις γυναῖκα ἣν οὐκ οἶδεν ὑπολάβοι περαίνειν, εἰ μὲν εὔμορφος εἴη καὶ χαρίεσσα, καὶ σκευὴν ἔχουσα ἱματίων πολυτελῶν καὶ μαλακῶν, καὶ ὅρμων χρυσίων, καὶ ἑαυτὴν παρέχουσα, καλὸν τῷ ἰδόντι· καὶ οὐ μικρὸν πλεονεκτησόμενον δείκνυσιν· εἰ δὲ πρεσβῦτις εἴη, ἢ καὶ ἄμορφος καὶ κακοείμων εἴη, λυπηρῶς διάγοι. καὶ εἰ μὴ παρέχοι ἑαυτήν, τἀναντία τοῖς προτέροις σημαίνει. χρὴ γὰρ ἡγεῖσθαι τὰς ἀγνοουμένας γυναῖκας, εἰκόνας εἶναι πράξεων τῶν συμβεβηκυιῶν τῷ ἰδόντι. οἵα οὖν ἐὰν ᾖ ἡ γυνή, καὶ ὅπως διακειμένη, οὕτως καὶ ἡ πρᾶξις διαθήσει τὸν ἰδόντα. δούλῃ ἰδίᾳ καὶ δούλῳ ἰδίῳ μιγῆναι, ἀγαθόν. εἰσὶν οἱ δοῦλοι κτήματα τοῦ ἰδόντος. διὸ σημαίνουσιν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ κτήμασιν ἡσθῆναι τὸν ἰδόντα, ὡς εἰκὸς πλείοσι καὶ πολυτελεστέροις γενομένοις. περαίνεσθαι δὲ ὑπὸ οἰκέτου, οὐκ ἀγαθόν. καταφρονηθῆναι γὰρ σημαίνει, καὶ βλαβῆναι παρὰ τοῦ οἰκέτου. τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐάν τε νεώτερος ᾖ ὁ περαίνων, ἐάν τε πρεσβύτερος, ἢ καὶ ὑπὸ ἐχθροῦ. γυναικὶ δὲ γνωρίμῃ καὶ συνήθει μίγνυσθαι, εἰ μὲν ἐρωτικῶς διακείμενός τις καὶ ἐπιθυμῶν τῆς γυναικὸς ἴδοι τὸν ὄνειρον, οὐδὲν προαγορεύει, διὰ τὴν ἐπιτεταμένην ἐπιθυμίαν. εἰ δὲ μὴ ἐπιθυμοίη τῆς γυναικός, ἀγαθὸν αὐτῷ, ὅταν ἡ γυνὴ εὔπορος ᾖ. πάντως γάρ τι πράξει λυσιτελὲς παρὰ τῇ γυναικί, ἢ διὰ τῆς γυναικὸς ἧς εἶδεν ὁ ἀνήρ. ἡ γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῆς τινὶ παρέχουσα, εἰκότως καὶ τὰ περὶ σῶμα παρέχοι ἄν. πολλάκις δὲ τὸ τοιοῦτον ὄναρ καὶ ἐν μυστηρίοις τῆς γυναικὸς γινόμενον, τὸν ἰδόντα ὠφέλησε. παρέχει γὰρ ἡ τοιαύτη καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθά. ὕπανδρον δὲ κατὰ νόμους γεγαμημένην περαίνειν, οὐκ ἀγαθὸν διὰ τὸν νόμον.

ἴσοις γὰρ τοῖς ἐπὶ μοιχείᾳ ἁλοῦσιν ὁ νόμος ἐπιτίθησι, τοῖς αὐτοῖς καὶ τὸ ὄναρ. περαίνεσθαι δὲ ὑπό τινος γνωρίμου, γυναικὶ μὲν ἡδὺ καὶ λυσιτελές, οἷος ἂν ᾖ ὁ περαίνων. ἀνδρὶ δὲ ὑπὸ πλουσιωτέρου καὶ πρεσβυτέρου περαίνεσθαι, ἀγαθόν. παρὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἔθος ἐστὶ λαμβάνειν. ὑπὸ δὲ νεωτέρου καὶ ἀπόρου περαίνεσθαι, πονηρόν. τοῖς γὰρ τοιούτοις ἔθος ἐστὶ προσδιδόναι. τὸ δὲ αὐτὸ σημαίνει καὶ ἐὰν πρεσβύτερος ᾖ ὁ περαίνων, ἢ πτωχός. χειρουργεῖν δὲ τὸ αἰδοῖον ὅστις ὑπολάβοι, δοῦλον ἢ δούλην περανεῖ. διὰ τὸ τὰς χεῖρας τὰς προσαγομένας τῷ αἰδοίῳ, ὑπηρετικὰς εἶναι. εἰ δὲ μὴ ἔχοι θεράποντας, ζημίαν ὑπομενεῖ· διὰ τὴν εἰς ἄχρηστον τοῦ σπέρματος ἀπόκρισιν. οἶδα δέ τινα δοῦλον, ὃς ἔδοξε τὸ δεσπότου αὐτοῦ δέφειν· καὶ ἐγένετο τῶν παίδων αὐτοῦ παιδαγωγὸς καὶ τροφός. ἔσχε γὰρ ἐν ταῖς χερσὶ τὸ τοῦ δεσπότου αἰδοῖον, ὃ τῶν οἰκείων τέκνων σημαντικόν. καὶ πάλιν αὖ οἶδα, ὃς ἔδοξεν ὑπὸ τοῦ δεσπότου δέφεσθαι. καὶ προσδεθεὶς κίονι, πολλὰς ἔλαβε πληγάς. καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἐνετάθη.

Περὶ τῆς παρὰ νόμον συνουσίας. πα΄.

Οὕτω κρίνειν δεῖν ἐστιν. υἱὸν περαίνειν οὐδέπω πενταετῆ γεγονότα, θάνατον τῷ παιδὶ σημαίνει· καθὼς πολλάκις ἐτήρησα. εἰκὸς δὲ τοῦτο σημαίνειν, διὰ τὸ φθείρεσθαι τὸ βρέφος· φθορὰν δὲ καλοῦμεν τὸν ὄλεθρον. εἰ δὲ ὑπὲρ τὰ πέντε ἔτη ὁ παῖς εἴη γεγονώς, ἐντὸς δὲ τῶν δέκα ἐτῶν, νοσήσει μὲν ὁ παῖς. ἀφρόνως δέ τι πραγματευσάμενος ὁ ἰδὼν τὸν ὄνειρον, βλαβήσεται. ὁ μὲν γὰρ, διὰ τὸ παιδικὸν τῆς ἡλικίας πρὸ τῆς ὥρας περαινόμενος, διὰ τὸ ἀλγεῖν, νοσήσει. ὁ δὲ, βλαβήσεται δι᾽ ἀφροσύνην. οὐ γάρ ἐστιν ἐρρωμένου τὰς φρένας, οὐχ ὅτι γε τὸν αὑτοῦ υἱὸν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἄλλον τηλικοῦτον περαίνειν. εἰ δὲ ἀντιπαίσῃ ὁ υἱὸς, ἐὰν μὲν πένης ᾖ ὁ πατὴρ, εἰς διδασκάλους πέμψας τὸν υἱὸν,

Qualibus enim pœnis lex subiicit deprehensum in adulterio, iisdem etiam somnium obiicit. Iniri autem à quopiam familiari, mulieri quidem iucundum & vtile est, quicunque tandem initor ipse fuerit. Verùm viro ab opulentiore & seniore iniri bonum est. Ab huiusmodi enim mos est accipere. A iuniore autem & inope iniri, malum est. huiusmodi enim mos est dare. Eadem significatio est etiã, si senior fuerit initor, & mendicus. Masturbari si quis sibi videatur, seruum aut seruam inibit, propterea quòd manus pudendo admotæ ministerio funguntur. Si verò non habeat seruos, damnum sustinebit, propterea quòd inutiliter semen excernit. Noui quendam seruum qui sibi visus est, heri sui virilia tractare, & factus est filiorum ipsius pædagogus & nutritor, habuit enim in manibus domini pudẽdum propriorum eius liberorum existens significatiuum. Et rursus noui qui sibi visus est, virilia sua ab hero tractari, & alligatus columnæ, multas plagas accepit, atque sic ab hero intentus, & ad tentiginem excitatus est.

De coitu præter legem.

CAP. 81.

De coitu præter legem sic iudicare oportet. filium inire nondum quinque annos natum, puero mortem præsagit, quemadmodum sæpe obseruaui. Verisimile est autem hoc significare, propter pueri corruptionem, corruptionem autem interitum vocamus. Si verò quintum annum puer fuerit trãsgressus, & adhuc intra decimum consistat, ægrotabit quidem puer, qui verò somnium vidit, insipienter se in aliqua re gerens, damnum perpetietur. atque ille quidem ob puerilem ætatem intempestiuè initus, ex dolore ægrotabit. hic verò ob insipientiam damnum incurret. Non est enim viri sana mente præditi, non dico filium, sed ne alium quidem tantillum puerulum inire. Si verò reluctetur filius, si quidem pauper fuerit pater, ad magistros mittens filium,

mercedémque ipsi suppeditans, in ipsum excretiones & expensas faciet. Si verò diues somnium hoc viderit, multa filio largiens, & bona sua ipsi adscribens, hoc modo excretiones faciet. At verò si vir perfectæ iam ætatis filio misceatur, peregrinanti quidem bonum est. conuentionem enim & conuersationem somnium significat, propter ipsum coitus nomen. præsenti verò & simul degenti, malum. Necesse est enim ipsos inuicem separari, propterea quòd virorum inter se coitus vt plurimum ex auersione fiunt. Iniri autem à filio per vim damnum per filium accessurum significat, ex quo damno etiam filius plorabit. Si verò quis patrem suum sibi videatur inire, fugitiuus à patria sua erit, aut à patre in regionem aliquam relegabitur. Aut enim ipse pater eum auersabitur, aut populus, qui cum patre eandem rationem habet. Filiola parua omnino, & nondum quinque annos nata, item quæ intra decimum annum consistit, eadem quæ filius significat. Cùm autem circa nubiles annos puella fuerit, in viri domum transibit, & qui somnium vidit dotem ei dabit, atque sic in filiam substantiam suam disperget. Noui autem quendam qui ob hoc somnium vxore priuatus est, rectè & pro ratione: reliqua enim ipsi filia erat, quæ per custodiam domus & vxoris & filiæ opera exhibuit ac subiuit. Si verò quis filiæ suæ iam virum habenti se coire existimet, separata à viro filia ad ipsum perueniet, quo cum ipso sit & conuersetur. Bonum est pauperi diuitem filiam habenti, ipsi commisceri. Multum enim emolumenti à filia capiens, voluptate proinde fruetur ex ipsa. Sæpe verò opulenti etiam citra voluntatem filiabus aliquid dederunt, hoc somnio viso. Et ægrotantes mortui sunt, filiabus hæredibus relictis. Porrò de sorore superuacaneum est dicere. Eadem enim quæ filia significat. Fratrem autem inire, tum iuniorem, tum seniorem, bonum est ei qui hoc somnium vidit. Superior enim fratre erit, ipsúmque contemnet. Qui verò amicum inierit, inimicus eius fiet, læsus prius ab ipso.

μισθούς τι αὐτῷ χορηγῶν, εἰς αὐτὸν ἀποκρίσεις ποιήσεται. εἰ δὲ πλούσιος τὸ τοιοῦτον ἴδοι, πολλὰ τῷ υἱῷ δωρούμενος, καὶ καταγράφων τὰς εἰς αὐτὸν ἀπουσίας, ποιήσεται καὶ ἀποκρίσεις. ἀνδρὶ δὲ τελείῳ ἤδη ὄντι τῷ υἱῷ μιγῆναι, ἀποδημοῦντι μὲν, ἀγαθόν. συνελθεῖν γὰρ καὶ συμπαραστραφῆναι σημαίνει τὸ ὄναρ, διὰ τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα. συνόντι δὲ καὶ συνδιατρίβοντι, πονηρόν. χωρὶς γὰρ ἀλλήλων γενέσθαι αὐτοὺς ἀνάγκη. διὰ τὸ τὰς τῶν ἀνδρῶν συνουσίας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐξ ἀποστροφῆς γίνεσθαι. περαίνεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ βίᾳ, βλαβῆναι ὑπὸ τοῦ υἱοῦ σημαίνει. ἐφ᾽ ᾗ βλάβῃ καὶ ὁ υἱὸς οἰμώξει. εἰ δὲ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα δόξοι τις περαίνειν, φυγὰς ἔσται τῆς ἑαυτοῦ· ἢ πρὸς τὸν πατέρα εἰς χώραν καταστασιασθήσεται. ἢ γὰρ αὐτὸς ἀποστραφήσεται αὐτὸν ὁ πατήρ, ἢ ὁ δῆμος, ὁ τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν ἔχων λόγον. θυγάτριον μικρὸν μὲν παντελῶς, καὶ οὐδέπω πενταέτις γεγονὸς, ἐντὸς δὲ τι τῶν δέκα, ἐπίσης τῷ υἱῷ σημαίνει. ὅταν δὲ ὥρᾳ γάμων ἡ παῖς τύχοι οὖσα, εἰς ἀνδρὸς πορεύσεται. καὶ ὁ ἰδὼν τὸν ὄνειρον φερνὴν ἐπιδοὺς, οὕτως εἰς τὴν θυγατέρα ἀπουσιάσει. οἶδα δέ τινα ὃς ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ, τῆς γυναικὸς ἐστερήθη. ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον. λοιπὸν γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ θυγάτηρ διὰ τῆς οἰκουρίας, καὶ τὰ γυναικὸς καὶ τὰ θυγατρὸς ἔργα παρέχουσα. εἰ δὲ παρὰ ἀνδρὶ οὔσῃ τῇ θυγατρὶ τῇ ἑαυτοῦ τις ὑπολάβοι συνιέναι, χωρισθεῖσα τοῦ ἀνδρὸς ἡ θυγάτηρ, πρὸς αὐτὸν ἀφίξεται. ἵνα αὐτῷ συνῇ καὶ συναναστρέφηται. ἀγαθὸν δὲ πένητι πλουσίαν ἔχοντι θυγατέρα, μιγῆναι αὐτῇ. πολλὰ γὰρ ἀπὸ τῆς θυγατρὸς ὠφελημένος, ἡσθήσεται ἐπ᾽ αὐτῇ. πολλάκις δὲ οἱ πλουτοῦντες, καὶ παρὰ προαίρεσιν ἔδωκάν τι ταῖς θυγατράσι. τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον καὶ οἱ νοσοῦντες ἀπέθανον. ἐπὶ κληρονόμοις ταῖς θυγατράσι. περὶ δὲ ἀδελφῆς, περισσὸν λέγειν. τὰ αὐτὰ γὰρ τῇ θυγατρὶ σημαίνει. ἀδελφὸν δὲ περαίνειν καὶ πρεσβύτερον καὶ νεώτερον, ἀγαθὸν τῷ ἰδόντι. ὑπέρτερος γὰρ τοῦ ἀδελφοῦ ἔσται, καὶ καταφρονήσει αὐτοῦ. καὶ φίλον δὲ ὁ περαίνων, εἰς ἔχθραν αὐτῷ καταστήσεται, βλαβεὶς πρότερον ὑπ᾽ αὐτοῦ.

Περὶ μητρός. πβʹ.

Ὁ περὶ μητρὸς λόγος περὶ ἀφροδισίων, ποικίλος καὶ πολυμερής· καὶ πολλὴν ἐπιδεχόμενος διαίρεσιν, πολλοὺς τῶν ὀνειροκριτικῶν διέφυγεν. ἔχει δὲ ὧδε. οὐχ ἡ μίξις αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἱκανή ἐστι τὰ σημαινόμενα δεῖξαι. ἀλλὰ καὶ αἱ συμπλοκαί, τὰ σχήματα τῶν σωμάτων διάφορα ὄντα, διαφόρους ἀποβάσεις ποιεῖ. πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς συγχρωτὰ περαινομένης καὶ ἅμα ζώσης, λεκτέον. ἐπειδὴ καὶ ἡ ζῶσα οὐ τὰ αὐτὰ τῇ νεκρᾷ σημαίνει. εἴ τις οὖν τὴν ἑαυτοῦ μητέρα συγχρωτά, ὅπερ καὶ κατὰ φύσιν τινὲς λέγουσι, ζῶσαν ἐπιπεραίνοι, εἰ μὲν ἔτι ὁ πατὴρ ἐρρωμένος, ἔχθρα αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα ἔσται· διὰ τὴν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων γινομένην ζηλοτυπίαν. ἢ μᾶλλον ἂν ἐπὶ τούτων γένοιτο. εἰ δὲ νοσῶν ὁ πατὴρ τύχοι, τεθνήξεται. προστήσεται γὰρ τῆς μητρὸς υἱὸς ἅμα καὶ ἀνήρ. ἀγαθὸν δὲ παντὶ χειροτέχνῃ καὶ ἐργοπόνῳ· καὶ γὰρ τὴν τέχνην μητέρα καλεῖν ἔθος ἐστί. τί δὲ ταύτῃ πλησιάζοντι ἂν εἴη ἄλλο, ἢ τὸ μὴ σχολὴν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τέχνης πορίζειν. ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὶ δημαγωγῷ καὶ πολιτευτῇ· σημαίνει γὰρ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ· ὥσπερ οὖν ὁ μισγόμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης, παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης πειθομένης καὶ ἑκούσης· οὕτως ὁ ἰδὼν, πάντων προστήσεται τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων· καὶ εἰ ἐχθρὸς ὢν τῇ μητρί, εἰς φιλίαν καταστήσεται διὰ τὴν μίξιν· καὶ γὰρ φιλότης καλεῖται. πολλάκις δὲ καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας, ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνήγαγε τὸ ὄναρ τοῦτο, καὶ ἐποίησε συνεῖναι. διὸ καὶ τὸν ἀπόδημον, εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανάγει. ὅταν δὲ ἡ μήτηρ ἐν τῇ πατρίδι τυγχάνῃ οὖσα, εἰ δὲ μή, ὅπου ἂν ἡ μήτηρ διάγοι, ἐκεῖ σημαίνει πορεύεσθαι τὸν ἰδόντα. καὶ εἴ τις πενόμενος καὶ ἐν ἐνδείᾳ ὢν τῶν ἐπιτηδείων, πλουσίαν ἔχοι μητέρα, λήψεται παρ' αὐτῆς ὅσα βούλεται· ἢ ἀποθανούσης μετ' οὐ πολὺ κληρονομήσει.

De Matre. CAP. 82.

CÆterum de matre, quod ad rem veneream attinet, ratio varia & in multas partes distracta, multámque diuisionem admittens, multos somniorum interpretes latuit & fefellit. Habet autem hoc modo. Ipsa mixtura per se non est sufficiens ad ea quæ per ipsam significantur demonstranda, sed & complexus, qui diuersæ corporum figuræ sunt, diuersos euentus faciũt. Primùm igitur de ea quæ iuxta consuetam hominibus corporum figuram initur, simúlque viuit, dicendum est, quandoquidem etiam viua nõ eadem quæ mortua significant. Si quis igitur matrem suam, iuxta consuetam hominibus corporum figuram; quod etiam iuxta naturam quidam appellant, viuentem ineat, siquidem pater adhuc fuerit sanus, inimicitia ipsi aduersus patrem orietur, propter zelotypiam, quæ etiam in aliis hominibus oboriri solet, & sanè magis in his continget. Si verò ægrotus fuerit pater, morietur, præficietur enim matri filius simul & vir. Bonum est autem hoc somnium omni opifici manuario & operario. Nam matrem appellare mos est ipsam artem. Matri autem misceri quid tandem aliud sit, quam non vacare & nõ otiosum esse, sed ab arte rem parare? Bonum est etiam omni tribuno plebis, & Rempub. administranti. Significat enim patriam mater. Quemadmodum igitur is qui iuxta legem Veneris miscetur, toti coëuntis corpori imperat, ea quam init obediente & voluntariè se exhibente: sic is qui somnium vidit omnibus vrbis rebus ac negotiis præficietur: & si inimicus fuerit matri, in amicitiam redigetur, propter mixturam, nam hęc amicitia vocatur. Sępe verò & segregatos habitatione, in idem reduxit hoc somnium, & cohabitare ac simul esse fecit, quapropter etiam peregrinum ad domum reducit, vbi sanè mater in patria vixerit. Si verò non, vbicunque mater ipsa vitam degerit, eo profecturum somniantem significat. Et si quis pauper & inops rei familiaris, diuitem habuerit matrem, accipiet ab ipsa quæcunque volet, aut non ita multo post defunctæ hæres erit.

atque

atque sic ex matre voluptatem capiet. Multi verò etiam vice versa matres exceperunt ac nutrierunt, ita vt illæ ex ipsis voluptatem ferrent. At verò ægrotantem erigit hoc somnium, significátque ipsum secundum naturam habiturum esse. Mater enim communis omnium est natura. Dicimus autem sanos, & non ægros, secundum naturam habere. Meminit eius & Apollodorus Telmissensis, vir doctrina & eloquentia clarus. Cæterùm non similis significatio contigerit in ægris, si mortua fuerit mater. Nam statim omnino morietur qui somnium vidit. Mortuæ enim corpus resolutũ est in materiam, ex qua conflatum est & concretum, & plurima eius pars terrea existens, in propriam materiam transmutatur, & sanè ipsam terram nihilominus matrem vocamus. Quare misceri matri mortuæ, quid aliud ægro significet, quàm terræ misceri? Bonum est autem somnium ei qui de terra litigat, & terram emere volenti, & agriculturam exercere volenti, mortuæ matri misceri. Quanquam alij dicant quod agricolę non conferat. Nam tanquam in mortuam terram coniiciet semina, hoc est fructum nõ feret. Verum mihi hoc nequaquã verum esse videtur, nisi quis vtique in coitu pœnitere aut tristari se putet. Quin & peregrinus apud exteros degens ad domum reuertetur, & qui de substantia & bonis matris litigat, ex hoc somnio vincet, atque sic ille domum reuersus, hic verò non ex corpore, sed ex rerum substantia ipsius matris voluptatem capiet. Si verò quis in patria sua viuens hoc somnium viderit, patria exibit. Non enim licet in tanto crimine ad maternum focum diutius manere, & si quidem tristetur in coitu, aut pœniteat, patria exulabit, sin minus, vltro peregrinabitur. Matrem auersam inire, non est bonum. Aut enim ipsa mater auersabitur eum qui somnium vidit, aut patria, aut ars, aut qualecunque tandem propositũ habuerit. Malum est etiam rectè adstare matri iuxta coitionem, penuria enim cubilis & stragulorũ huiusmodi figura homines vtuntur, quapropter tribulationes & angustias significat. Sed & in genua innixæ matri misceri, malum est, insuperque indecorũ est etiam supinæ prostratæ misceri. Multam enim rerum diffi-

καὶ οὕτως ἐπὶ τῇ μητρὶ ἥδεσθαι. πολλοὶ δὲ καὶ ἀναλαβόντες τὰς μητέρας ἔθρεψαν, ἐκείνων ἐπ᾽ αὐτοῖς ἡδομένων. νοσοῦντα δὲ ἀνίστησι τὸ ὄναρ, καὶ σημαίνει κατὰ φύσιν ἕξειν. μήτηρ γὰρ κοινὴ πάντων ἡ φύσις. φαμὲν δὲ τοὺς ἐρρωμένους καὶ οὐχὶ νοσοῦντας, κατὰ φύσιν ἔχειν. μέμνηται δὲ τούτου, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Τελμισσεὺς, ἀνὴρ ἐλλόγιμος. γίνεται δ᾽ αὖ ἐπὶ τῶν νοσούντων οὐχ ὅμοιον τὸ σημαινόμενον, εἰ τύχοι εἴη νεκρὰ ἡ μήτηρ. ἐπεὶ αὐτίκα μάλα τεθνήξεται ὁ ἰδών. τῆς γὰρ νεκρᾶς τὸ σύγκριμα ἀναλύεται εἰς τὴν ὕλην, ἐξ ἧς συνέστη καὶ συνεκρίθη· καὶ τὸ πλεῖστον γεῶδες ὄν, εἰς τὴν οἰκείαν ὕλην μεταβάλλει· καὶ τὴν γῆν οὐδὲ αὐτὴν οὐδὲν ἧττον μητέρα καλοῦμεν. τὸ δὲ μιγῆναι νεκρᾷ τῇ μητρὶ, νοσοῦντι τί ἂν ἄλλο σημαίνοι, ἢ τὸ τῇ γῇ μιγῆναι. ἀγαθὸν δὲ τῷ περὶ γῆς ἔχοντι δίκην, καὶ τῷ τὴν γῆν ὠνεῖσθαι βουλομένῳ· καὶ τῷ γεωργεῖν ἐθέλοντι, τὸ νεκρᾷ τῇ μητρὶ μιγῆναι. λέγουσι δὲ ἔνιοι, ὅτι γεωργῷ μόνῳ.* ὡς ἐπὶ νεκρὰν γὰρ τὴν γῆν καταβάλλει τὰ σπέρματα, τουτέστιν, οὐ καρπιεῖται. ἐμοὶ δὲ οὐδαμῶς ἀληθὲς εἶναι δοκεῖ. εἰ μὴ ἄρα τις ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ μεταγινώσκειν ἢ ἀνιᾶσθαι νομίζοι. ἔτι καὶ ὁ ἀπόδημος ὤν, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀνακομισθήσεται· καὶ ὁ περὶ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς ἀμφισβητῶν, νικήσει ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ. ὁ μὲν, εἰς τὴν οἰκίαν ἀνακομισθείς· ὁ δὲ, οὐκ ἐπὶ τῷ σώματι, ἀλλὰ τῇ οὐσίᾳ τῆς μητρὸς τερπόμενος. εἰ δέ τις ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτοῦ ὢν ἴδοι τὸν ὄνειρον τοῦτον, ἐξελεύσεται τῆς πατρίδος· οὐ γὰρ ἔνεστιν ἐπὶ τοιούτῳ ἁμαρτήματι μένειν ἔτι ἐπὶ τῆς μητρῴας ἑστίας. καὶ εἰ μὲν ἀνιῷτο ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ, ἢ μεταγινώσκοι, φεύξεται τὴν πατρίδα. εἰ δὲ μή γε, ἑκὼν ἀποδημήσει. ἀπεστραμμένην δὲ τὴν μητέρα περαίνειν, οὐκ ἀγαθόν. ἢ γὰρ αὐτὴ ἡ μήτηρ ἀποστραφήσεται τὸν ἰδόντα, ἢ ἡ πατρὶς, ἢ ἡ τέχνη. ἢ ὅ,τι ἂν ᾖ τὸ προκείμενον τῷ ἰδόντι. πονηρὸν δὲ καὶ ὀρθῇ παρεστάναι τῇ μητρὶ κατὰ τὴν συνουσίαν· ἀπορίᾳ γὰρ κοίτης ἢ στρωμάτων, τοιούτῳ χρῶνται σχήματι ἄνθρωποι· διὸ θλίψεις καὶ στενοχωρίας σημαίνει. καὶ εἰς τὰ γόνατα τῇ μητρὶ κειμένῃ μιγῆναι, πονηρόν ἐστι καὶ ἄσχημον, καὶ ὑπτίᾳ βεβλημένῃ. πολλὴν γὰρ ἀπο-

εἶαι σημαίνει, διὰ τὸ τῆς μητρὸς ἀκίνητον. γενέσεως γὰρ ἢ τύχην ἢ δαίμονά τινα τοῦ ἰδόντος τὸν διέποντα καὶ τῶν ὅλων αἴτιον νομίζομεν εἶναι τὴν μητέρα. τὸ δὲ ἄνωθεν ἐπικειμένην καὶ ἐφιππαζομένην τὴν μητέρα περαίνειν· λέγουσιν ἔνιοι θάνατον τῷ ἰδόντι σημαίνειν. γῇ γὰρ ἔοικε μήτηρ. ἐπειδὴ τροφὸς πάντων καὶ γενέτειρα ἡ γῆ· αὕτη δὲ τῶν νεκρῶν ἄνωθεν καὶ οὐχὶ τῶν ζώντων γίνεται μήτηρ. ἐγὼ δὲ ἐτήρησα τοὺς μὲν νοσοῦντας ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ πάντοτε ἀποθανόντας· τοὺς δὲ ἐρρωμένους, μετὰ πολλῆς ῥᾳστώνης καὶ κατὰ προαίρεσιν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου διαγαγόντας. ὀρθῶς τε εὐλόγως τοῦ τοιούτου γινομένου. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις σχήμασι, καὶ ὁ κάματος τε τὸ ἆσθμα, περὶ τὸν ἄρσενα ὡς ἐπιπολὺ συνίσταται. ἡ δὲ θήλεια, ἀπονωτέρα διατελεῖ. ἐν δὲ τούτῳ τῷ σχήματι, ὁ μὲν πόνος, περὶ τὴν θήλειαν. τῷ δὲ ἄρρενι συμβαίνει ἀπραγμόνως καὶ ἀποπεπαυμένῳ ἥδεσθαι τε τέρπεσθαι. ἀλλά τε ἥττους τοὺς πόνους ποιεῖ τοῦτο τὸ σχῆμα. διὰ τὸ χωρὶς σαλευμάτων γίνεσθαι. τε τοὺς πλησίον λαθεῖν ἐπιτρέπει, μὴ ἐν φωτὶ γινόμενον. διὰ καὶ τοῦ ἄσθματος πολὺ ἀφαιρεῖν. πολλοῖς δὲ τε ἄλλοις σχήμασιν οὐ συμφέρει χρῆσθαι ἐπὶ μητρὸς· οὔτε γὰρ ἐνυβρίζειν δίκαιον ἐστι μητρί. ὅτι δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα σχήματα διὰ ὕβριν καὶ ἀκολασίαν καὶ παροινίαν εὗρον ἄνθρωποι· τὸ δὲ συνχρῶντα μόνον ὑπὸ τῆς φύσεως διδαχθέντες, δῆλον ἀπὸ τῶν ἄλλων ζώων. πάντα γὰρ τὰ γένη, συνήθει τινὶ χρῶνται σχήματι, τε οὐ μεταβάλλει. διὰ τὸ τῷ κατὰ φύσιν λόγῳ ἀκολουθεῖν. οἷον τὰ μὲν, ὄπισθεν προσαναπηδᾷ, ὡς κάμηλος, καὶ κύνες. τὰ δὲ, ἄνωθεν ἐπιβαίνει, ὡς ἵππος, ὄνος, αἴξ, ὗς, πρόβατον, ἔλαφος, καὶ τὰ λοιπὰ τετράποδα. τὰ δὲ, συμβάλλει πρότερον τὰ στόματα. ὡς ἔχιδναι τε περιστεραί, καὶ γαλαῖ. τὰ δὲ, κατὰ βραχὺ συνέρχεται, ὡς στρουθός. τὰ δὲ ἐπιβαίνοντα, βάρει τὰς θηλείας συνιζάνειν ἀναγκάζει, ὡς πᾶς ὄρνις· τὰ δὲ, οὐ πλησιάσαντα ἀλλήλοις· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν ἀρσένων ἀποθλιβὲν τὸ σπέρμα, ἀναλέγουσιν αἱ θήλειαι, ὡς ἰχθύες. οὕτως εἰκὸς καὶ ἀνθρώπους, τὸ μὲν οἰκεῖον σχῆμα, τὸ πρὸς

cultatem & penuriam significat, propter matris immobilitatem. Natiuitatẽ enim aut fortunam aut dæmonem aliquẽ, eius qui somnium vidit res dispensantem, & vniuersorum causam existẽtem, matrem esse putamus. At verò supernè incumbẽtem & inequitatem matrem inire, aiunt aliqui mortem ei qui vidit portendere. Terræ enim similis est mater, quandoquidem nutrix omnium & generatrix terra existit. atque hæc mater super mortuos, non super viuos incumbere solet. Ego verò obseruaui, ægrotos quidem semper ex hoc somnio defunctos vita esse. Verum sanos in multa quiete, & ex animi sententia, reliquam vitam transegisse, rectè & rationabiliter hoc sic eueniente. In aliis enim figuris & labor, & anhelatio, circa marem ferè consistit, fœmina verò nullo labore defatigatur. In hac autem figura, labor circa fœminam est, mari verò citra negotium & extento contingit iucunditas & voluptas, sed & minores labores exhibet hęc figura, propterea quòd citra cõcussiones fiat: & eos etiam qui propè sunt latet, si non in luce fiat, propterea quòd plurimum anhelationis aufert. Multis porrò & aliis figuris non expedit vti in matre, neque enim iustum est contumelia afficere matrem. Quòd verò alias quidem omnes figuras ob contumeliam, & lasciuiam, & petulãtiam ex ebrietate, repererint homines, eam verò solam quæ iuxta consuetam hominibus corporum figuram fit, ex natura edocti sint, ex aliis animalibus manifestum fit. Omnia enim ipsorum genera, consueta quadam vtuntur figura, & eam non transmutant, propterea quòd rationem quæ secundum naturam est sequantur. Velut exempli gratia. Alia quidem pone coeũt, velut camelus, & canes. Alia verò supernè inscendũt, velut equus, asinus, taurus, hircus, verres, aries, ceruus, & reliqua quadrupedia. Alia ora prius conferunt, velut viperæ, & columbæ, & feles. Alia paulatim conueniunt, velut passer. Alia inscẽdentia grauitate sua fœminas cõsidere cogũt, velut omne auium genus. Alia inuicem non coeũnt, sed expressum à masculis semen fœminæ colligunt, velut pisces. Eodem modo verisimile est etiam homines propriam figuram naturalem, corpori videlicet aptam

& congruam habere, reliquas autem excogitasse, contumelia porteruitatéque ac libidine persuasos & inductos. Cæterùm quòd omnium grauissimum & absurdissimum obseruaui, est fellari sibi videri à matre. Nam & liberorum interitum, & possessionum amissionem significat, & morbum magnum ipsi qui somnium vidit. Noui etiam quẽdam qui ex hoc somnio pudendo priuatus est. Verisimile enim erat eũ ea parte corporis plecti, qua peccabat. Si verò quis à propria vxore aut amica sibi videatur fellari, inimicitia & nuptiarum aut amicitiæ solutio ipsi continget. Non enim honestum est cùm eiusmodi, neque mensa, neque osculis communicare, nisi sanè vterum gestet vxor: tunc enim perdet fœtum, propterea quòd præter naturam semina suscepit. Insuper verò si locupletior viro fuerit multum æs alienum viri persoluet. Et si seruo cohabitauerit, de suo pecunias cõferens, virum liberabit, atque sic continget viri necessarium, (sic enim etiam ipsum pudendum appellatur) hoc est ipsam necessitatem puram & mundam esse. Qui verò ab amico, aut cognato, aut filio non amplius infante fellatus est, in inimicitiam cum fellatore veniet. Verùm à puero infante fellatus, infantem defodiet. Neque enim possibile est vt talem infantem amplius osculetur. Qui verò à quopiam ignoto fellatus est, damnum aliquod qualecũque tandem incurret (neque enim exactè id dici potest) propter inutilem seminis excretionem. Quod si quis videatur sibi aliquem alium fellare, atque is notus sibi sit & familiaris, siue mulier, inimicitiam cum ipso suscipiet, propterea quòd per ora communionem amplius habere nõ possunt. Si verò ignotus fuerit quem quis fellat, omnibus nocuum est, exceptis his qui per ora quæstum faciunt, velut sunt tibicines, & tubicines, & rhetores, & sophistæ, & si qui alij his similes existunt.

De Coitu præter naturam.

CAP. 83.

DE coitu præter naturam hæc sanè dici possunt. Sibi ipsi misceri sibi

χρῶντα ἔχειν· τὰ δὲ λοιπὰ ἐπιτεχνάσασθαι, ὕβρει καὶ ἀκολασίᾳ εἴκοντας. πάντων δὲ δεινότατον καὶ ἀπορώτατον ἐτήρησα, τὸ δοκεῖν ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀρρητοποιεῖσθαι. καὶ γὰρ τέκνων ὄλεθρον, καὶ περιουσίας ἀπώλειαν σημαίνει· καὶ νόσον μεγάλην τῷ ἰδόντι· οἶδα καί τινα ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ, ἀφαιρεθέντα τὸ αἰδοῖον· καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ᾧ ἡμάρτανεν ἐν μέρει τοῦ σώματος, τούτῳ καὶ κολασθῆναι. εἰ δὲ ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἢ ἐρωμένης δόξειέ τις ἀρρητοποιεῖσθαι, ἔχθρα καὶ λύσις αὐτῷ τοῦ γάμου ἢ τῆς φιλίας ἔσται. οὐ γὰρ ἔνεστι τῇ τοιαύτῃ, οὔτε τραπέζης, οὔτε φιλημάτων κοινωνῆσαι. εἰ μὴ ἄρα ἐν γαστρὶ ἔχοι ἡ γυνή. φθείρει γὰρ τὸ κατὰ γαστρὸς διὰ τὸ παρὰ φύσιν δέχεσθαι τὰ σπέρματα. ἔτι καὶ εἰ εὐπορωτέρα τοῦ ἀνδρὸς εἴη, πολλὰ δάνεια διαλύσει τοῦ ἀνδρός. καὶ εἰ δούλῳ συνοικοῦσα, παρ' ἑαυτῆς εἰσφέρουσα χρήματα, ἐλευθερώσει τὸν ἄνδρα. καὶ οὕτω συμβήσεται τὸ ἀνδρὸς τὸ ἀναγκαῖον. τοῦτο γὰρ καὶ τὸ αἰδοῖον καλεῖται· τουτέστι τὴν ἀνάγκην καθαρὰν γενέσθαι. ὁ δὲ ὑπὸ φίλου ἢ συγγενοῦς ἢ τέκνου μηκέτι βρέφους ὄντος ἀρρητοποιηθεὶς, εἰς ἔχθραν τῷ ἀρρητοποιήσαντι καταστήσεται. ὁ δὲ ὑπὸ βρέφους ἀρρητοποιηθεὶς, κατορύξει τὸ βρέφος. οὐ γὰρ τὸ τοιοῦτον ἔτι ἔστι φιλῆσαι. ὁ δὲ ὑπὸ ἀγνῶτός τινος ἀρρητοποιηθεὶς, ζημιωθήσεται ζημίαν ἡντινοῦν· οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' ἀκριβὲς εἰπεῖν, διὰ τὴν εἰς ἄχρηστον ἀπόκρισιν τοῦ σπέρματος. εἰ δὲ αὐτὸς δόξειέ τις ἀρρητοποιεῖν, εἰ μὲν γνώριμόν τινα καὶ συνήθη, εἴτε ἄνδρα εἴτε γυναῖκα, εἰς ἔχθραν καταστήσεται αὐτῷ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι στομάτων ἔτι κοινωνεῖν. εἰ δὲ εἰς ἀγνῶτα, πᾶσι βλαβερὸν, πλὴν τῶν διὰ τοῦ στόματος ἐχόντων τὴν ἐργασίαν. τοὺς αὐλητὰς λέγω καὶ σαλπικτὰς, καὶ ῥήτορας καὶ σοφιστάς· καὶ εἴ τινες ἄλλοι τούτοις εἰσὶν ὅμοιοι.

Περὶ τῆς παρὰ φύσιν συνουσίας. πγʹ.

ΠΕρὶ δὲ τῆς παρὰ φύσιν συνουσίας, ταῦτα ἄν τις λέγοι. ἑαυτῷ μιγνύναι

δοκεῖν, πλουσίῳ μὲν ἀπώλειαν τῆς οὐσίας καὶ πολλὴν ἀπορίαν, καὶ λοιμὸν μαντεύεται τὸ ὄναρ, ὡς οὐ παρόντος ἄλλου σώματος· πένητι δὲ, νόσον μεγάλην, ἢ βασάνους ὑπερβαλλούσας. ἄνευ γὰρ μεγάλης βασάνου, οὐκ ἄν τις ἑαυτῷ μιγῇ. εἰ δέ τις ὑπολάβοι καταφιλεῖν τὸ ἑαυτοῦ αἰδοῖον, εἰ μὲν ἄπαις εἴη, παῖδες ἔσονται αὐτῷ. εἰ δὲ ἀποδημοῦντας ἔχοι παῖδας, ἀνακομισθέντας ὄψεται, καὶ τούτους καταφιλήσει. πολλοὶ δὲ καὶ ἔγημαν ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ, γυναῖκας οὐκ ἔχοντες. εἰ δ᾽ ἑαυτὸν τις ἀρρητοποιεῖν ὑπολάβοι, πένητι μὲν καὶ δούλῳ καὶ καταχρέῳ συμφέρει· τὴν γὰρ ἑαυτῶν ἀνάγκην ἐφελκύσουσι. κακὸν δὲ τῷ παῖδας ἔχοντι, καὶ τῷ τεκνῶσαι βουλομένῳ· εἰ μὲν γὰρ ὄντες παῖδες, φθαρήσονται, εἰ δὲ, οὐκ ἔσονται. τὸ μὲν γὰρ αἰδοῖον, παισὶν ἔοικε, τὸ δὲ στόμα, τάφῳ. ὅσα γὰρ ἂν λάβοι τὸ στόμα, διαφθείρει καὶ οὐ φυλάττει. ἔτι δὲ καὶ γυναικὸς στερίσκει καὶ ἐρωμένης τοῦτο τὸ ὄναρ. ὁ γὰρ ἑαυτῷ δυνάμενος τὰ ἀφροδίσια παρέχειν καὶ τὰ ἄρρητα, γυναικὸς οὐ δεῖται. τοῖς δὲ λοιποῖς ἀπορίαν βαρεῖαν σημαίνει, καὶ λοιμὸν ἢ νόσον· ἵνα ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα τροφῆς ἕνεκεν ἔλθωσι. τουτέστιν, ὅσα μὴ βούλονται ἀποδοῦναι. ἢ ἵνα ὑπὸ τῆς νόσου τακέντος τοῦ σώματος, δυνῶνται διὰ τὴν ἰσχνότητα τὸ στόμα τῷ αἰδοίῳ προσενεγκεῖν. γυνὴ δὲ γυναῖκα ἐὰν περαίνειν δοκῇ, τὰ ἑαυτῆς μυστήρια τῇ περαινομένῃ κοινώσεται. ἐὰν δὲ ἀγνοῇ τὴν περαινομένην, ματαίοις ἐγχειρήσει πράγμασιν. ἐὰν δὲ γυνὴ ὑπὸ γυναικὸς περαίνηται, χωρισθήσεται τοῦ ἀνδρὸς ἢ χηρεύσει. τὰ μέντοι μυστήρια τῆς μιγνυμένης, οὐδὲν ἧττον μαθήσεται. θεῷ δὲ ἢ θεᾷ μιγῆναι, ἢ ὑπὸ θεοῦ περανθῆναι, νοσοῦντι μὲν, θάνατον σημαίνει. τότε γὰρ ἡ ψυχὴ τὰς τῶν θεῶν συνόδους τε καὶ μίξεις μαντεύεται, ὅταν ἐγγὺς ᾖ τοῦ καταλιπεῖν τὸ σῶμα, ᾧ ἐνοικεῖ· τοῖς δὲ ἄλλοις ἐὰν μὲν ἥδωνται ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ, τὰς ἀπὸ τῶν βελτιόνων ὠφελείας σημαίνει· ἐὰν δὲ μὴ ἥδωνται, φόβους καὶ ταραχάς. ἀρτέμιδι τε καὶ ἀθηνᾷ, καὶ ἑστίᾳ καὶ ῥέᾳ, καὶ ἥρᾳ καὶ ἑκάτῃ μιγῆναι μόναις, οὐ συμφέρει, κἂν ἥδηταί τις· ὄλεθρον γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τῷ ἰδόντι τὸ ὄναρ μαντεύεται.

videri, diuiti quidem amissionem bonorum, & multam inopiam, & pestem præsagit, tanquam videlicet non sit aliud corpus, pauperi autem morbum magnum, aut tormenta superexcellentia portendit. Citra magnam enim torturam, nemo sibiipsi misceri potest. Si verò quis existimet se pudendum suum osculari, si quidem liberis careat, filij ipsi nascentur. Si autem apud exteros habuerit, reuersos videbit, eósque osculabitur. Multi autem & vxores duxerunt ob hoc somnium, qui prius non habuerunt. Si verò quis sese fellare putet, pauperi quidem, & seruo, & obærato conducit, etenim ex sua ipsorum necessitate sese excitabunt. Malum est autem filios habenti, & liberos generare meditanti: quos enim iam habet amittet, & nulli amplius generabuntur. Nam pudendum simile est pueris, os verò sepulcro. Quæ enim acceperit os, ea corrumpit, & non seruat. Insuper & vxore & amico spolias hoc somnium. Qui enim sibiipsi rem veneream exhibere potest, itémque fellationem, vxore non habet opus. Reliquis grauem indigentiam ac inopiam protendit, & pestem, aut morbum, vt ad pudenda alimenti gratia perueniant, hoc est ad ea quæ dare non possunt. Aut vt corpore per morbum consumpto, præ gracilitate queant os pudendo adhibere. Porro si mulier mulierem inire sibi videatur, sua arcana initæ communicabit. Si verò non noscat initam, vana negotia aggredietur. Si verò mulier à muliere ineatur, separabitur à viro, aut vidua reddetur, & tamen arcana eius cum qua mixta fuit, nihilominus discet. Deo aut deæ misceri, aut à deo iniri, ægrotanti quidem mortem præsagit. Tunc enim anima deorum congressus ac mixturas vaticinatur, cùm propè iam adest tempus vt corpus relinquat, cui inhabitat. Reliquis verò si quidem delectentur in coitu, à præstantioribus vtilitates significat. Si verò non delectentur, timores & turbationes. Verùm Dianæ & Mineruæ, Vestæque ac Rheæ, Iunoni etiam atque Hecatæ, solis his misceri, non conducit, etiam si quis inde voluptatem capere sibi videatur. Interitum enim non ita longè abesse somnianti somnium præsagit.

Castæ enim sunt hæ deæ, & eos qui ipsas tentarunt, non bonas aggressiones tentasse deprehendimus. Lunæ misceri, naucleris & nauium gubernatoribus, mercatoribúsque & his qui cœlestium rerum speculationi intenti sunt, itémque peregrinationis studiosis, & vagabundis hominibus valde prodest, reliquis aquam inter cutem portẽdit, atque illis quidem propter motum, & quòd Theoremata ac speculationes absque ipsa non consistũt, conducit. hos verò humida existens corrumpit. Mortuo misceri & viro, & fœminæ, excepta matre, & sorore, & vxore, & amica. Item à mortuo iniri. valde absurdum est. Mortui enim in terram transmutati sunt. Inire igitur ipsos, nihil aliud est, quàm in terram impelli: & iniri ab iisdem, nihil aliud est, quàm terram in corpus suscipere: quæ ambo mortem significant, exceptis his qui in aliena regione sunt, & nõ vbi mortui sepulti existunt: his enim reuersionẽ in illam terrã significat. Sed & eos qui ex sua terra abitionem moliũtur, retinet somnium hoc. Qualicunque autem feræ seu bestię mixtus esse sibi quis videatur, si quidem ipse ineat, vtilitates aliquas capiet à tali quopiam, qualis sanè fuerit fera. Demonstrabimus autem singulatim has ipsas in tractatu de venatione, & de animalibus. Si verò ipse ineatur, violenta & grauia negotia sustinebit. Multi autem & in huiusmodi mortui sunt. Et de coitu quidem hactenus.

De Somno & Dormitione.

CAP. 84.

IPsum quidẽ dormire sibi videri actiones impedit. Et parare vt dormias, etiã ipsum actionibus obstat, & omnibus malum est, exceptis his qui timent, & tormenta expectant. Ab omni enim cura & timore liberat somnus. At verò exurgere à somno, actiones & operas prædicit. Solis verò timentibus malum est. In templo dormire sibi videri, ægrotanti quidẽ sanitatem, sano verò morbũ aut magnas curas præsagit. Ille enim quietẽ à morbo habebit, propterea quòd

σεμναὶ γὰρ αἱ θεαί· καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας αὐταῖς, οὐκ ἀγαθῶν τὴν ἐπιχείρησιν τυχεῖν ὑπειλήφαμεν. σελήνῃ δὲ ἐπιμιγῆναι, ναυκλήροις καὶ κυβερνήταις, ἐμπόροις καὶ τοῖς τὰ οὐράνια διασκεπτομένοις, καὶ φιλαποδήμοις καὶ πλάνησι, πάνυ συμφέρει· τοῖς δὲ λοιποῖς, ὑδρωπιάσαι σημαίνει· τοῖς μὲν γὰρ διὰ τὴν κίνησιν· τοῖς δὲ, τὸ μὴ ἄνευ αὐτῆς τὰ θεωρήματα συνεστάναι, συλλαμβάνεται. τοὺς δὲ, ὑγρὰ οὖσα, διαφθείρει· νεκρῷ δὲ μιγῆναι, καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ, πλὴν μητρὸς καὶ ἀδελφῆς καὶ γυναικὸς καὶ ἐρωμένης, καὶ τὸ περανθῆναι ὑπὸ νεκροῦ, πάνυ ἄτοπον· οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντες, μετέβαλλον εἰς γῆν. τὸ περαίνειν οὖν αὐτοὺς οὐδέν ἐστιν ἄλλο, ἢ εἰς γῆν ὠθεῖσθαι. καὶ τὸ περαίνεσθαι, γῆν εἰς τὸ σῶμα παραδέχεσθαι. ἃ δὴ ἀμφότερα, θάνατον σημαίνει· πλὴν τῶν ἐν ἀλλοδαπῇ ὄντων καὶ μὴ ἔνθα οἱ νεκροὶ καταπεθαμμένοι εἰσί. τούτοις γὰρ εἰς ἐκείνην τὴν γῆν ἀνακομιδὴν σημαίνοι. καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς ἑαυτῶν ἀπαλλακτικῶς ἔχοντας, κατέχει. ὅτῳ δ' ἂν τις ὑπολάβοι θηρίῳ μεμίχθαι, ἐὰν μὲν αὐτὸς ὀχεύῃ, ὠφεληθήσεται τινὰς ὠφελείας ἀπὸ τοιούτου τινὸς, οἷον ἂν ᾖ τὸ θηρίον. δείξομεν δὲ τούτων ἕκαστον, ἐν τῷ περὶ κυνηγίου καὶ ζώων λόγῳ. ἐὰν δὲ ὀχεύηται, βίαια καὶ πονηρὰ πράγματα ὑπομενεῖ. πολλοὶ δὲ καὶ ἐπὶ τοιούτοις, ἀπέθανον. περὶ μὲν συνουσίας, ταῦτα.

Περὶ ὕπνου καὶ τοῦ καθεύδειν. πδʹ.

Αὐτὸ μὲν τὸ καθεύδειν δοκεῖν, ἄπρακτον. καὶ τὸ μέλλειν ὑπνοῦν, καὶ αὐτὸ ἄπρακτον καὶ πονηρὸν πᾶσι, πλὴν τῶν φοβουμένων καὶ προσδοκώντων βασάνους. πάσης γὰρ ἀπαλλάττει φροντίδος καὶ δέους παντὸς ὁ ὕπνος. τὸ δὲ ἀνίστασθαι ἐξ ὕπνου, πράξεις καὶ ἐργασίας προαγορεύει. μόνοις δὲ τοῖς φοβουμένοις ἐστὶ πονηρόν. Ἐν ἱερῷ δὲ καθεύδειν δοκεῖν, νοσοῦντι μὲν, ὑγίειαν· ἐρρωμένῳ δὲ, νόσον ἢ μεγάλας φροντίδας προαγορεύει. ὁ μὲν γὰρ, ἀναπαύεται ἐξ τῆς νόσου, διὰ τὸ τοὺς

καθεύδοντας μὴ ἀντιλαμβάνεσθαι πόνων. ὁ δὲ, ἐπὶ λατρείαν θεῶν καταλεύσεται, ὥστε τούτων δεηθῆναι ἕνεκεν ἰάσεως· ἐν μνήμασι δὲ καὶ τάφοις καὶ ἐν ὁδῷ καθεύδειν, τοῖς μὲν νοσοῦσι, θάνατον προαγορεύει. τοῖς δὲ ἐρρωμένοις, ἀπραξίαν. ἄπρακτοι γὰρ αἱ τοιαῦται διατριβαί τε καὶ τὰ χωρία.

dormientes non capessunt labores. hic verò ad deorum cultum perueniet, vt eos roget pro impetranda sanatione. In monumentis autem & sepulcris & in via dormire, ægrotantibus quidem mortem prædicit. Sanus verò actionum impedimentum. Otiosæ enim sunt eiusmodi conuersationes ac regiones.

Περὶ τοῦ ἔρρωσο καὶ ὑγίαινε. πε.

Ἔρρωσο δὲ καὶ ὑγίαινε, οὔτε λέγειν οὔτε ἀκούειν ἀγαθόν. οὐ γὰρ προσιόντες ἀλλήλοις, οὔτε μέλλοντές τι πράττειν, ταῦτα λέγουσιν ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων, καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι. διὸ καὶ γάμους καὶ κοινωνίας διίστησι, καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀναιρεῖ. Ἡ μὲν οὖν πρώτη τῆς πραγματείας βίβλος Κάσσιε Μάξιμε, τὸν ἐπιβάλλοντα λόγον ἀποχρώντως, καὶ ὡς μήτι ἐνδεῖν τι τῶν ἀναγκαίων, μήτι ὑπερβάλλειν τι τῶν ἀναγκαίων, ἀπείληφεν. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ, ὃν ἐπηγγειλάμεθα ἐν ἀρχῇ τῆσδε τῆς βίβλου, λόγον, ἀποδώσομεν.

De Vale & Salue.

CAP. 85.

VAle & salue, neque dicere, neque audire bonum est. Non enim accedentes se, neque aliquid facere parantes homines talia dicunt, sed inuicem discedentes, & ad somnum se conuertentes. Quapropter etiam nuptias & societates dirimunt, & ægrotantes occidunt. Primus quidem igitur liber huius tractationis Cassi Maxime, pertinentem ad se & debitum sermonem sufficienter, & vt neque necessarium quid desit neque eorundem quid superfluat, accepit. In secundo autem libro eum quem in principio huius libri promisimus, sermonem exequemur.

ΤΑ ΔΕ ἘΝΕΣΤΙΝ ἘΝ ΤΩ͂Ι ΔΕΥΤΕ´ΡΩΙ ΒΙΒΛΙ´ΩΙ ΤΩ͂Ν Ἀρτεμιδώρου Ὀνειροκριτικῶν.

QVÆ IN SECVNDO LIBRO ARTEMIDORI DE SOMNIORVM interpretatione contineantur.

De vigilia. cap.1.
De progressu & salutationibus. cap.2.
De vestitu, & mundo omni virili ac muliebri. cap.3.
Videri sibi sua vestiméta lauare. cap.4.
De mundo exteriore. cap.5.
De pectinando & complicatione capillorum. cap.6.
De vsu speculi. cap.7.
De aëre & his quæ circa aërẽ fiũt. c.8.
De igne vsuali. cap.9.
De partibus domus ardentibus. cap.10.
De venatione & canibus. cap.11.
De animalibus omnis generis. cap.12.
De reptilibus. cap.13.
De piscatura. cap.14.
De ranis. cap.15.
De feris marinis. cap.16.
De laris & mergis. cap.17.
De piscibus mortuis. cap.18.
De aucupio. cap.19.
De animalibus volatilibus. cap.20.
De auibus palustribus. cap.21.
De apibus. cap.22.

Περὶ ἐγρηγόρσεως. α.
Περὶ προόδου καὶ ἀσπασμάτων. β.
Περὶ ἐσθῆτος καὶ κόσμου παντὸς ἀνδρείου καὶ γυναικείου. γ.
Περὶ τοῦ δοκεῖν τὰ ἑαυτοῦ ἱμάτια πλύνειν. δ.
Περὶ τοῦ κόσμου τοῦ ἐκτός. ε.
Περὶ τοῦ κτενίζεσθαι καὶ ἐμπλέκεσθαι. ς.
Περὶ τοῦ κατοπτρίζεσθαι. ζ.
Περὶ ἀέρος καὶ τῶν περὶ ἀέρα. η.
Περὶ πυρὸς τοῦ ἐν χρήσει. θ.
Περὶ μερῶν οἰκίας καιομένων. ι.
Περὶ κυνηγίου καὶ κυνῶν. ια.
Περὶ ζώων παντοίων. ιβ.
Περὶ ἑρπετῶν. ιγ.
Περὶ ἁλιείας. ιδ.
Περὶ βατράχων. ιε.
Περὶ θηρίων θαλασσίων. ις.
Περὶ λάρων καὶ ἰχθύων. ιζ.
Περὶ ἰχθύων νεκρῶν. ιη.
Περὶ τοῦ ἰξεύειν. ιθ.
Περὶ ζώων ἀεροπετῶν. κ.
Περὶ λιμναίων. κα.
Περὶ μελισσῶν. κβ.

Περὶ πλοῦ.	κγ.	De nauigatione.	cap.23.
Περὶ γεωργίας.	κδ.	De agricultura.	cap.24.
Περὶ δένδρων.	κε.	De arboribus omnis generis.	cap.25.
Περὶ κόπρου παντοίας.	κϛ.	De stercore omnis generis.	cap.26.
Περὶ ποταμῶν, καὶ λίμνης, καὶ πηγῆς, καὶ φρέατος.	κζ.	De fluminibus, stagno, fonte, ac puteo.	cap.27.
Περὶ ὀρῶν καὶ ἑλῶν καὶ ὁδῶν.	κη.	De paludibus, montibus, viis, saltibúsque ac conuallibus.	cap.28.
Περὶ δικαστηρίων, καὶ δικῶν.	κθ.	De foro iudiciario, & litibus.	cap.29.
Περὶ ἰατρῶν.	λ.	De medicis.	cap.30.
Περὶ ἀρχῆς πάσης.	λα.	De omni principatu.	cap.31.
Περὶ πολέμου, καὶ στρατιᾶς, καὶ στρατολογίας.	λβ.	De bello, exercitu, ac militũ delectu.	32.
Περὶ μονομαχίας.	λγ.	De pugna solitaria.	cap.33.
Περὶ τιμῆς θεῶν.	λδ.	De cultu deorum.	cap.34.
Περὶ θεῶν οὐρανίων, καὶ ἐπιγείων.	λε.	De diis cœlestibus ac terrestribus.	c.35.
Περὶ ἡλίου.	λϛ.	De sole.	cap.36.
Περὶ σελήνης.	λζ.	De luna.	cap.37.
Περὶ ἀστέρων.	λη.	De stellis.	cap.38.
Περὶ ἴριδος.	λθ.	De iride siue arcu cœlesti.	cap.39.
Περὶ νεφῶν.	μ.	De nebulis.	cap.40.
Περὶ ἀνέμων.	μα.	De ventis.	cap.41.
Περὶ θεῶν ἐπιγείων.	μβ.	De diis terrenis.	cap.42.
Περὶ θεῶν θαλασσίων.	μγ.	De diis marinis.	cap.43.
Περὶ θεῶν χθονίων.	μδ.	De diis inferis.	cap.44.
Περὶ ἡρώων, καὶ δαιμόνων.	με.	De heroibus & dæmonibus.	cap.45.
Περὶ σεισμῶν, καὶ χασμάτων.	μϛ.	De terræ motibus ac hiatibus.	cap.46.
Περὶ κλίμακος, καὶ λύλου, καὶ ὄλμου.	μζ.	De scala, sartagine, mola, pila, & gallo.	cap.47.
Περὶ ᾠῶν.	μη.	De ouis.	cap.48.
Περὶ ἱπποκενταύρου, καὶ σκύλλης, καὶ θεῶν ἀνθρωποειδῶν.	μθ.	De hippocentauro, & scylla, & diis humana specie.	cap.49.
Περὶ πίνακος καὶ βίβλων.	ν.	De tabula & libris.	cap.50.
Περὶ πέρδικων.	να.	De perdicibus.	cap.51.
Περὶ πεδῶν.	νβ.	De vinculis ac pedicis.	cap.52.
Περὶ πληγῶν.	νγ.	De plagis.	cap.53.
Περὶ θανάτου.	νδ.	De morte.	cap.54.
Περὶ ἀγχόνης.	νε.	De strangulatione.	cap.55.
Περὶ σφαγῆς.	νϛ.	De mactatione, siue cade.	cap.56.
Περὶ τοῦ ζῶντα καίεσθαι.	νζ.	De viuentis combustione.	cap.57.
Περὶ σταυροῦ.	νη.	De cruce.	cap.58.
Περὶ τοῦ θηριομαχεῖν.	νθ.	De pugna cum feris.	cap.59.
Περὶ τῆς εἰς ᾅδου καταβάσεως, καὶ ἀναβάσεως.	ξ.	De descensu ad inferos.	cap.60.
Περὶ τοῦ βαστάζειν ἢ βαστάζεσθαι.	ξα.	Portare aut portari.	cap.61.
Περὶ νεκρῶν.	ξβ.	De mortuis.	cap.62.

De nu-

De numismatis.	cap.63.	Περὶ νομισμάτων.	ξγ'.
De thesauro.	cap.64.	Περὶ θησαυρῶν.	ξδ'.
De lachrymis.	cap.65.	Περὶ δακρύων.	ξε'.
De monumento.	cap.66.	Περὶ μνημείου.	ξς'.
Si mortui reuiuiscant.	cap.67.	Περὶ τοῦ νεκροὺς ἀναβιῶναι.	ξζ'.
Si mortui denuo moriantur.	cap.68.	Περὶ τοῦ νεκροὺς αὖθις τελευτᾶν.	ξη'.
De medicamento letali.	cap.69.	Περὶ φαρμάκου θανασίμου.	ξθ'.
De nuptiis.	cap.70.	Περὶ γάμου.	ο'.
De hirundine & lasciuia.	cap.71.	Περὶ χελιδόνος, καὶ ἀηδόνος.	οα'.
De dentibus.	cap.72.	Περὶ ὀδόντων.	οβ'.
De volatu.	cap.73.	Περὶ πτήσεως.	ογ'.
De fide dignis.	cap.74.	Περὶ ἀξιοπίστων.	οδ'.
De temporibus vitæ.	cap.75.	Περὶ ζωῆς χρόνων.	οε'.

ἈΡΤΕΜΙΔΏΡΟΥ ΔΑΛΔΙΑΝΟΥ͂ ὈΝΕΙΡΟΚΡΙΤΙΚΩ͂Ν, ΒΙ-βλίον δεύτερον.

ΠΡΟΟΙ'ΜΙΟΝ.

ARTEMIDORI DE SOMNIORVM INTERPRETAT. LIB. II.

PRÆFATIO.

IN primo libro, Cassi Maxime, de artis documentis, & de doctrina quomodo somnia iudicare oportet, & de his de quibus in vtroque libro à me scribetur, & de omnibus circa hominem communibus, & in vsu existentibus, sermonem feci, semper hoc obseruans, vt nisi magna vrgente necessitate, veteres non contingerem, nihil relinquens eorum quæ ad rem spectare videntur, nisi si quid veteres nos anticipantes eruditè exposuerũt, de quo me verba facere non erat necesse,

ἘΝ τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, Κάσσιε Μάξιμε, τὰς τεχνικὰς ὑποθήκας καὶ τὸ ὅπως δεῖ κρίνειν τοὺς ὀνείρους διδασκαλίαν καὶ ἐπαγγελίαν τῶν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς βίβλοις γραφησομένων, καὶ περὶ πάντων τῶν περὶ ἀνθρώπων κοινῶν τε καὶ ἐν χρήσει ὄντων, ἐποιησάμην τὸν λόγον. ἀεὶ φυλαττόμενος ὅπου γε μὴ μεγάλη ἀνάγκη ἤπειγε, μὴ συμπεσεῖν τοῖς παλαιοῖς· παραλείπων οὐδὲν τῶν δεόντων, ἢ εἴ τι προλαβόντες οἱ παλαιοὶ διδασκαλικῶς ἐξηγήσαντο περὶ ὧν οὐκ ἐχρῆν ἐμὲ λέγειν,

ἵνα μὴ ἀντιλέγειν ἐπιχειρῶν, ψεύδεσθαι ἀναγκάζωμαι, ἢ τὰ αὐτὰ λέγων ἀποκλείω τῆς εἰς μέσον παρόδου τὸν πόνον τῶν παλαιῶν. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ βίβλῳ τὴν ὀφειλομένην διαίρεσιν ἀποδώσω. αἰτοῦμαι δὲ παρὰ σοῦ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν, καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῶν κρίσεων, ἐφ' ᾧ καὶ μέγα φρονῶ, παρακολουθεῖν· κατὰ τὴν φράσιν δὲ, μὴ παραβάλλειν τοῖς σοῖς λόγοις, ἀλλ' ὅσον ἐν νυκτὶ λύχνος τὴν ἡλίου χρείαν τοῖς χρῄζουσι παρέχει, τοσαύτην ἡγήσασθαι πρὸς τὴν τῶν νοουμένων ἐπαγγελίαν δύναμιν ἐμὲ ἔχειν. λοιπὸν δὲ, καιρὸς γὰρ καλεῖ, ἐπὶ τὰς κρίσεις τρέψομαι.

vt ne contradicere aggrediens, mentiri cogerer, aut eadem dicens, laborem veterum ab accessu in medium excluderē. Verùm in hoc libro promissam diuisionem ex debito persoluam. Peto autem à te vt rerum consequentiam, etiam ad iudicationum certitudinem, in qua magnopere mihi placeo, rectè habere ac sequi iudices, & vt ipsam dictionem cum tua eloquentia non conferas, sed quantum noctis tempore lucerna solis vsum exhibet, his qui eo opus habent, tantam putes me habere facultatem, ad ea quæ intelligo & mente concepi prodenda. Cæterum tempus iam vocat, vt ad iudicationem conuertar.

Περὶ ἐγρηγόρσεως. α'.

Περὶ μὲν τοῦ δοκεῖν ἐξ ὕπνου ἐγείρεσθαι, ἐν τῷ περὶ τοῦ ὕπνου προειρήκαμεν λόγῳ. αὐτὸ δὲ τὸ ἐγρηγορέναι δοκεῖν νυκτὸς κατακεκλιμένον ἐν κοίτῃ, φροντίδας ὑπερβαλλούσας πάσας τοῖς εὐπόροις προαγορεύει· πένησι δὲ καὶ τοῖς ἐπιβουλευομένοις τισὶν, ἀγαθόν. οἱ μὲν γὰρ, οὐχ ἕξουσι σχολήν. οἱ δὲ, μετὰ πολλῆς προνοίας ἐπιβουλευόμενοι, οὐκ ἀστοχήσουσι. ὅμοιον δ' ἂν εἴη τούτῳ, καὶ τὸ ὀξὺ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν, καὶ τὸ ἐν νυκτὶ καὶ σκότει φῶς ἰδεῖν αἰφνίδιον ἀναλάμψαν.

De Vigilia. CAP. I.

De eo quod quis sibi videatur ex somno excitari, in sermone de somno prædiximus. Verùm vigilare sibi videri aliquem noctu reclinatum in cubili, curas quasdam superexcellentes opulentis præsagit. Pauperibus verò, & his qui aliquibus insidias struūt, bonum est. Illi enim vacationem non habebunt. Hi verò cum multa prouidentia struentes insidias, à proposito scopo non aberrabunt. Huic simile est somnium, quum quis se noctu acutè cernere oculis putat, & in nocte ac tenebris, luminis repentinum splendorem videre.

Περὶ προόδου καὶ ἀσπασμοῦ. β'.

Προϊέναι δὲ εὐμαρῶς ἕωθεν, καὶ μή τι κωλύεσθαι ὑπό τινος τῶν ἔνδον, μή τι ἐναποκλείεσθαι, ἀγαθόν. τὰς γὰρ κατὰ προαίρεσιν καὶ γνώμην πράξεις σημαίνει. τὸ δὲ μὴ δύνασθαι προϊέναι τὰς ἐξόδους τῆς οἰκίας τῆς ἑαυτοῦ ἢ ἧς ποτοῦν, ἐν ᾗ ἂν ὑπολάβοι τις εἶναι μὴ εὑρίσκειν, κατοχὰς μὲν τοῖς ἀποδημεῖν προαιρουμένοις, ἐμπόδια δὲ τοῖς πράττειν τι βουλομένοις, μακρὰν δὲ νόσον, τῷ κάμνοντι, καὶ τῷ πάλαι νοσοῦντι, θάνατον προαγορεύει. ἀσπάζεσθαι δὲ τοὺς συνήθεις

De Progressu, & Salutationibus. CAP. 2.

Progredi manè facilè, & neque prohiberi, neque includi, ab aliquo eorum qui intus sunt, bonum est. Iuxta voluntatem enim & ex animi sententia actiones processuras significat. At verò progredi non posse, & domus propriæ aut cuiuscūque in qua quis se esse putat, exitus non reperire, detentiones quidē peregrinari volentibus, impedimenta autem agere quid destinātibus, longū verò morbum ægrotanti, & ei qui diu ægrotāuit, mortē præsagit. Salutare autē familiares,

& compellare, & osculari, bonum est. Iucundos enim sermones tum dicturum, tum auditurum esse significat. Verùm non familiares, aliâs autem notos alloqui, minus bonum est. Hostes verò & inimicos compellare & osculari sibi videri, inimicitiæ solutionem facit. Mortuos osculari, ægrotanti quidem interitum præsagit. sano autem sermonibus seriis in præsens vti interdicit, propterea quòd mortuo ori labra coniunxit. Eos verò qui in vita amicissimi & iucundissimi nobis fuerunt, mortuos osculari, non impedit neque sermonibus vti, neque aliud quid facere.

καὶ προσαγορεύειν καὶ καταφιλεῖν, ἀγαθόν. ἡδεῖς γὰρ λόγους καὶ εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι σημαίνει. τοὺς δὲ μὴ συνήθεις ἄλλως δὲ γνωρίμους προσαγορεύειν, ἧττον ἀγαθόν. ἐχθροὺς δὲ προσαγορεύειν, καὶ φιλεῖν δοκεῖν, τῆς ἔχθρας λύσιν ποιεῖ. νεκροὺς δὲ καταφιλεῖν δοκεῖν, νοσοῦντι μὲν, ὄλεθρον μαντεύεται. ἐρρωμένῳ δὲ παραγγέλλει λόγοις σπουδαίοις κατὰ τὸ παρὸν μὴ κεχρῆσθαι· διὰ τὸ νεκροῦ στόματι συμβάλλειν τὰ χείλη. τοὺς δὲ ὅτε ἔζων φιλτάτους τε καὶ ἡδίστους γεγονότας, νεκροὺς καταφιλεῖν, οὐ κωλύει οὔτε λόγοις χρῆσθαι, οὔτε ἄλλο τι πράττειν.

De Vestitu, & Mundo omnis generis, virili, ac muliebri.

CAP. 3.

DE vestitu, & ornatu omnigeno verba facturus, primùm de virili supellectile, tum vernaculo, tum peregrino, opinor tractare oportere. Vestitus consuetus, omnibus bonus est, & qui iuxta anni tempus commodus existit. Æstatis enim tempore lintea, & vestimenta detrita gestare sibi videri, bonum vtique fuerit, & sanitatis signum. hyeme verò lanea, eaque noua. Soli verò litem habenti, & ex seruitute manumitti cupienti, nouæ vestes malæ sunt, etiam si hyeme videantur, propterea quòd operosum sit ipsas deterere, & plurimum reluctentur. Alba vestimenta solis sacrificis conferunt, & seruis Græcorum, reliquis turbationes significant. propterea quòd hi qui in turba versantur albo vestitu vtantur. Opificibus autem manuarijs cessationem & otium portendunt, & quantò pretiosiora fuerint vestimenta, tantò plus otij prædicunt. Neque enim operas obeuntes homines, & maximè qui mechanicas artes exercent, albis vestibus vtuntur. Seruis autem Romanorum solis his qui rectè agunt conferunt, reliquis mala sunt. Manifestos enim faciunt malè facientes, & propterea quòd eundem cum dominis vt plurimum vestitum habent, ob hoc somnium liberi non fiunt,

Περὶ ἐσθῆτος καὶ κόσμου παντοδαποῦ ἀνδρείου τε καὶ γυναικείου. γʹ.

ΠΕρὶ ἐσθῆτος καὶ κόσμου παντοδαποῦ ποιούμενος τὸν λόγον, πρῶτον περὶ ἀνδρείας σκευῆς ἐγχωρίου τε καὶ ξένης ἡγοῦμαι δεῖν διαλαβεῖν. ἐσθὴς ἡ συνήθης, πᾶσιν ἀγαθή· καὶ ἡ κατὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους. θέρους μὲν γὰρ ὄντος, ὀθόνιά τε καὶ τρίβακα ἱμάτια δοκεῖν φορεῖν, ἀγαθὸν ἂν εἴη, καὶ ὑγείας σύμβολον. χειμῶνος δὲ ἔρια ἱμάτια καὶ ταῦτα καινά. μόνῳ δὲ τῷ δίκην ἔχοντι καὶ δουλείας ἀπαλλαγῆναι ποθοῦντι, πονηρὰ τὰ καινὰ ἱμάτια. κἂν χειμῶνος βλέπηται, διὰ τὸ πολλὴν ἔχειν τρίψιν, καὶ ἐπιπολὺ ἀντέχειν· λευκὰ δὲ ἱμάτια, τοῖς ἱερεῦσι μόνοις συμφέρει· καὶ δούλοις Ἑλλήνων. τοῖς δὲ ἄλλοις ταραχὰς σημαίνει, διὰ τὸ τοὺς ἐν ὄχλῳ ἀναστρεφομένους, λευκὰ ἔχειν ἱμάτια. χειροτέχναις δὲ, ἀργίαν καὶ σχολὴν, καὶ ὅσῳ ἂν πολυτελέστερα ᾖ τὰ ἱμάτια, τοσούτῳ πλείονα. οὐ γὰρ πρὸς ἔργῳ ὄντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ τὰς βαναύσους τέχνας ἐργαζόμενοι, λευκοῖς ἱματίοις χρῶνται. δοῦλοι δὲ Ῥωμαίων μόνοις τοῖς εὖ πράσσουσι· τοῖς δὲ ἄλλοις, πονηρόν. ἐλέγχει γὰρ τοὺς κακῶς πράσσοντας, διά τε τὴν αὐτὴν τοῖς δεσπόταις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἔχειν ἐσθῆτα, ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ οὐ γίνονται ἐλεύθεροι,

ὥσπερ οἱ τῶν Ἑλλήνων. ἀνδρὶ δὲ νοσοῦντι λευκὰ ἔχειν ἱμάτια, θάνατον προαγορεύει· διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι· τὸ δὲ μέλαν ἱμάτιον, σωτηρίαν προσημαίνει· οὐ γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ἀλλ' οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας, τοιούτοις χρῶνται. οἶδα δὲ ἐγὼ πολλοὺς καὶ πένητας καὶ δούλους καὶ δεσμώτας νοσοῦντας, οἳ καὶ μέλανα δοκοῦντες ἔχειν ἱμάτια, ἀπέθανον· ἦν γὰρ εἰκὸς τούτους μὴ ἐν λευκοῖς διὰ τὴν ἀπορίαν ἐκκομισθῆναι. ἔστι δὲ ἄλλως ἡ μέλαινα ἐσθὴς, πᾶσι πονηρά· πλὴν τῶν τὰ λαθραῖα ἐργαζομένων· ποικίλην δὲ ἐσθῆτα ἔχειν ἢ ἁλουργίδα, ἱερεῦσι μὲν καὶ θυμελικοῖς, καὶ σκηνικοῖς, καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον μόνοις τεχνίταις συμφέρει. τοῖς δὲ λοιποῖς, ταραχὰς καὶ κινδύνους μόνους ἐπιφέρει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. τοὺς δὲ νοσοῦντας ὑπὸ δριμέων χυμῶν καὶ πολλῆς χολῆς, ἐνοχληθῆναι σημαίνει. πορφυρᾶ δὲ ἐσθὴς, δούλοις ἀγαθὴ καὶ πλουσίοις· οἷς μὲν γὰρ διὰ τὸ μὴ μετεῖναι, ἐλευθερίαν σημαίνει· οἷς δὲ διὰ τὸ μὴ ἐπιτάττειν, καὶ τῷ ἀξιώματι κατάλληλον εἶναι, τιμὴν καὶ εὐδοξίαν προαγορεύει. νοσοῦντα δὲ ἀναιρεῖ, καὶ πένητα βλάπτει· πολλοῖς δὲ καὶ δεσμὰ περιῆψεν. χρὴ γὰρ τὸν ἔχοντα πορφύραν, πάντως διάδημα ἢ στέφανον ἔχειν· καὶ πολλοὺς ἀκολούθους ἢ φύλακας. τοῖς δὲ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, τὰ αὐτὰ τῇ ἁλουργίδι σημαίνει. κοκκίνη δὲ ἐσθὴς καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη ἐσθὴς, ἢ πορφυροβαφὴς, οἷς μὲν τραύματα, οἷς δὲ πυρετὸν ἐπιφέρει. γυναικεία δὲ ἐσθὴς, ἀγάμοις μόνοις συμφέρει· καὶ τοῖς ἐπὶ θυμέλην ἀναβαίνουσιν· οἱ μὲν γὰρ γαμήσουσιν οὕτω καταθυμίας γυναῖκας, ὥστε τοῖς αὐτοῖς χρῆσθαι κόσμοις. οἱ δὲ, διὰ τὸ ἐν τῇ ὑποκρίσει ἔθος, μεγάλας ἐργασίας καὶ μισθοὺς λήψονται. τοὺς δὲ λοιποὺς, ἢ τῶν γυναικῶν στερίσκει, ἢ νόσῳ μεγάλῃ περιβάλλει. διὰ τὸ μαλθακὸν καὶ ἀσθενὲς τῶν τὰ τοιαῦτα φορούντων. ἐν μὲν ταῖς ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσιν, οὔτε ποικίλη, οὔτε γυναικεία βλάπτει τινὰ ἐσθής. βαρβαρικὴν δὲ ἐσθῆτα ἔχειν ἐσκευασμένην ὥσπερ οἱ βάρβαροι, ἐκεῖ μὲν ἀπιέναι βουλομένῳ ὅπου τοιαύτῃ ἐσθῆτι χρῶνται οἱ ἐκεῖ διατρίβοντες, ἀγαθὰς τὰς ἐκεῖ ἔσεσθαι διατριβὰς

serui Græcorum. Viro ægrotanti alba vestimenta habere, mortem prædicit. propterea quòd mortui in albis efferantur. Niger vestitus salutem prænuntiat. Non enim mortui, sed mortuos lugentes eiusmodi vtuntur. Noui autem ego multos & pauperes, & seruos, & vinctos ægrotantes, qui etiam quum viderentur sibi nigra habere vestimenta, mortui sunt. Verisimile enim erat hos non in albis propter inopiam efferendos esse. Est autem alias niger vestitus omnibus malus, exceptis his qui clancularia operantur. Variam autem habere vestem aut purpuream, Halurgidem Græcis appellatam, sacrificis quidem & Thymelicis, histrionibúsque & scenicis, & Dionysiacis artificibus confert. Aliis turbationes & pericula sola inducit, & occulta reuelat. Ægrotos verò ab acribus humoribus & multa bile infestari significat. Purpurea vestis, seruis bona est, & diuitibus. Illis enim propterea quòd aliâs ius gestandi non habent, libertatem & manumissionem significat. his verò propterea quòd aliâs imperium & iubendi potestatem non habent, & quòd dignitati purpura conueniens existat, honorem & celebritatem præsagit. Ægrotantem autem occidit, & pauperi damnosum est somnium. Multis etiam vincula annuntiauit. Oportet enim eum qui purpuram gerit, omnino diadema aut coronam habere, & multos comites ac custodes. Verùm Dionysiacis artificibus eadem quæ Halurgis significat. Coccina & omnis vestis huiusmodi, aut purpurei tinctus, aliis quidem vulnera, aliis verò febrem inducit. Fœminea vestis solis his qui vxores non habent conducit, & his qui in orchestram conscendunt. Illi enim vxores ducent adeò ex animi sententia, vt iisdem vtantur ornatibus. hi verò ex consuetudine agendi personas, magnos quæstus ac lucrum facient. Reliquos aut vxoribus spoliat, aut morbo magno obiicit, propter mollitiem & debilitatem eorum qui talia gestant. Et tamen in festiuitatibus & conuentibus, neque varia, neque muliebris vestis quenquam lædit. Barbaricam vestē habere eo quo Barbari solent modo præparatam, ei quidem qui ad eos abire constituit, qui tali vestitu vtuntur, bonas cōuersationes

istic futuras significat. Sæpè verò & vitam istic finiturum & transacturum esse prænuntiat. Reliquis morbum aut actionum impedimentum indicat. Eadem significat & vestis Romana, toga videlicet, quàm nunc Tibenum vocant, à Timeno Arcade, qui primus suam chlamydem hoc modo circundedit, quum per sinum Ionium nauigasset, & ab his qui istic habitant susceptus esset, à quo indigenæ edocti eodem modo præparauerunt, & vestitum Timenium vocauerunt, cognominem Timeno inuentori. Verùm posterioribus temporibus corrupto nomine Tibenus appellatus est. Molli & sumptuosa veste vti, diuitibus & pauperibus bonum est. Illis enim præsentes delitiæ perseuerabunt, his verò res luculentiores erunt. Seruis autem & egenis morbum prædicunt. Mutilæ & indecoræ vestes, damnum & improsperum rerum agendarum successum significant. Chlamys quàm aliqui Mandyan, alij Ephestridem, alij Bereon vocant, tribulationem & angustias, & litigantibus damnationem significat, propterea quòd corpus circumamplectatur. Idem etiam penula, & si quod aliud vestimenti genus his simile sit significat. quare tales vestes perdere melius est quàm habere. Verùm nullius alterius vestimenti perditio confert, præterquam pauperibus, & seruis, & vinctis, & obæratis, & omnibus in captiuitate detentis. Deperdita enim hæc, malorum corpus occupantium perditionem significant. Aliis verò neque nudari, neque vestimenta perdere bonum est. Quicquid enim ad ornatum alicuius spectat periturum esse prædicit. Mulieri autem florida & varia vestis conducit, maximè meretrici & opulentæ. Illa enim ob quæstum, hæc ob delitias, floridis vestibus vtitur. Vestimenta coloris natiui, omnibus bonum significant, maximè verecundis. Hic enim color manifestari non sinit. Præstat autem semper munda & splendida vestimenta habere, itémque probè lota, quàm sordida & illota, exceptis his qui sordida opificia exercent.

σημαίνει. πολλάκις δὲ καὶ τὸ ἐκεῖ καταβιῶναι προαγορεύει· τοῖς δὲ λοιποῖς νόσον ἢ ἀπραγίαν δηλοῖ. τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἡ ῥωμαϊκὴ ἐσθής, ἣν νῦν τήβεννον καλοῦσιν· ἀπὸ Τιμένου τοῦ ἀρκάδος, ὃς πρῶτος τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα τοῦτον περιεβάλλετο τὸν τρόπον, εἰσπλεύσας κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, καὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων· ἀφ' οὗ μαθόντες καὶ οἱ ἐγχώριοι, τὸν αὐτὸν ἐσκευάσαντο τρόπον· καὶ ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα τιμένιον, ἐπώνυμον Τιμένου τοῦ εὑρόντος. ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ παραφθαρὲν τὸ ὄνομα, τήβεννος ἐκλήθη. μαλακῇ δὲ ἐσθῆτι καὶ πολυτελεῖ χρῆσθαι, πλουσίοις μὲν, ἀγαθὸν καὶ πένησιν. οἷς μὲν γὰρ ἡ παροῦσα διαμενεῖ τρυφή· οἷς δὲ, φαιδρότερα τὰ πράγματα ἔσται. δούλοις δὲ καὶ ἀπόροις, νόσον προαγορεύει. κολοβαὶ δὲ καὶ ἀπρεπεῖς ἐσθῆτες, ζημίας καὶ ἀπραξίας σημαίνουσι. χλαμὺς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ, βίρρον καλοῦσι, θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν καὶ τοῖς δικαζομένοις καταδίκην μαντεύεται, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος φαινόλης· καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις ὅμοιον εἴη· ὅθεν ἀπολέσαι τὰ ἱμάτια ταῦτα ἢ ἔχειν βέλτιον· τῶν δὲ ἄλλων ἱματίων οὐδὲν ἀπολλύμενον συμφέρει· εἰ μή που τοῖς πένησι καὶ δούλοις, καὶ δεδεμένοις, ἢ καταχρέοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν συνοχῇ οὖσιν. ἀπολλύμενα γὰρ ταῦτα, τῶν περιεχόντων τὸ σῶμα κακῶν ἀπώλειαν σημαίνει· τοῖς δὲ ἄλλοις, οὔτε γυμνοῦσθαι, οὔτε ἱμάτια ἀπολλύειν ἀγαθόν. πᾶν γὰρ τὸ πρὸς κόσμον τινὸς ἀπολέσθαι σημαίνει. γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει. μάλιστα δὲ ἑταίρᾳ καὶ πλουσίᾳ. ἡ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐργασίαν, ἡ δὲ, διὰ τὴν τρυφὴν, ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῆται. τὰ δὲ ἰδιόχροα ἱμάτια, πᾶσιν ἀγαθὸν σημαίνουσι. καὶ μάλιστα τοῖς εὐλαβουμένοις· ἐξελεγχθῆναι γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸ τοιοῦτον χρῶμα. ἀεὶ δὲ ἄμεινον, καθαρὰ καὶ λαμπρὰ ἱμάτια ἔχειν, καὶ πεπλυμένα καλῶς, ἢ ῥυπαρὰ καὶ ἄπλυτα, πλὴν τῶν τὰς ῥυπώδεις ἐργασίας ἐργαζομένων.

Περὶ τοῦ δοκεῖν τὰ ἑαυτοῦ ἱμάτια πλύνειν. δ'.

Τὸ δὲ δοκεῖν τὰ ἑαυτοῦ πλύνειν ἱμάτια, ἢ τὰ ἄλλου, ἀποθέσθαι τι τῶν δυσχερῶν κατὰ τὸν βίον σημαίνει· διὰ τὸ καὶ τὰ ἱμάτια τὸν ῥύπον ἀποβάλλειν. καὶ τὰ κρυπτὰ ἐξελέγξαι καὶ ἐκμαθεῖν ποιεῖ. πλύνειν γὰρ καταχρηστικῶς τὸ ἐλέγχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί, ὥς που καὶ Μένανδρος,

Ἢν γὰρ κακῶς μου τὴν γυναῖκ' οὕτω λέγῃς,
Τὸν πατέρα καὶ σὲ τούς τε σοὺς ἐγὼ πλυνῶ.

ἀντὶ τοῦ ἐλέγξω. ὅθεν καὶ τοῖς φοβουμένοις ἐλεγχθῆναι, φοβερὸν τὸ πεπλυμένα ἱμάτια φορεῖν καὶ ἰδεῖν.

Περὶ τοῦ κόσμου τοῦ ἐκτός. ε'.

Δακτύλιοι ἐκ τῆς σιδηροῖ, ἀγαθὸν μέν, οὐκ ἄνευ δὲ καμάτου τὰ ἀγαθὰ σημαίνουσι. πολύκμητον γὰρ ὁ ποιητὴς τὸν σίδηρον καλεῖ. ἀγαθοὶ δὲ καὶ οἱ χρυσοῖ οἵ γε ψήφους ἔχοντες· ἐπεὶ οἵ γε ἄψηφοι, ἀκερδεῖς τὰς ἐγχειρήσεις σημαίνουσι· διὰ τὸ ἄψηφον. ψῆφον γὰρ καλοῦμεν ὥσπερ λίθον τὸν ἐν δακτυλίῳ, οὕτω δὴ καὶ τὸν τῶν χρημάτων ἀριθμόν. ἀεὶ δὲ ἀμείνονες οἱ ὁλόσφυροι· οἱ γὰρ κενοὶ καὶ θεῖον ἔνδον ἔχοντες, δόλους καὶ ἐνέδρας σημαίνουσι· διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ ἐγκεκρυμμένον. οἱ δέ, μείζονας τὰς προσδοκίας τῶν ὠφελειῶν· διὰ τὸ μείζονα τὸν ὄγκον τοῦ βάρους ἔχειν. σούχινοι δὲ καὶ ἐλεφάντινοι καὶ ὅσοι ἄλλοι δακτύλιοι γίνονται, γυναιξὶ μόνοις συμφέρουσιν. ὅρμοι δὲ καὶ ἁλύσεις καὶ ἐνώτια καὶ λίθοι πολυτελεῖς, καὶ πᾶς κόσμος περιδέῤῥαιος γυναικεῖος, γυναιξὶν ἀγαθόν. καὶ γὰρ ἀγάμοις γάμον προαγορεύει· καὶ ταῖς ἀτέκνοις τέκνα, καὶ ταῖς ἀμφότερα ἐχούσαις, προσκτῆσιν καὶ περιουσίαν πολλήν. ὥσπερ γὰρ ὑπὸ τούτων κοσμοῦνται γυναῖκες, οὕτως

Videri sibi sua vestimenta lauare. CAP. 4.

Videri sibi sua ipsius vestimenta lauare, aut etiam alterius, incommodi alicuius circa vitam depositionem significat. propterea quòd etiam vestimenta sordes abiiciunt. Occulta etiam deprehendere ac condiscere facit. Lauare enim abusiuè etiam redarguere veteres dicebant, velut alicubi etiam Menander:

Si tu meæ vxori malè inde dixeris,
Patrem tuum, téque & tuos ego lauero.

Hoc est, redarguam. Vnde etiam his, qui deprehendi ac redargui timent, terribile est vestimenta lota gestare ac videre.

De Mundo externo.

CAP. 5.

Annuli extra ferrei, bonum quidem, sed non citra laborem ipsa bona significant. Poëta enim πολύκμητον, hoc est multo labore factum, ferrum vocat. Boni sunt etiam aurei qui lapillos habēt. Nam qui lapillis carent, minimè lucrosas aggressiones significant, propterea quòd calculos non habent. Calculum enim vocamus tum lapillum in anulo, tum etiam pecuniarum numerum. Semper autem meliores sunt anuli ex toto fabrefacti, nulla inanitate & completi. Vacui enim cauíque & qui diuinum ac sacrum quippiam intra se habent, dolos & insidias significant, ob id quod in se continent occultatum. Vacui verò ac caui etiā maiores expectationes quàm commoditates præsagiunt, propterea quòd maiorem molem quàm grauitatem habent. Anuli Succinei & Eburnei, & quicunque alij fieri solent, solis mulieribus conferūt. Monilia verò & catenulæ, & inaures, & lapides pretiosi, omnisq; ornatus muliebris circumcollaris, mulieribus bonus est. Nam & innuptis nuptias portēdit, & liberos eis quæ liberis carent, & his quæ vtraque habent, possessionum acquisitionem & opulentiam magnam. Quemadmodū enim ab illis ornātur mulieres, sic

à viris, & liberis, & diuitiis. Etenim à natura diuitias amant mulieres, velut etiam ornatus sunt studiosæ. Insuper collo illa circundantur, velut etiam vir ac liberi solent. At verò viro dolos, & insidias, & pecuniarum implicationē significant, non ob materiā, sed ob figuram & structurā. Est enim aurum non vt quidam prodiderunt, malum ob materiam, sed omnino vice versa bonum, velut sæpè obseruaui: sed tamen non immodicum, neque multum, neque inconueniens propter figuram, quemadmodum viris monilia, neque suprà dignitatem, velut pauperibus coronæ, & magna vasa, & multa numismata. Nam quum tale quid aliquis viderit, nō amplius ob materiam, sed ob structuræ & opificij qualitatem, aurum malum existit. Porrò si frangantur aut perdantur aut dissoluantur ornamenta collaria, perditionem mulieri vt prius dixi significant. Viro autem ornamenta manualia, non solùm perditionem eorum quibus rem familiarem potissimum concredidit, vxoris inquam & villici, sed etiam ipsarum possessionum ac rerum corruptionem portendunt, & quòd his quibus iam aliquid credidit, de cætero non amplius sit concrediturus. Non enim amplius tales anulis opus habent. Multis verò etiam oculorum cæcitatem somnium annuntiauit. Habent enim consensum quendam oculi ad anulos, propter lapillos. At verò calciamenta eadem quæ vestitus præsagiunt.

De Pectinando, & complicatione capillorum.

CAP. 6.

PEctinari & viro & mulieri conducibile est, est enim tempus quoddam dura omnia dissoluens ac corrigens. Complicare capillos solis mulieribus confert, & viris qui hunc morem habent. Reliquis æris alieni implicationes, & debita multa prædicit. Aliquando etiam vincula & seditiones præsagit.

ὑπὸ ἀνδρῶν καὶ ὑπὸ τέκνων καὶ ὑπὸ πλούτου. καὶ γὰρ φύσει εἰσὶ φιλόπλουτοι, ὥσπερ καὶ φιλόκοσμοι. ἔτι καὶ ταῦτα περιπλέκεται τῷ τραχήλῳ, ὥσπερ ἀνὴρ καὶ τέκνα. ἀνδρὶ δὲ δόλους καὶ ἐνέδρας καὶ καταπλοκὴν τῶν χρημάτων σημαίνει, οὐ διὰ τὴν ὕλην, ἀλλὰ διὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν κατασκευήν. ἔστι γὰρ ὁ χρυσὸς, οὐχ ὥσπερ τινὲς ἔλεγον, πονηρὸς διὰ τὴν ὕλην. ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον ἀγαθὸς, ὡς πολλάκις ἐτήρησα. ἀλλ᾽ ὅχι μὴ ἄμετρος, μὴ δὲ πολὺς, μὴ τε ἀνοίκειος διὰ τὸ σχῆμα ὡς τοῖς ἀνδράσιν οἱ ὅρμοι, μήτε ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, ὡς τοῖς πένησιν οἱ στέφανοι, καὶ τὰ μεγάλα σκεύη, καὶ τὰ πολλὰ νομίσματα. ἐπεὶ ὅταν τοιοῦτον ἴδῃ τις, οὐκέτι διὰ τὴν ὕλην. ἀλλὰ διὰ τὸ ποιὸν τῆς κατασκευῆς, πονηρὸς γίνεται ὁ χρυσός. ἀπολλύμενα δὲ ἢ καταγνύμενα ἢ διαλυόμενα τὰ περὶ τὸν τράχηλον, ἀπώλειαν τῇ γυναικὶ, ὡς προεῖπον ἔτι, σημαίνει· ἀνδρὶ δὲ τὰ περὶ τὴν χεῖρα, οὐ μόνον ἀπώλειαν τῶν πιστευομένων κατὰ τὸν οἶκον, γυναικὸς λέγω καὶ οἰκονόμου, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ὑπαρχόντων φθορὰν προδηλοῖ. καὶ τοῖς πιστευομένοις τι, τὸ μηκέτι πιστεύεσθαι· οὐ γὰρ ἔτι δεῖ τοῖς τοιούτοις δακτυλίων. πολλοῖς δὲ καὶ ὀφθαλμῶν πήρωσιν προηγόρευσε τὸ τοιοῦτον ὄναρ. ἔχει γάρ τινα συμπάθειαν τὰ ὄμματα πρὸς τοὺς δακτυλίους διὰ τὰς ψήφους. τὰ δ᾽ αὐτὰ τῇ ἐσθῆτι καὶ τὰ ὑποδήματα σημαίνουσιν.

Περὶ τοῦ κτενίζεσθαι καὶ ἐμπλέκεσθαι. ϛʹ.

ΚΤενίζεσθαι, καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφέρει, ἔστι γάρ τις χρόνος τὰ σκληρὰ διαλύων καὶ ἀπευθύνων ἅπαντα. Πλέκεσθαι δὲ, γυναιξὶ μόναις συμφέρει, καὶ ἀνδρῶν τοῖς ἔθος ἔχουσι· τοῖς δὲ λοιποῖς καταπλοκὰς τῶν χρεῶν, καὶ δάνεια πολλὰ προαγορεύει. ἐνίοτε δὲ καὶ δεσμὰ καὶ στάσεις προαγορεύει.

Περὶ τοῦ κατοπτρίζεσθαι. ζ.

Κατοπτρίζεσθαι δὲ καὶ ὁρᾶν τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ὁμοίαν ἐν κατόπτρῳ, ἀγαθὸν τῷ γῆμαι βουλομένῳ καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικί. σημαίνει δὲ τὸ κάτοπτρον, ἀνδρὶ μὲν γυναῖκα, γυναικὶ δὲ ἄνδρα. ἐπεὶ πρόσωπα δείκνυσιν ὥσπερ οὗτοι ἀλλήλοις τὰ τέκνα. ἀγαθὸν δὲ καὶ λυπουμένοις· ἄλυπον γάρ ἐστι τὸ κατοπτρίζεσθαι. νοσοῦντας δὲ ἀναιρεῖ. γήϊνον γάρ ἐστι τὸ κάτοπτρον, ἐξ οἵας ἂν εἴη πεποιημένον ὕλης. τοὺς δὲ λοιποὺς μεθίστησιν, ἵνα ἐν ἄλλῃ γῇ τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα ἴδωσιν. ἀνόμοιον δὲ ἐν κατόπτρῳ δοκεῖν ὁρᾶν ἑαυτόν. νόθων γὰρ ἢ ἀλλοτρίων παίδων πατέρα κληθῆναι προαγορεύει. κάκιστα δὲ ἢ ἀμορφότερον ἰδεῖν, οὐ συμφέρει. νόσους γὰρ καὶ ἀθυμίας σημαίνει. ὥσπερ καὶ τὸ ἐν ὕδατι κατοπτρίζεσθαι, θάνατον προαγορεύει αὐτῷ τῷ ἰδόντι, ἢ τινὶ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ.

De Vsu speculi. CAP. 7.

AD speculum stare, & suam imaginem similem videre in speculo, bonum est & viro & mulieri nuptias celebrare volentibus: significat enim speculum viro quidem vxorem, mulieri verò maritum, quoniam facies ostendit, quemadmodum hi vicissim liberos alter alteri ostendunt. Bonum est & tristitia affectis, tristitiæ enim expers res est speculo vti. Verùm ægrotos tollit. terreum est enim speculum ex qualicunque materia fuerit factum. Alios autem in alienam regionem transfert, quò in alia terra suas facies contemplentur. Cæterùm dissimilem sibiipsi in speculo se videre, spuriorum aut alienorum puerorum patrem aliquem vocandum esse præsagit. At verò turpiorem aut deformiorem videre seipsum, non confert. Morbos enim & tristitias significat. Quemadmodum etiam in aqua se contemplari, mortem ipsi qui somnium vidit prædicit, aut alicui familiarissimo ipsi.

Περὶ ἀέρος καὶ τῶν περὶ ἀέρα. η.

Ἀὴρ καθαρὸς καὶ λαμπρὸς, πᾶσιν ἐστὶν ἀγαθός. μάλιστα δὲ τοῖς ἀπολωλότα ζητοῦσι καὶ τοῖς ἀποδημεῖν βουλομένοις. πάντα γὰρ ἐν καθαρῷ τῷ ἀέρι, εὔοπτα γίνεται. ὁ δὲ ζοφερὸς ἢ σκοτεινὸς ἢ συννεφὴς, πρὸς ταῖς ἀπραξίαις, καὶ λύπας σημαίνει. εἰς ὁποίαν δὲ ἂν ὕλην αὐτὴν μεταβάλλῃ ὁ ἀὴρ, τοῖς μὲν αὐτὴν ἐργαζομένοις ὕλην, ἀγαθός· τοῖς δὲ λοιποῖς, πονηρὸς τετήρηται. καὶ ὁ ταπεινὸς γινόμενος, μόνοις τοῖς τὰ οὐράνια ἐξασκουμένοις καὶ μάντεσιν, ἀγαθός. τῶν δὲ λοιπῶν τὸν βίον εἰς ταπεινὸν καθάγει. ὑετὸς ἄνευ χειμῶνος καὶ πολλοῦ ἀνέμου, πᾶσιν ἀγαθός. πλὴν τῶν εἰς ἀποδημίαν στελλομένων, καὶ τῶν τὰς ὑπαίθρους ἐργασίας ἐργαζομένων· τούτοις γὰρ ἐμπόδιος γίνεται. ψακάδες καὶ πάχναι, γεωργοῖς μὲν σφόδρα ἀγαθαί. τοῖς δὲ λοιποῖς, μικρὰς ἐργασίας προαγορεύουσιν. ὄμβροι δὲ καὶ λαίλαπες καὶ χει-

De Aëre, & his quæ circa aërem fiunt. CAP. 8.

AEr purus & clarus omnibus bonus est, maximè autem his qui perdita quærunt, & qui peregrinari volunt. Omnia enim in puro aëre conspicua fiunt. Verùm aër caliginosus, aut tenebricosus, aut nebulosus, supra actionum impedimentum, etiam tristitias significat. In qualemcunque autem materiam transmutatus fuerit aër, bonus est his qui eandem materiam tractant. Reliquis malus obseruatus est. Humilis factus aër, solis cœlestia contemplantibus & vatibus bonus est. Reliquorum vitam humilem reddit. Pluuia citra tempestatem ac multum ventum, omnibus bona est: exceptis his qui ad exteros homines dimittuntur, & his qui sub dio opificia sua exercent. His enim impedimento est. Minutæ pluuiæ, guttæ, & pruinæ, agricolis quidem valde bonæ sunt: reliquis paruum quæstum prædicunt. Imbres & nimbi, & tempestates,

ſtates, omnibus turbationes, & pericula ac damna inducunt. Solis verò ſeruis, & egenis, & qui aliqua incommoditate vexantur, alterationes ac liberationem à malis quæ pedibus ſubiacent prædicunt. Nam poſt magnas tempeſtates, ſtatim ſerenitas ſequitur. Nix & glacies ſi ſuo tempore videantur, nihil ſignificant. Meminit enim diurni frigoris etiam dormiente corpore anima ipſa. Verùm ſi extra tempus videantur, agricolis quidem conferunt, reliquis frigidas aggreſſiones & propoſitas actiones futuras ſignificant, & iter facere prohibent. Grando turbationes & triſtitias indicat, & occulta reuelat propter colorem. Tonitru citra fulgur, ſeruis turbationes & inſidias, propter inexpectatum, fulgur verò citra tonitru, vanum timorem ſignificat. Nam poſt fulgur rurſus expectare tonitru timorem indicat. Nihil enim aliud eſt quàm minæ inanes: quando igitur non ſuccedit tonitru, inutilem timorem facit. Sequitur autem hanc tractationem etiam de igne ſermo, de quo duplicem iudicationem facere ex re eſt, partim quidem vt de cœleſti & diuino, partim verò vt terreſtri & vſuali. Primum quidem igitur de cœleſti hoc modo iudicationes facere oportet. Ignem in cœlo videre, ſplendidum, purum, & modicum, minas ex quibuſdam præminentibus ſignificat. Multas autem & hoſtium incurſum, & egeſtatem, & famen præſagit. Vbicunque verò fuerit ignis, aut vbi ſurſum fertur, velut à ſeptentrione, aut meridie, aut occidente, aut oriente, inde ſanè hoſtes veniunt, aut iuxta illas regiones ſterilitas erit. Verùm peius omnino fuerit ignem deferri videre. Idem ſignificant etiam ex cœlo deſcendentes faces, item ligna & arbores ardentes videre, quæ omnia periculum circum caput eius qui ſomnium vidit conſtituunt. Quemadmodum enim cœlum, omnem mundum ſuperminet, ſic caput corpus. Fulmen citra tempeſtatem propè allapſum, & non contingens corpus, eum qui vidit extra locos eijcit, in quibus degit. Neque enim propinquum fulmen quiſquam ſuſtinere poteſt. ſi verò ante aliquem ceciderit, prorſum progredi prohibet. At verò extremis partibus à fulmine

μῶνες, ταραχὰς πᾶσι καὶ κινδύνους καὶ ζημίας ἐπάγουσι. μόνοις δὲ δούλοις καὶ πένησι καὶ τοῖς ἔν τινι περιστάσει οὖσιν, ἀπαλλαγὰς τῶν ἐν ποσὶ κακῶν προαγορεύουσι. μετὰ γὰρ τοὺς μεγάλους χειμῶνας, ταχέως εὐδία γίνεται. χιὼν δὲ καὶ πάγος, κατὰ μὲν τὴν οἰκείαν ὥραν ὁρώμενα, οὐδὲν σημαίνει. μέμνηται γὰρ τοῦ μεθ' ἡμέραν ψύχους, καὶ καθεύδοντος τοῦ σώματος, ἡ ψυχή. παρὰ δὲ τὴν ὥραν ὁρώμενα, γεωργοῖς μὲν συμφέρει· τοῖς δὲ λοιποῖς, ψυχρὰς τὰς ἐγχειρήσεις καὶ τὰς προκειμένας πράξεις ἔσεσθαι προαγορεύει· ὁδεύειν δὲ κωλύει. χάλαζα δὲ, ταραχὰς καὶ δυσθυμίας δηλοῖ, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ χρῶμα. βροντὴ δὲ χωρὶς ἀστραπῆς, δούλοις ταραχὰς καὶ ἐνέδρας, διὰ τὸ ἀπροσδόκητον· ἀστραπὴ δὲ χωρὶς βροντῆς, φόβον μάταιον σημαίνει. ὅτι μετὰ τὴν ἀστραπὴν, προσδοκῆσαι αὖθις βροντὴν, ἢ διὰ τὸν φόβον* οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἀπειλή. ἐπειδὰν οὖν μὴ γένηται, ἀπειλὴ τὸν φόβον ποιεῖ. ἕπεται δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ, ὁ περὶ πυρὸς λόγος. περὶ οὗ διπλῇ τῇ κρίσει χρήσασθαι καλῶς ἔχει. τῇ μὲν ὡς περὶ οὐρανίου καὶ θείου· τῇ δὲ ὡς περὶ ἐπιγείου καὶ τοῦ ἐν χρήσει. πρότερον μὲν οὖν περὶ τοῦ οὐρανίου ὧδε χρὴ ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. πῦρ ἐν οὐρανῷ ἰδεῖν λαμπρὸν καὶ καθαρὸν καὶ ὀλίγον, ἀπειλὴν ἔκ τινων ὑπερεχόντων σημαίνει. τὸ δὲ πολὺ, καὶ πολεμίων ἔφοδον καὶ ἀπορίαν, καὶ λιμὸν μαντεύεται. ὅπου δ' ἂν εἴη τὸ πῦρ, ἢ ὅπου ἀναφέρηται, οἷον ἀπ' ἄρκτου ἢ μεσημβρίας ἢ δύσεως ἢ ἀνατολῆς, ἐκεῖθεν ἔρχονται πολέμιοι. ἢ κατ' ἐκεῖνα τὰ κλίματα ἡ ἀφορία ἔσται. πονηρότερον δ' ἂν εἴη, καταφερόμενον τὸ πῦρ ἰδεῖν. τὸ δὲ αὐτὸ σημαίνουσι καὶ λαμπάδες ἐξ οὐρανοῦ κατιοῦσαι, καὶ ξύλα καὶ δένδρα καιόμενα ἰδεῖν. ἃ δὴ πάντα τοῖς ἰδοῦσι περὶ τὴν κεφαλὴν τὸν κίνδυνον συνίστησιν. ὥσπερ γὰρ ὁ οὐρανὸς τοῦ παντὸς ὑπερέχει κόσμου, οὕτω καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος. Κεραυνὸς δὲ ἄνευ χειμῶνος πλησίον πεσὼν καὶ μὴ ἀψάμενος τοῦ σώματος, ἐκβάλλει τῶν τόπων τὸν ἰδόντα ἐν οἷς ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν ὑπομείνειέ τις πλησίον κεραυνοῦ. εἰ δὲ ἔμπροσθεν πέσοι, κωλύει προϊέναι εἰς τοὔμπροσθεν. τὸ δὲ κατ' ἄκρας ὑπὸ κεραυνοῦ

πεπληγέναι, οἱ μὲν πάνυ παλαιοὶ, δίχα διαιροῦσι λέγοντες, πένησι μὲν εἶναι ἀγαθὸν· πλουσίοις δὲ κακόν· λόγῳ τοιῷδε. ἐοίκασι γὰρ οἱ πένητες, χωρίοις λιτοῖς καὶ ἀσήμοις, εἰς ἃ ἡ κοπρία ῥίπτεται, ἢ ἄλλο τι τῶν φαύλων. οἱ δὲ πλούσιοι, τεμένεσι θεῶν, ἢ ἀνθρώπων, ἢ ναῶν οἴκοις, ἢ ναοῖς θεῶν, ἢ ἄλσεσιν, ἢ ἄλλῳ τινὶ χωρίῳ εὐπόρῳ. ὥσπερ οὖν ὁ κεραυνὸς τὰ μὲν ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας, τὰ δὲ πολυτελῆ χωρία ἔρημα καὶ ἄβατα ποιεῖ, οὐδεὶς γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐνδιατρίβειν ἔτι θέλει· οὕτως ὁ ὄνειρος πένητα μὲν ὠφελεῖ, πλούσιον δὲ βλάπτει. ὅτι καὶ ὁ κεραυνὸς οὐδέν ἐστιν ἄλλο, ἢ πῦρ, ἴδιον δὲ πυρὸς πᾶσαν ὕλην φθείρειν· ἔχει δὲ ὁ μὲν πένης, πενίαν· ὁ δὲ πλούσιος, πλοῦτον. τοιγαροῦν ὁ μὲν, τὴν πενίαν. ὁ δὲ, τὸν πλοῦτον φθερεῖ. ἐπεὶ δὲ ὁ κεραυνωθεὶς, αἰφνίδιον περισημότερος γίνεται. ὁμοίως δὲ καὶ πένης αἰφνίδιον πλουτήσας. καὶ πλούσιος αἰφνίδιον ἀπολέσας τὴν ὕπαρξιν, περισημότεροι γίνονται. τούτοις μὲν οὖν τοῖς λόγοις ἐπείθοντο οἱ πρεσβύτεροι. οἱ δὲ μεταγενέστεροι, ἤδη τινὰ καὶ περὶ δούλων ἔλεγον. καὶ ἔφασκον εἶναι ἀγαθὸν δούλοις, τὸ κεραυνοῦσθαι. ἐπεὶ οὔτε δεσπότας ἔτι οἱ κεραυνωθέντες ἔχουσιν, οὔτε κάμνουσι. λαμπρὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τετιμημένοις· πολλὰ δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, καὶ Φοῖβος ὁ Ἀντιοχεὺς περὶ τοῦ δοκεῖν κεραυνοῦσθαι ἀπὸ πείρας ἰδίας προσέθηκαν· πλὴν οὐ πάντα γε ἀκριβῶς ἐξίσχυσαν εὑρεῖν. ἔχει δὲ ὧδε. δούλων μὲν τοὺς μὴ ἐν πίστει ὄντας ἐλευθεροῖ. τοὺς δὲ ἐν τιμῇ παρὰ τοῖς δεσπόταις, ἢ πολλὰ κτήματα ἔχοντας, ἀφαιρεῖται τῆς πίστεως, καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῶν κτημάτων. ἐλευθέρων δὲ, πένητας μὲν τοὺς μὴ λανθάνειν βουλομένους, ἐφ' οἷς ἂν ἁμαρτάνωσιν, ὠφελεῖ. τοὺς δὲ ἀποκρυπτομένους καὶ λανθάνειν βουλομένους, ἐλέγχει. οὔτε γὰρ λάθρα πίπτει κεραυνὸς, ἀλλὰ τὸ μετὰ μεγάλων βροντῶν καὶ πολλοῦ χειμῶνος καταφέρεσθαι, οὔτε κεραυνωθέντα λαθεῖν ἔστι. πλουσίων δὲ τοὺς μὲν χρυσοφορεῖν μέλλοντας, διά τινα ἀρχὴν ἢ ἱερωσύνην, οὐ βλάπτει,

pene percuti, valde quidem veteres bifariam distinguunt, pauperibus quidem bonum esse pronunciantes, diuitibus verò malum, atque hoc hac ratione. Similes etenim sunt pauperes locis vilibus & ignobilibus, in quos sterquilinia abijciũtur, aut aliud quid vitiosum. Diuites verò nemoribus deorum aut hominum, aut ædibus templorum, aut templis deorum, aut saltibus, aut alij cuipiam loco luculẽto. Quemadmodum igitur fulmen ignobiles locos nobiles facit, propter aras quę in ipsis extruuntur, & ob sacrificia quæ in ipsis fiunt, & contra sumptuosos locos, desertos & inaccessos reddit. nemo enim in ipsis deinceps conuersari ac degere expetit. Sic somnium pauperi quidem prodest, diuiti autem obest. Præterea fulmen nihil aliud est quàm ignis, proprium autem ignis est omnem materiam corrumpere: habet autem pauper paupertatem, diuites diuitias: proinde ille quidem paupertatem, hic verò diuitias corrumpet: quoniam autem & fulmine ictus statim insignior redditur, similiter etiam pauper repentè ditatus, & diues repentè amissa rerum substantia, insigniores fiunt. His igitur rationibus primi persuasi sunt. Verùm posteriores etiam quædam de seruis dixerunt, & pronuntiauerunt fulmine feriri seruis bonum esse, propterea quòd fulmine icti neque dominos amplius habent, neque laborant. Splendida autem vestimenta eis circundantur, velut honore à Ioue affectis. Multa etiam Alexander Myndius & Phœbus Antiochenus, de eo quod quis fulmine icitur, ex propria experientia exposuerunt: verùntamen non omnia exactè potuerunt inuenire. Habet autem res hoc modo. Seruos quidem non magna autoritate præditos, liberos facit: verùm eos qui alicuius pretij sunt apud dominos, aut multas possessiones habent, priuat & fide, & autoritate, & possessionibus. Ex liberis autem pauperes quidem, non volentes latere infelicitatem & peccata sua, iuuat: eos verò qui ea celant & latere volunt, redarguit & manifestat. Neque enim occultè cadit fulmen, propterea quòd cum magno tonitru, & multa tempestate deferatur. Neque enim fulmine ictus latere potest. Diuites autem qui aurum gestaturi sunt, propter principatum, aut sacerdotium, non lædit,

ſed magis inſigniter principatum, aut ſacerdotium adminiſtraturos eſſe præſagit. Simile enim aurum igni, iuxta colorem ſanè: velut etiam Pindarus dixit,

Candentis aurum ignis modo.

reliquis bonorum ſubſtãtia ſpoliat, propter ſuperiorem rationẽ: niſi quid aliud impediat. Cæterùm his qui vxore carent nuptias prædicit, tum pauperibus, tum diuitibus. Nihil enim adeò corpora calefacit, velut ignis & mulier. At verò iam contracta matrimonia diſſociat, & ſodales, & fratres, & amicos, inimicos facit: fulmen enim non vnit, ſed etiam vnita ſeparat. Inſuper & liberos habentem, liberis priuat, ita vt moriantur, ſi doleat ad hoc vt fulmine ſit ictus: aut aliàs diſcedant, ſi non doleat. Nam & arbores vbi fulmine ictæ ſunt exareſcunt, & germina perdunt. Quemadmodum autem arborum filij ſunt germina, ſic virorum germina ſunt filij. Athletas porrò celebres fulmen facit, omnéſque philologos, & in medium prodire volentes. Confert etiam in litibus de fama & nomine, ſi quis ſibi videatur fulmine feriri. Nullus enim fulmine ictus infamis & ignominioſus exiſtit: vnde etiam velut deus colitur. Qui verò de poſſeſſionibus omnis generis litigant, his damnationem præſagit, excepta terra, & his quæ intra exiſtunt. Etenim damnatos conſueto more fulmine ictos dicimus. Cæterùm in litibus de terra, poſſidentes quidem terram, & timentes expulſionem, permanſuros eſſe ſignificat. Non enim transferuntur fulmine icti, ſed vbicunque ab igne deprehenſi & tacti ſunt, iſtic ſepeliuntur. Qui verò alienæ terræ adhærent, eámque ſibi vendicare ſtudent, eos non peruenturos eſſe in ipſam prædicit, ſed vbicunque fuerint, iſtic manſuros eſſe, hoc eſt extra: niſi ſanè quis non ſe putet fulmine ictum eſſe, ſed in terram, alicubi fulmen viderit dilapſum. Nam huiuſmodi ſomnium ſemper inhabitantibus inacceſſam terram facit. Inſuper verò fulmen etiam apud exteros degentes ad domum reducit: & qui domi viuunt, eos domi retinet. Verùm meminiſſe oportet, eandem ſignificationem eſſe, ſi quis ſibi videatur fulmine ictus eſſe, & ſi quis ſe à fulmine exuſtum eſſe putet, aut in caput vel pectus fulmen cecidiſſe.

ἀλλὰ ἐπισημοτέρως ἄρξαι, ἢ ἱερώσασθαι προαγορεύει. ἔοικε γὰρ τὸ χρυσίον πυρὶ κατά γε τὴν χρόαν. ὡς καὶ Πίνδαρος,

Ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε.

Τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀφαιρεῖ τῆς οὐσίας, διὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον. εἰ μή τι ἄλλο κωλύοι· ἀγάμοις δὲ γάμον προαγορεύει, καὶ πένησι καὶ πλουσίοις· οὐδὲν γὰρ οὕτως τὰ σώματα θερμαίνει, ὡς πῦρ καὶ γυνή. γεγαμηκότας δὲ διίστησι καὶ κοινωνοὺς καὶ ἀδελφοὺς καὶ φίλους ἐχθροὺς ποιεῖ· οὐ γὰρ ὁ κεραυνὸς ἑνοῖ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἡνωμένα χωρίζει· ἔτι καὶ τὸν παῖδας ἔχοντα, τῶν παίδων στερίσκει. ἤτοι ἀποθανόντων, ἐὰν ἀλγῇ πρὸς τὸ κεραυνοῦσθαι, ἢ ἄλλως ἀπαλλαγέντων, ἐὰν μὴ ἀλγῇ. καὶ γὰρ τὰ δένδρα ὅταν κεραυνωθῇ αὖα γίνεται. καὶ τοὺς βλαστοὺς ἀπόλλυσιν. ὥσπερ δὲ τῶν δένδρων τέκνα εἰσὶν οἱ βλαστοί, οὕτω καὶ τῶν ἀνδρῶν τέκνα εἰσὶν οἱ βλαστοί. ἀθλητὰς δὲ ἐνδόξους ὁ κεραυνὸς ποιεῖ καὶ πάντας φιλολόγους, καὶ τοὺς εἰς τὸ μέσον προέρχεσθαι βουλομένους· ἐν δὲ ταῖς δίκαις ταῖς περὶ ἐπιτιμίας συμφέρει τὸ δοκεῖν κεραυνοῦσθαι· οὐδεὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν. ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται. τοῖς δὲ περὶ κτημάτων πάντων πλὴν γῆς καὶ τῶν ἐν γῇ, καταδίκην μαντεύεται. καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας ἐν τῇ συνηθείᾳ, κεραυνοῦσθαι φαμέν. ἐν δὲ ταῖς περὶ γῆς δίκαις, τοὺς μὲν νεμομένους τὴν γῆν καὶ δεδιότας, ἐκβληθῆναι σημαίνει. οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μετατίθενται· ἀλλ᾽ ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται. τοὺς δὲ ἀντιποιουμένους γῆς ἀλλοτρίας, μὴ εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν προαγορεύει. ἀλλ᾽ ὅπου ἐὰν ὦσιν, ἐκεῖ μεῖναι. τουτέστιν, ἔξω. εἰ μὴ ἄρα τις οὐχ αὐτὸς δόξειε κεκεραυνῶσθαι· ἀλλ᾽ εἰς τὴν γῆν ὅπου ἴδῃ σκηπτὸν πεσόντα. καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον ὄνειρον, ἀεὶ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἄβατον τὴν γῆν καθίστησιν. ἔτι δὲ ὁ κεραυνὸς τοὺς μὲν ἀποδήμους εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανάγει, τοὺς δὲ ἐνδήμους ἐν τῇ οἰκίᾳ κατέχει. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ τοῦτο· ὅτι τὰ αὐτὰ σημαίνει τὸ δοκεῖν κεραυνοῦσθαι ὅσα εἰρήκαμεν.

ἐπιδοκεῖ τις ἢ καταπεφλέχθαι ὑπὸ τοῦ κεραυνοῦ νομίσῃ, ἢ κατὰ κεφαλῆς ἢ κατὰ στέρνου τὸν κεραυνὸν πεπτωκέναι. ἐπεὶ δὲ ὅταν ἄλλο τι μέρος τοῦ σώματος ὁ κεραυνὸς καταφλέξῃ, ἢ* μὴ ὅλον τὸ σῶμα, εἰ μὴ τοιοῦτον καταλάβοι, ἐξ οὗ εἰκὸς θάνατον παρακολουθεῖν τῷ κεκεραυνωμένῳ, τότε μικρότερα τὰ ἀποτελέσματα γίνεται. καὶ οὕτω χρὴ ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. ὥσπερ εἰ βλαπτομένων μερῶν, καὶ οὐχὶ περὶ τοῦ παντός. περὶ ὧν ἀκριβῶς καὶ ἀνενδεῶς ἐν τῷ περὶ σώματος λόγῳ, κατὰ μέρος ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ διείρηκα. ἔτι κἀκεῖνο· οὔτε πλέοντα οὔτε ἐν κοίτῃ κατακείμενον, οὔτε ἐπὶ γῆς ὕπτιον ἢ πρηνῆ ὑπὸ κεραυνοῦ καταφλέγεσθαι συμφέρει. ἀπολείπεται δὲ μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὸ ὀρθὸν ἑστάναι, ἢ ἐπὶ θρόνου καθεζόμενον, ἢ ἐπ' ἄλλου πρὸς ἑτέρου κεραυνοῦσθαι. οἶδα δέ τινα ὃς ἔδοξε τῆς κλίνης τὸ ἔξω ἐνήλατον, ὑπὸ κεραυνοῦ διεφθάρθαι, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπέθανεν.

Περὶ πυρὸς τοῦ ἐν χρήσει. θʹ.

ΠΥ͂Ρ δὲ τὸ ἐν χρήσει, ὀλίγον μὲν καὶ καθαρὸν ἰδεῖν, ὑφειμένον λέγω ἀγαθὸν εἶναι· πολὺ δὲ καὶ ἄμετρον, πονηρόν. ἔστιν οὖν ἄριστον τὸ ἐφ' ἑστίας πῦρ, λαμπρὸν καὶ καθαρὸν ὁρώμενον. πολλὴν γὰρ εὐπορίαν σημαίνει. ἄνευ γὰρ τῆς τροφῆς παρασκευάζεσθαι, οὐκ ἔστιν ἐφ' ἑστίας πῦρ ἰδεῖν. σβεννύμενον δὲ τοῦτο, ἀπορίαν σημαίνει. καὶ εἴ τις κατὰ τὸν οἶκον νοσεῖ, θάνατον αὐτῷ προαγορεύει. ἀγαθὸν δὲ καὶ λαμπάδας δοκεῖν ἔχειν καιομένας νυκτός. μάλιστα τοῖς νέοις· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἔρωτας οὐκ ἀηδεῖς σημαίνει· καὶ πράξεις προαγορεύει· διὰ τὸ δύνασθαι τὰ πρὸ ποδῶν ὁρᾶν. ἄλλον δὲ ὁρᾶν ἔχοντα λαμπάδα, πονηρὸν τοῖς λανθάνειν ἐθέλουσι. λύχνος δὲ καιόμενος ἐν οἰκίᾳ λαμπρὸς, ἀγαθός· προσκτῆσιν γὰρ σημαίνει καὶ εὐπορίαν πᾶσι· καὶ τοῖς ἀγάμοις, γάμον. καὶ τοῖς νοσοῦσιν, ὑγείαν. ὁ δὲ μὴ λαμπρὸς ἀλλὰ ἀμαυρὸς, δυσθυμίαν σημαίνει. καὶ τοὺς νοσοῦντας οὐκ εἰς μακρὰν ἀναιρεῖ. ὁ δὲ ἐσβεσμένος, σώζει. μέλλει γὰρ ἅπτεσθαι. λύχνος χάλκεος, καὶ τὰ ἀγαθὰ βεβαιότερα

Quoniam cùm aliam quandam corporis partem fulmen combusserit (modò non sit totum corpus, ex quo verisimile est mortem fulmine icto sequi) tunc sanè minores euentus fiunt: atque sic iudicationes facere oportet, velut partibus læsis, & non de toto corpore pronuntiare, de quibus exactè & vt nihil desit, in sermone de corpore, in primo libro particulatim tractaui. Sed & eius meminisse conuenit: Quòd neque nauigantem, neque in cubili decumbentem, neque in terra supinum aut pronum à fulmine comburi confert. Reliquum est igitur solum bonum esse, erectum stare, aut in throno, aut alio quopiam sedili sedentem, fulmine feriri. Noui autem quendam qui per somnium existimauit, externum clauiculum lecti à fulmine tactum esse ac consumptum, & sanè vxor ipsius mortua est.

De Igne vsuali.

CAP. 9.

IGnem vsualem modicum, & purum, ac submissum videre, bonum esse dico. Multum verò & immodicum, malum est. Est igitur optimus ignis qui in foco clarus ac purus conspicitur. Multam enim opulentiam significat. Nam citra ciborum præparationem, non temere ignem in foco videre datur. Idem extinctus, inopiam portendit, & si quis in domo ægrotat, mortem ipsi prædicit. Bonum est & faces noctu ardentes habere sibi videri, maximè iuuenibus. Vt plurimum enim amores non iucundos significat, & actiones prædicit, propterea quòd possint pedibus subiecta videre. Verùm alium facem habentem videre, malum est latere cupientibus. Lucerna ardens in domo splendida, bona est: acquisitionem enim & opulentiam omnibus significat, & innuptis nuptias, & ægrotis sanitatem. Verùm non splendida sed obscura, tristitiam significat: & ægrotos non longè post occidit, extincta autem conseruat. Nam postea accendetur. Lucerna ærea, & bona firmiora,

& mala fortiora præsagit. Testacea verò minus. Vtraque autem occulta reuelat. Lucerna in nauigio conspecta ingentem tranquillitatem à ventis portendit.

De partibus domus ardentibus.

CAP. 10.

Domus ardētes puro igne, & nō collabentes, & corruptionem non sentientes, pauperibus opulentiam, diuitibus principatus comparant. Quæ verò ardent puro igni, & comburuntur, & concidunt, & ab igne corrumpuntur, omnibus malæ sunt, & talium interitum hominum significant, quales fuerint domus, aut parietes. Velut verbi gratia. Thalamus vxorem significat si extet, sin minus, dominum domus. Andrones verò in quibus viri versantur homines qui in domo sunt significant, tum cognatos, tum seruos. Gynæcium verò seruas. Vestibulum domus, dominos significat: promptuaria & apothecæ, possessiones & opes, aut etiam promos siue villicos significant. Atque hæc quidem in totis domibus. Ex parietibus verò, is qui ianuam habet, dominum designat, qui fenestram, dominam. Vbi autem non est fenestra, medius paries, dominum: dexter, liberos: sinister vxorem. Cùm verò domus multas habuerit fenestras, & fratribus, & sociis mortem præsagit, senioribus quidem partes domus ad orientem, iunioribus partes ad occidentem, partes septentrionales similiter orienti, meridionales similiter occidenti iudicandæ sunt. Qui verò magnum ignem augent parietes, & splendidiores apparent, sumptuosiorem vitam in melius transferunt. Ianuæ ardentes, vxoris interitum significant, & vitam eius qui somnium vidit non in tuto positam esse. Ex his autem ea quæ seram ac vectem habet, liberam vxorem significat, quæ verò facilè aperiri * potest & admittit, vxorem: columnæ puro igne ardentes & non pereuntes, liberos significant somniantis ad meliorem & splendidiorem fortunam transgressuros esse. Si verò corrumpantur,

καὶ τὰ κακὰ ἰσχυρότερα μαντεύεται. ὁ δὲ ὀστράκινος, ἔλαττον. ἀμφότεροι δὲ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχουσι. λύχνος ἐν πλοίῳ ὁρώμενος, μεγάλης γαλήνης ἐστὶ σημαντικός.

Περὶ μερῶν οἰκίας καιομένων. ι.

Οἶκοι καιόμενοι καθαρῷ πυρὶ, καὶ μὴ συμπίπτοντες, καὶ μὴ διαφθειρόμενοι, πένησι μὲν εὐπορίαν· πλουσίοις δὲ ἀρχὰς περιποιοῦσιν. οἱ δὲ σμυχόμενοι καθαρῷ πυρὶ καὶ καταιθαλούμενοι καὶ συμπίπτοντες, καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς διαφθειρόμενοι, πᾶσι πονηροί. καὶ τοιούτων ὄλεθρον σημαίνουσιν ἀνθρώπων, οἷοι ἂν ὦσιν οἱ οἶκοι ἢ οἱ τοῖχοι. οἷον ὁ μὲν θάλαμος, τὴν γυναῖκα σημαίνει, ἐπεὶ ὑπάρχει. εἰ δὲ μὴ, τὸν δεσπότην τῆς οἰκίας. οἱ δὲ ἀνδρῶνες, τοὺς κατὰ τὸν οἶκον ἀνθρώπους, συγγενεῖς τε καὶ θεράποντας. ἡ δὲ γυναικωνῖτις, θεραπαίνας. καὶ τὰ πρόθυρα τῆς οἰκίας τοὺς δεσπότας. ταμεῖα δὲ καὶ ἀποθῆκαι, τὰ κτήματα, ἢ τοὺς ταμίας ἢ τοὺς οἰκονόμους σημαίνουσι. ταῦτα μὲν ἐφ' ὅλων οἴκων· τοίχων δὲ ὁ μὲν τὴν θύραν ἔχων, τὸν δεσπότην σημαίνει. ὁ δὲ τὴν θυρίδα, τὴν δέσποιναν. ὅπου δὲ μὴ ἔστι θυρίς, ὁ μὲν μέσος τὸν δεσπότην. ὁ δὲ δεξιὸς, τέκνα. ὁ δὲ εὐώνυμος, τὴν γυναῖκα. ἐπειδὰν δὲ πολλὰς ἔχῃ θυρίδας ὁ οἶκος, καὶ ἀδελφοῖς καὶ κοινωνοῖς θάνατον προαγορεύει. πρεσβυτέροις μὲν, τὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ οἴκου. νεωτέροις δὲ, τὰ πρὸς ἑσπέραν. τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον, ὁμοίως τῇ ἀνατολῇ· καὶ τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ὁμοίως τῇ δύσει κρινέσθω. οἱ δὲ μέγα πῦρ αὐξάνοντες τοῖχοι, οἱ λαμπρότεροι φαινόμενοι, πολυτελέστερον τὸν βίον ἐπὶ τὸ βέλτιον μετάγουσι. θύραι δὲ καιόμεναι, γυναικὸς ὄλεθρον σημαίνουσι. καὶ τὸν βίον τοῦ ἰδόντος, οὐκ ἐν ἀσφαλείᾳ κεῖσθαι. τούτων δὲ ἡ μάνδαλον ἔχουσα, ἐλευθέραν γυναῖκα σημαίνει. ἡ δὲ * δεχομένη, τὴν γυναῖκα. κίονες δὲ καθαρῷ πυρὶ καιόμενοι καὶ μὴ διαφθειρόμενοι, τὰ τέκνα σημαίνουσι τοῦ ἰδόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ λαμπρότερον μεταβῆναι. οἱ δὲ συντριβόμενοι,

υἱῶν ὄλεθρον σημαίνουσι·

Στῦλοι γὰρ οἴκων, παῖδές εἰσιν ἄρσενες.

ὥς τις φησὶν Εὐριπίδης. πρόθυρα δὲ καὶ ὑπέρθυρα καὶ δρύφρακτοι κατακαέντες, παίδων ὄλεθρον καὶ οὐσίας ἀπώλειαν μαντεύονται. οἱ δὲ θεμέλιοι, δεσποτῶν· οἱ δὲ θριγκοί, συγγενῶν καὶ φίλων. δένδρα δὲ τὰ μὲν πρὸ τῆς οἰκίας πεφυκότα, δεσποτῶν. τὰ δὲ ἔνδον ἐν τῇ οἰκίᾳ, τὰ μὲν μεγάλα καὶ ἔνθερμα, ὁμοίως δεσποτῶν. τὰ μὲν ἀρσενικά, ἀνδρῶν, τὰ δὲ θηλυκά, γυναικῶν· τὰ δὲ μικρά, φίλων καὶ συγγενῶν. τὰ δὲ παντελῶς χθαμαλά, οἷον πύξοι καὶ μυρρίναι, οἰκετῶν. ἀνακαίειν δὲ δοκεῖν πῦρ ταχέως ἀναπτόμενον, καὶ ἐφ' ἑστίας καὶ ἐν κλιβάνῳ, ἀγαθόν, καὶ παίδων σημαίνει γονήν. ἔοικε γὰρ καὶ ἡ ἑστία καὶ ὁ κλίβανος, γυναικί· διὰ τὸ δέχεσθαι τὰ πρὸς τὸν βίον χρήσιμα. τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς πῦρ, ἔγκυον ἔσεσθαι τὴν γυναῖκα μαντεύεται· τότε γὰρ καὶ ἡ γυνὴ θερμοτέρα γίνεται. τὸ δὲ καταβάλλειν τὸ πῦρ ἐν τούτοις, εἶτα ἀποσβεννύειν, ἑαυτῷ αἴτιον ζημιῶν σημαίνει γενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν τῷ περὶ πυρὸς λόγῳ ἀκόλουθα ὄντα, ἱκανῶς εἴρηται.

Περὶ κυνηγίου καὶ κυνῶν. ια'.

Ἑξῆς δὲ περὶ κυνηγίου καλῶς ἔχειν εἶναί μοι δοκεῖ διασαφῆσαι, λίνα, καὶ στάλικες, ποδάγραι, βρόχοι, καὶ πᾶσα ἀρκυοστασία, καὶ αἱ νεφέλαι λεγόμεναι, καὶ ὅσα πρὸς θήραν ἄνθρωποι κατεσκευασμένα ἔχουσι, κακόν. μόνοις δὲ ἀγαθά, τοῖς δραπέτας διώκουσι, καὶ τοῖς ἀπολωλός τι ζητοῦσι. ταχεῖαν γὰρ τούτων εὕρεσιν προαγορεύει. τοῖς δὲ λοιποῖς ἐμποδισμοὺς τῶν χρειῶν διὰ τὰς καταπλοκάς, καὶ κινδύνους καὶ ἐνέδρας σημαίνει. ἐπὶ γὰρ βλάβῃ ζώων ταῦτα κατασκευάζουσιν. ἀεὶ δὲ ἄμεινον αὐτὸν ἔχειν ταῦτα, ἢ ἄλλον ἔχοντα ἰδεῖν· ὅσῳ καὶ κρεῖττον τὸ κακοῦν τοῦ κακοῦσθαι. κύνες δὲ θηρευτικοὶ ἐπὶ μὲν θήραν ἐξιόντες, ἀγαθοὶ πᾶσι, καὶ πράξεων προαγορευτικοί. τοῖς φεύγουσι

filiorum interitum portendunt. Etenim velut Euripides alicubi ait:

Domus columnæ liberi sunt masculi.

Altæ domus partes, & superior ianuæ pars, & cancelli combusti, filiorum interitum, & bonorum perditionem præsagiunt. Fundamenta verò dominorum, murorum ambitus ac sepium munimenta, cognatorum & amicorum. Arbores antè ædes enatæ, dominorum. Quæ verò intra domum sunt, magnæ quidem ardentes similiter dominorum, & masculæ sanè virorum: fœminæ verò fœminarum, paruæ autem amicorum & cognatorum. Quæ verò penitus humiles sunt, velut buxi, & myrti, famulorum. Si quis sibi videatur ignem accendere, isque cito ardeat, tum in foco, tum in clibano, bonum est & filiorum generationem promittit. Similis est enim focus & clibanus mulieri propterea quòd suscipiant ea quæ ad vitam commoda existunt. Ignis autem in ipsis, prægnantem fore mulierem vaticinatur, tunc enim etiam ipsa mulier callidior redditur. At verò immittere ignem his, deinde extinguere, sibiipsi damni causam fore significat. Hæc quidem igitur ad ignis rationem consequentia abunde dicta sunt.

De Venatione, & Canibus.

CAP. II.

Consequenter de venatione & canibus agere, commodum mihi videtur. Lina & furcillæ, pedicæ, laquei, & totus plagarum ac indaginis ordo, & quæ nubeculæ siue plagulæ appellantur, omniaque quæ ad venationem homines comparare solent, mala sunt, & solum his bona qui fugitiuos persequuntur. & qui perditum aliquid quærunt: celerem enim horum inuentionem prædicunt. Reliquis impedimenta rerum necessariarum propter complicationes, & pericula & insidias significant. In perniciem enim animalium homines hæc præparant: præstat autem talia habere, quàm alium habentem videre, quantò etiam melius est lædere quàm lædi. Canes venatici ad venationem exeuntes, omnibus boni sunt, & actionum prænuntij. Verùm reis & in

ius vocatis, mali. A venatione autem redeuntes, intrepidi & otiosi obseruati sunt, hoc est pauorem eximunt, & actiones impediunt. Sequitur porrò ad sermonem de venatione, sermo de animalibus omnibus terrestribus bipedibúsque & apodibus, ac quadrupedibus. Initium autem à quadrupedibus faciam. Canes alij sunt qui ad uenationem educantur, & ex his alij sunt vestigatores, alij feras persequuntur & capiunt. Alij ad possessionum custodiam habentur, quos domus custodes & vinctos appellamus. Alij ad delicias, qui Melitæi vocantur. Qui igitur ad venationem aluntur, ea quæ foris comparantur bona significãt, itémque actiones. Quare bonum est ipsos videre venantes, & quid accipientes, aut iam accepisse, & ad venationem exituros. Actionum enim significatiui sunt. Qui verò in vrbem redeunt, actionum impeditionem significant. Ab operis enim cessant. Custodes domus canes, vxores & famulos, & quæsitas possessiones significant. Quare valentes & adulantes bonam domus custodiam, tum circa vxorem, tùm circa domesticos portendunt, & possessionum multam securitatem. Aegrotantes iidem, morbum denunciant, & damnum rei pecuniariæ. Asperi verò aut latrantes, iniurias ex huiusmodi personis præsagiunt, & damna magna. Alieni canes blandientes quidem, dolos & insidias ex malis viris, aut mulieribus alienis significant, mordentes verò aut latrantes, aduersitates & iniurias: & si albi fuerint, apertas. Sin nigri, clancularias. Si verò rufi, non omnino apertas. Si varij, grauiores aduersitates significant. Similes sunt autem non penitus generosis, neque liberis, sed valde violentis & impudentibus. Tales enim sunt canum mores. Sæpe verò & febres portenderunt, propter astrum, Sirium videlicet ipsum, qui febris causa existens, à quibusdam canis appellatur. Etenim violentum est & blandum animal, & febri simile. Porrò Melitæi, quæ iucundissima in uita sunt significant, & quicquid inde voluptatis emergit. Proinde quicquid perpessi fuerint mœroris ac tristitiæ significationem habent.

δὲ πονηροί. ἀπὸ δὲ θήρας ἐπανιόντες, ἄφοβοι καὶ ἄπρακτοι τετήρηνται. ἐπεὶ δὲ τῷ περὶ κυνηγίου, ὁ περὶ ζώων τῶν ἐπιγείων πάντων λόγος. διπόδων τε καὶ ἀπόδων, καὶ τετραπόδων· ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν τετραπόδων. Τῶν κυνῶν οἱ μὲν, ἐπὶ θήραν τρέφονται, καὶ τούτων οἱ μὲν εἰσὶν ἰχνευταί. οἱ δέ, ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν. οἱ δὲ, ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων· οὓς οἰκουροὺς καὶ δεσμίους λέγομεν. οἱ δὲ ἐπὶ τρυφῶλίῳ, καὶ οἱ μελιταῖοι λεγόμενοι. σημαίνουσιν οὖν οἱ ἐπὶ θήραν τρεφόμενοι, τὰ ἔξωθεν πορίζόμενα καὶ τὰς πράξεις. ὅθεν ἀγαθὸν ἰδεῖν αὐτοὺς θηρῶντας, καὶ λαμβάνοντάς τι, καὶ ἤδη εἰληφότας. καὶ μέλλοντας ἐπὶ θήραν ἐξιέναι. πράξεων γὰρ εἰσὶ σημαντικοί. οἱ δὲ εἰς πόλιν ἐρχόμενοι, ἀπραξίαν σημαίνουσι. παύονται γὰρ τῶν ἔργων, οἱ δὲ οἰκουροί, σημαίνουσι γυναῖκας, καὶ οἰκέτας, καὶ πεπορισμένα κτήματα. ὅθεν ἐρρωμένοι καὶ σαίνοντες τοὺς δεσπότας, ἀγαθὴν οἰκουρίαν καὶ περὶ τὴν γυναῖκα καὶ περὶ τοὺς οἰκείους σημαίνουσι. καὶ τῶν κτημάτων πολλὴν ἀσφάλειαν, νοσοῦντες δὲ οὗτοι, νόσον προαγορεύουσι. καὶ τοῖς χρήμασι βλάβας. ἀγριαίνοντες δὲ ἢ ὑλακτοῦντες, ἀδικίας τὰς ὑπὸ τῶν τοιούτων μαντεύονται προσώπων, καὶ βλάβας μεγάλας. ἀλλότριοι δὲ κύνες σαίνοντες μὲν, δόλους καὶ ἐνέδρας ὑπὸ πονηρῶν ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, ἀλλοτρίων σημαίνουσι. δάκνοντες δὲ ἢ ὑλακτοῦντες, ἐπιθέσεις καὶ ἀδικίας, καὶ ἐὰν μὲν ὦσι λευκοί, φανεράς. ἐὰν δὲ μέλανες, λαθραίους. ἐὰν δὲ πυρροί, οὐ παντελῶς φανεράς. ἐὰν δὲ ποικίλοι, δεινοτέρας τὰς ἐπιθέσεις μαντεύονται. ἐοίκασι δὲ οὐ παντελῶς εὐγενέσιν, οὐδὲ ἐλευθέροις· σφόδρα δὲ βιαίοις καὶ ἀναιδέσι. τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν κυνῶν ἤθη. πολλάκις δὲ καὶ πυρετοὺς ἠνίξαντο, διὰ τὸ ἄστρον τὸν σείριον, ὃς πυρετοῦ αἴτιος ὢν, πρός τινων κύων καλεῖται. καὶ γὰρ βίαιον ἐστὶ καὶ εὐγνώμον τὸ ζῶον, καὶ πυρετῷ ὅμοιον. οἱ δὲ μελιταῖοι, τὸ τερπνότατον τῶν ἐν τῷ βίῳ σημαίνουσι, καὶ τὸ ἥδιστον τῶν παρ' αὐτοῖς. τοιγάρτοι ὅ, τι ἂν πάθωσι, λύπης καὶ αἰτίας εἰσὶ σημαντικοί.

Περὶ ζώων παντοίων. ιβ'.

ΠΡόβατα ὡς μὲν οἱ παλαιοὶ * συνέχεον, λευκὰ μὲν ἀγαθά· μέλανα δὲ πονηρά. ὡς δὲ ἐγὼ ἐτήρησα, πρόβατα ἀνθρώποις ἐοίκασι, διὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ποιμένι καὶ συναυλίζεσθαι, καὶ προβιβασμοῦ, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον προκοπῆς, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος εἰσὶ σημαντικοί. ἄριστον οὖν καὶ ἴδια ἔχειν πολλὰ πρόβατα, καὶ ἀλλότρια ἰδεῖν καὶ ποιμαίνειν· μάλιστα τοῖς ὄχλου προΐστασθαι βουλομένοις, καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ ἄρχειν στελλομένοις, καὶ σοφισταῖς καὶ διδασκάλοις, ἔργων εἰσὶ σημαντικοί. ἔτι δὲ καὶ κριὸς, πρὸς δεσπότην ἐστὶ ληπτέος, καὶ πρὸς ἄρχοντα, καὶ πρὸς βασιλέα. κρίειν γὰρ τὸ ἄρχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί. καὶ τῆς ἀγέλης δὲ ἡγεῖται ὁ κριός. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐποχεῖσθαι τούτοις δοκεῖν ἀσφαλῶς, δι' ὁμαλῶν χωρίων, καὶ μάλιστα φιλολόγοις, καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ πλουτεῖν ὁρμωμένοις. καὶ γὰρ ταχὺ τὸ ζῶον, καὶ Ἑρμοῦ νενόμισται τὸ σχῆμα. Αἶγες δὲ, οὔτε λευκαὶ ἀγαθαί, οὔτε μέλαιναι· ἀλλὰ πᾶσαι πονηραί. λευκαὶ μὲν ἧττον· μέλαιναι δὲ μᾶλλον. καὶ μάλιστα τοῖς πλέουσι καὶ γὰρ τὰ μεγάλα κύματα, αἶγας ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν, καὶ λάβρος ἐπαιγίζων, φησὶν ὁ ποιητής. περὶ σφοδροῦ ἀνέμου λέγων, καὶ τὸ φοβερώτατον πέλαγος, Αἰγαῖον λέγεται. γάμους δὲ καὶ φιλίας καὶ κοινωνίας οὔτε συνάγουσιν, οὔτε τὰς οὔσας φυλάττουσιν· οὐ γὰρ συναγελάζονται, ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων νεμόμεναι κατὰ κρημνῶν καὶ πετρῶν, αὐταί τε πράγματα ἔχουσι, καὶ τῷ ποιμένι παρέχουσιν. ὅθεν καὶ ὁ ποιητὴς πλατέα τὰ αἰπόλια καλεῖ, λέγων·

Οἱ δ' ὡς τ' αἰπόλια πλατέα αἰγῶν.

Καὶ αἰγιβόταν ἀεὶ τὴν ἀγαθὴν κουροτρόφον.

Περὶ δὲ ἵππων, ἐν τῷ περὶ ἀγῶνος λόγῳ προείρηται. ἔλεγε δέ τις θεασάμενός τινι ἐπὶ κριοῦ καθήμενος, καὶ πεσόντι ἐξ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, μνηστευομένῳ δὲ καὶ μέλλοντι ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις τοὺς γάμους ἐπιτελεῖν,

De Animalibus omnis generis.

CAP. 12.

OVes velut veteres prodiderunt, albæ quidem bonæ sunt, nigræ verò malæ. Verùm vt ego obseruaui, oues hominibus similes sunt, propterea quòd obediunt pastori, & in eadem caula cohabitant. Suntque progressus & profectus in melius, ex ipso nomine quo Græcis appellantur πρόβατα videlicet, significatiuæ. Optimum igitur est & multas proprias oues habere, & alienas videre ac pascere, maximè his qui turbæ præesse volunt, & qui ad magistratus peruenerunt, & sophistis, & doctoribus ac magistris, opera enim significant. Insuper autem & aries ad dominum referendus est, & ad principem, & ad regem. κρίειν enim imperare veteres dicebant, & Græci sanè arietem κριὸν appellant, & Græcis dux aries existit. Bonum est etiam super ipsos vehi sibi videri, securè & per planos locos, præsertim philologis, & his qui ad diuitias parandas animum adiecerunt. Nam & velox est animal, & Mercurij figuram referre creditur. Capræ neque albæ neque nigræ bonæ sunt, sed omnes malæ: albæ quidem minus, nigræ autem amplius, & maximè nauigantibus. Nam & magnos fluctus caprarum vocabulo, αἶγας videlicet, Græci appellare solent, & sanè poëta inquit: λάβρος ἐπαιγίζων, hoc est, fortis caprissans, id est, Fortis & vndosus, de vehementi vento loquens. Et pelagus maximè omnium horrendum Ægæum vocatur. Nuptias autem, & amicitias, ac societates, neque consiliant, neque iam contractas conseruant. Non enim gregatim pascuntur, sed seorsim in rupibus ac præcipitiis pascentes, & sibi ipsis & pastori negotia exhibent. Vnde etiam poëta latos caprarum greges dixit, quum inquit:

Hi verò, caprarum grex velut amplus.

Et rursus:

Capras pascentē, & natos pulchros generantē.

At verò de equis in sermone de certaminib. prædictū est. Fuit quispiā somniorū interpres, qui cuidā qui sibi visus fuit desidere super ariete, & ex ipso ex anteriori parte cecidisse: erat autem is procus, puellamque desponsatam sibi habens, in illis ipsis diebus nuptias celebrare statuerat:

hoc

hoc somnium sic exposuit. Nimirũ prædicere ipsi somnium, vxor tua scortabitur, & quod dici solet, cornua tibi faciet, atque sic euenit. & sanè ob somnij præsagium recusatis nuptiis, & tandem vix post multum tempus ab amicis persuasus, duxit quidem illam ipsam quæ antea ipsi erat desponsata. Verùm præ somnij timore, vxorem custodiebat, & omnem diligentiam eius tutandæ & gratia adhibebat: & illa quidem quum annum superuixisset, inculpata vita decessit. Quum autem aliam rursus duxisset vxorem, & putaret somnij minas iam prætergressas esse, & impetum suum id perfecisse, in infortunium incidit. Hęc enim ad vltimam scortationem progressa est.

Asini onus quoddam ferentes, & agitatori obedientes, valentésque & velociter ambulantes, boni sunt & ad amicitiã, & ad societatem. Ad hoc enim vt non sumptuosa sit vxor, & sodalis, ac amicus, etiam alacriter obedituros esse eosdem significant, itémque beneuolos futuros. Sed & ad alias actiones commodãt, propter nomen ὄνοι, quo Grecis appellantur. ὄνασθαι enim, id est vtilitatem, ex prædictis significant, & voluptatem ex iisdem. Nam suauissimo dæmoni dicati sunt Sileno. Boni sunt etiam ad timores, propter historiam quæ de ipsis fertur, & fabulam apud omnes diuulgatam. Ad peregrinationes autem multam securitatem prædicunt: Verùm moras & tarditates operantur, ob ambulandi tarditatem.

Muli ad omnia commodi sunt, propterea quòd ad operas commonefaciunt, & maximè ad agriculturam.

Nãq; bobus parte hac multũ sunt anteferẽdi.

Solis nuptiis resistunt & filiorum generationi, ob id quòd semine gignitiuo hoc animal caret. Vbi verò efferati fuerint asini aut muli, insidias ex subditis significant. Muli verò etiam morbum, quemadmodum sæpe obseruaui.

Boues operarij omnibus boni sunt. Gregarij verò turbationes & diuulgationes significant, propter nomẽ, quo Grecis βόες appellãtur: sed neq; periculũ minus.

Taurus autẽ non vulgarẽ aliquẽ significat, maximè si minetur, aut persequatur. Item minas ex præminentibus, si pauper sit qui somniũ vidit aut seruus. Nauigantibus autem tempestatem significat, &

προειπεῖν αὐτῷ, ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει. καὶ τὸ λεγόμενον, κέρατα αὐτῷ ποιήσει, καὶ οὕτως ἀπέβη· καὶ διὰ μὲν τὴν πρόρρησιν τοῦ ὀνείρατος παραιτησάμενος τὸν γάμον καὶ μόλις ποτὲ πεισθεὶς ὑπὸ φίλων μετὰ χρόνον τινά, ἔγημε μὲν τὴν πρότερον αὐτῷ μεμνηστευμένην. δεδιὼς δὲ τὸ ὄναρ, ἐφύλαττε τὴν γυναῖκα, καὶ διὰ πάσης ἀσφαλείας διεγίνετο, καὶ ἐκείνη μὲν ἐνιαυτὸν ἐπιζήσασα, διετέλεσεν ἀμέμπτως. ἄλλην δὲ ἐπιγήμας γυναῖκα, ὡς καὶ νομίσας αὐτὸν ἀποσκῆψαι τὸ ὄναρ, περιέπεσε τῷ δυστυχήματι. ἀπέβη γὰρ ἐκείνη, εἰς ἔσχατον πορνείας ἐκπίπτουσα.

Ὄνοι φέροντες μέν τι ἄχθος καὶ πειθόμενοι τῷ ἐλαύνοντι, καὶ ἐρρωμένοι καὶ ταχέως βαδίζοντες, ἀγαθοὶ καὶ πρὸς φιλίαν καὶ κοινωνίαν. πρὸς γὰρ τὸ μὴ εἶναι πολυτελῆ τὴν γυναῖκα καὶ τὸν κοινωνόν, καὶ προθύμως ὑπακούεσθαι σημαίνουσι καὶ εὐνοεῖν. καὶ πρὸς τὰς ἄλλας δὲ πράξεις εἰσὶν ἀγαθοὶ διὰ τὸ ὄνομα. ὄνασθαι γὰρ τῶν προειρημένων σημαίνουσι, καὶ ἡσθῆναι ἐπ' αὐτοῖς. τῷ γὰρ ἡδίστῳ ἀνάκεινται δαίμονι Σειληνῷ. καὶ πρὸς τοὺς φόβους δὲ ἀγαθοί, διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν, καὶ τὸν ἐν συνηθείᾳ λόγον. πρὸς δὲ τὰς ἀποδημίας, πολλὴν προαγορεύουσιν ἀσφάλειαν· παρολκὰς δὲ καὶ βραδυτῆτας ἐργάζονται, διὰ τὸ νωθρὸν τοῦ βαδίσματος.

Ἡμίονοι δὲ, πρὸς πάντα ἐπιτήδειοι, διὰ τὸ ὑπομονητικὸν τῶν ἔργων, μάλιστα δὲ πρὸς γεωργίαν.

– Αἳ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν.

Μόνον ἀντιβαίνουσι γάμῳ καὶ παιδοποιΐᾳ, διὰ τὸ ἄσπερμον εἶναι τὸ ζῶον. ὅταν δὲ ἀγριαίνωσιν οἱ ὄνοι ἢ ἡμίονοι, ἐπιβουλὴν ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων σημαίνουσιν. ἡμίονοι δὲ καὶ νόσον ὡς πολλάκις ἐτήρησα.

Βόες ἐργάται, πᾶσιν ἀγαθοί. ἀγελαῖοι δὲ βόες, ταραχὰς καὶ περιβοήσεις σημαίνουσι διὰ τὸ ὄνομα· καὶ κίνδυνον.

Ταῦρος δὲ, οὐ τὸν τυχόντα σημαίνει, μάλιστα ἀπειλῶν ἢ διώκων. καὶ τὴν ἐκ τῶν ὑπερεχόντων ἀπειλήν, ἐὰν ἢ πένης ὁ ἰδὼν ἢ δοῦλος. ναυτιλλομένοις δὲ, χειμῶνα σημαίνει, καὶ

πλήξας, ναυάγιον, τῆς ἰσοκεραίας παθούσης τι δεινόν. ἔοικε γὰρ τῷ ἱστῷ, καὶ τῇ καταρτίᾳ τῆς νεὼς ὅλης, διὰ τὰς βύρσας καὶ τὰ κέρατα· καὶ τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐτήρησα, καὶ πάντοτε συμφώνως ἀπέβη. Ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἡμέρων καὶ συντρόφων ζώων. λοιπὸν δὲ περὶ τῶν ἀγρίων ζώων εἰπεῖν.

Λέοντα ἰδεῖν ἥμερον μὲν καὶ σαίνοντα καὶ προσιόντα ἀβλαβῶς, ἀγαθὸν ἂν εἴη, καὶ φέρον ὠφελείας, στρατιώτῃ μὲν, ἀπὸ βασιλέως· ἀθλητῇ δὲ, ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας, δημότῃ δὲ, ἀπὸ ἄρχοντος, καὶ δούλῳ, ἀπὸ δεσπότου. τούτοις γὰρ καὶ τὸ ζῶον ἔοικε διὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἰσχυρόν. ὅταν δὲ ἀπειλῇ ἢ ἀγριαίνηταί τι ὁ λέων, φόβον τε ἐπάγει καὶ νόσον μαντεύεται. * ἔοικε γὰρ καὶ ἡ νόσος θηρίῳ· καὶ τὰς ἀπὸ τοιούτων ἀνδρῶν ἀπειλὰς μαντεύεται, ἢ τοὺς ἀπὸ πυρὸς κινδύνους. σκύμνους δὲ λέοντος καὶ ἔχειν καὶ ἰδεῖν, ἀγαθὸν ἐπίσης πᾶσιν. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ παιδίου γένεσιν προαγορεύει.

Λέαινα δὲ, τὰ αὐτὰ τῷ λέοντι σημαίνει, πλὴν ἧττον καὶ τὰς ὠφελείας σημαίνουσα καὶ τὰς βλάβας ἀπειλοῦσα καὶ δάκνουσα, οὐχ ὑπὸ ἀνδρῶν ἀλλ' ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι μαντεύεται. ἐτήρησα δὲ πολλάκις καὶ ἄνδρας πλουσίους σημαίνουσαν διαβεβλημένους· ἐπεὶ κιναιδία ἐστί.

Πάρδαλις δὲ, καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα σημαίνει, πανούργους δὲ καὶ κακοήθεις, διὰ τὸ ποικίλον τοῦ χρώματος. πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ ἐθνῶν ὄντας, ἐν οἷς οἱ πλεῖστοι στίζονται. καὶ νόσον καὶ ἄλλον τινὰ φόβον οὐ τὸν τυχόντα σημαίνει· καὶ περὶ ὄμματα κίνδυνον.

Ἄρκτος δὲ, γυναῖκα σημαίνει. φασὶ γὰρ ἐκ Καλλιστοῦς τῆς ἀρκαδικῆς μεταβάλλειν τὸ ζῶον οἱ περὶ μεταμορφώσεων μυθολογήσαντες, καὶ νόσον διὰ τὸ θηριῶδες· καὶ κίνησιν καὶ ἀποδημίαν· ἐπειδὴ ὁμώνυμός ἐστι τῷ ἀεὶ κινουμένῳ ἄστρῳ, πάλιν δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποστροφὴν μαντεύεται. καὶ τὸ ἄστρον ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ κινούμενον οὐ καταδύεται.

Ἐλέφας ἔξω μὲν Ἰταλίας καὶ Ἰνδίας ὁρώμενος, κίνδυνον καὶ φόβον σημαίνει, διὰ τὸ χρῶμα,

si percusserit, naufragium, ex mali apice graue aliquid perpesso. Similis est enim malo nauis, & toti ipsius structuræ, ob coria & cornua, atque hoc ego valde sæpe obseruaui, & semper concorditer in omnibus euenit. Hæc quidem de mansuetis & familiaribus nobis animalibus. Restat autem vt & de feris dicamus.

Leonem videre mansuetum, & blandientem, & innocuè accedentem, bonum est & vtilitatem ferens, militi quidem à rege, Athletæ verò à bona corporis habitudine, plebeio ex principe, & seruo ex hero. His enim hoc animal simile est, ob potentiam & fortitudinem. Quum autem minatur, aut aliquo modo efferatur leo, timorem inducit, & morbum præsagit. Similis est enim morbus ipsi feræ, sed & minas ab huiusmodi viris portendit, aut pericula ex igne. Catulos leonis & habere & videre, ex æquo omnibus bonum est. Vt plurimum verò & filij generationem prædicit.

Leæna eadem quæ leo significat, præterquam quòd minores commoditates blandiens, & minora damna minans ac mordens portendit, eáque non ex viris sed fœminis oritura. Obseruaui autem sæpe & viros opulentos criminosos per ipsam significari. Est enim cinæda.

Pardalis & virum & fœminam significat, maleficósq; & malis moribus præditos, propter varietatem coloris. Sæpe verò & gentes externarum nationum, in quibus plurimi plagis insigniuntur. Sed & morbum, & aliquem alium timorem non vulgarem significat: & periculum circa oculos.

Vrsa mulierem significat. Aiunt enim ex Calistone Arcadica trāsformatum esse animal ipsum, qui de transformationibus fabulati sunt. Significat & morbum, propter feritatem & motum, & peregrinationem quoniam cognominis est syderi quod semper mouetur, & rursus propter illud ipsum, reditum præsagit. Etenim sydus hoc semper in eodem mouetur, & non occidit neque mergitur.

Elephas extra Italiam & Indiam per somnium visus, periculum & timorem significat, propter colorem,

& ob magnitudinem. Horrendum enim est animal, & maximè non assuetis. Verùm in Italia dominum significat & regem, & virum præminentem. Quare vbi portauerit intrepidè, obediens ei qui in ipso vehitur, lucrum ab huiusmodi hominibus & beneficia præsagit. Vbi verò læserit, damnum ex iisdem portendit. Sæpe autem obseruaui, quòd Elephas persequens & minans, morbum prædicit, & si apprehenderit ac interfecerit, mortem somnianti significat. Si verò non prehenderit, tum demum seruandum præsagit, vbi ad extremum periculum fuerit redactus. Aiunt enim Plutoni sacrum hoc animal esse: At verò mulieri nequaquam bonus est Elephas, neque visus, neque accedens neque portans. Noui autem quandam fœminam in Italia opulentam & non ægrotantem, quæ sibi visa erat super Elephante vehi, & non ita diu post vita decessit.

Onagri inimicitiam aduersus aliquem beneuolum non valde generosum significant. Habent enim aliquam asinorum significationem. Meminisse porrò oportet, quod omnia syluestria animalia in communi ad inimicos referuntur. Semper igitur melius est superare ea, quàm ab ipsis superari. Inimicis enim superiorem fore significat, ita vt & vita illis supersit.

Lupus annum significat, atque hoc propter Lycabantem, id est anni tempus, qui ei cognominis apud Græcos existit, veluti poëtæ appellant. Contigit autem hoc ex eo quod circa hæc animalia accidere comperimus. Semper enim in ordine quodam se mutuo sequentia flumen transmittunt. Vt anni tempestates inuicem succedentes annum perficiunt. Significat etiam inimicum quendam violentum, rapacémque ac maleficum, qui palàm aduersum insurgat.

Vulpes eadem quæ lupus significat, verum in hoc differt, quod inimicos non palàm adorientes, sed clandestinè insidiantes portendit. Vt plurimum verò mulieres insidiantes significat.

Simia virum maleficum & impostorem significat.

Cynocephalus eadem quæ simia significat, apponit autem euentui etiã morbũ vt plurimum illum qui sacer appellatur.

καὶ διὰ τὸ μέγεθος. φοβερὸν γὰρ τὸ ζῶον, καὶ μάλιστα τοῖς μὴ εἰθᾶσιν αὐτό. ἐν Ἰταλίᾳ δὲ, δεσπότην σημαίνει καὶ βασιλέα, καὶ ἄνδρα μέγιστον. ὅθεν ἐπειδὰν βαστάζῃ ἀφόβως πειθόμενος τῷ ἐποχουμένῳ, τὰς ἀπὸ τοιούτων ἐργασίας τε καὶ εὐεργεσίας μαντεύεται. ὅταν δὲ βλάπτῃ, τὰς ἀπὸ τῶν τοιούτων βλάβας. πολλάκις δὲ ἐτήρησα. ἐλέφας διώκων καὶ ἀπειλῶν, νόσον προαγορεύει. καὶ καταλαβὼν μὲν καὶ διαχρησάμενος, τῷ ἰδόντι θάνατον σημαίνει· μὴ καταλαβὼν δὲ, εἰς ἔσχατον κίνδυνον ἥξαντα, σωθῆναι. καὶ γὰρ φασὶ τὸ ζῶον ἀνακεῖσθαι τῷ Πλούτωνι· γυναικὶ δὲ, οὐδαμῶς ἀγαθόν ἐστιν, οὔτε ὁρώμενος, οὔτε προσιὼν, οὔτε βαστάζων. οἶδα δέ τινα γυναῖκα ἐν Ἰταλίᾳ πλουσίαν καὶ μὴ νοσοῦσαν, ἣ ἔδοξεν ἐλέφαντι ὀχεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανεν.

Ὄναγροι δὲ, ἔχθραν πρός τινα εὐγνώμονα οὐ πάνυ εὐγενῆ. ἔχει γάρ τι ὄνου σύμβολον. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ, ὅτι κοινὸν ἔχει πάντα τὰ ζῶα τὰ ἄγρια, πρὸς τοὺς ἐχθρούς. ἀεὶ οὖν ἄμεινον κρατεῖν τούτων, ἢ κρατεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν. τῶν γὰρ ἐχθρῶν περιγενέσθαι σημαίνει καὶ ὑπέρτερον ἔσεσθαι.

Λύκος δὲ, ἐνιαυτὸν σημαίνει, διὰ τὸν λυκάβαντα, τουτέστι τὸν χρόνον· ὡς οἱ ποιηταὶ ὀνομάζουσιν· ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ ζῶα ταῦτα συμβεβηκότος. ἀεὶ γὰρ ἑπόμενα ἀλλήλοις ἐν τάξει, διεξίασι τὸν ποταμόν. ὥσπερ αἱ τοῦ ἔτους ὧραι ἑπόμεναι ἀλλήλαις τελοῦσι τὸν ἐνιαυτόν. καὶ ἐχθρὸν δὲ βίαιόν τινα καὶ ἁρπακτικὸν καὶ πανοῦργον, καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἐμόσε χωροῦντα.

Ἀλώπηξ δὲ, τὰ μὲν αὐτὰ τῷ λύκῳ σημαίνει, διαφέρει δὲ, ἐν τῷ τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἐκ τοῦ φανεροῦ τοὺς ἐπιθησομένους σημαίνειν, ἀλλὰ λάθρα ἐπιβουλεύοντας. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, γυναῖκας σημαίνει τὰς ἐπιτηδευμένας.

Πίθηκος δὲ, ἄνδρα πανοῦργον καὶ γόητα σημαίνει.

Καὶ ὁ κυνοκέφαλος, τὰ αὐτὰ τῷ πιθήκῳ σημαίνει, προστίθησι δὲ τῷ ἀποτελέσματι καὶ νόσον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὴν ἱερὰν καλουμένην.

ἀνάκειται γὰρ τῇ σελήνῃ. φασὶ δὲ καὶ τὴν νόσον ταύτην, οἱ παλαιοί, ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ.

Σφίγγας δὲ καὶ λύγγεις, καὶ κερκοπιθήκους τοὺς τὰς οὐρὰς ἔχοντας, καὶ εἴτι ἄλλο ζῶον τοιοῦτον, εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ἀνακτέον μοῖραν.

Ὕαινα δὲ, γυναῖκα σημαίνει ἀνδρόγυνον, ἢ φαρμακίδα, καὶ ἄνδρα κίναιδον οὐκ εὐγνώμονα.

Σύαγρος, ὑετὸν τι σημαίνει καὶ χειμῶνα βίαιον, τοῖς ὁδεύουσιν ἢ πλέουσιν, καὶ τοῖς δικαζομένοις δὲ, ἐχθρὸν δυνατὸν ἅμα καὶ βίαιον, καὶ ἀγνώμονα, φωνῇ μιαρᾷ πολλάκις κεχρημένον· γεωργοῖς δὲ, ἀφορίαν, διὰ τὸ λυμαίνεσθαι τὰ φυτά· καὶ τῷ γαμοῦντι οὔτε εὔνουν, οὔτε ἐπιεικῆ τὴν γυναῖκα παρίστησιν. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ καὶ σύαγρος γυναῖκα σημαίνει. καὶ γὰρ εἰ κακόζηλον, ἀλλ' οὖν εὑρήσεται εἰς ἐπίδειξιν ὡς πολλάκις ἐτήρησα καὶ προκαλεῖται τὸ ζῶον. καὶ εἰκότως γυναῖκα σημαίνει· οὕτω γὰρ λέγονται αἱ καταφερεῖς. καὶ τὸ κάπριος κακοδαίμων Μένανδρος φησίν.

Ἔλαφος ἐν μὲν νηὶ, τὰ πηδάλια σημαίνει, καὶ τὸ τάχος τῆς νεώς· ἐν ὁδῷ δὲ, τὸ κατὰ τὴν ὁδὸν καὶ τὴν ἀποδημίαν εὐκίνητον, ἢ πάλιν αὖ δυσεργές, δείξει δὲ τοῦτο, ὅπως ἂν ἔχοι διαθέσεως ἡ ἔλαφος. ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς, τοὺς ἀποδιδράσκοντας, καὶ τοὺς ἐν δίκαις φεύγοντας, καὶ τοὺς καταλιπόντας τὰς συμβιώσεις, ἀγνώμονας μὲν. δειλοὺς δὲ καὶ ἀτόλμους παρίστησιν. εἰ δέ τι τῶν μὴ ἐπιπολαζόντων ἀλλὰ σπανίων, ἢ ἐν Λιβύῃ, ἢ παρ' ὠκεανῷ ἢ ἐν τῇ δύσει γεννᾶται ζῶον, ὃ μὴ ἐν τῷ λόγῳ τῷδε κατηρίθμηται, ἀπὸ τῶν εἰρημένων, ἐπὶ τὸ ὅμοιον ἀεὶ, καὶ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διεστὸς μεταγαγόντας, χρὴ τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν τετραπόδων ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων, κανονίζειν χρή· μάλιστά γε τοὺς μὴ πομπὴν λόγων ἀποδεχομένους, ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἀληθῆ ἐξετάζοντας. κἀκεῖνο σκοπεῖν προσήκει. ἐπεὶ ταῦτα ἐξ ἡμέρων μὲν ἄγρια γενόμενα, πονηρὰ ἂν εἴη· ἐξ ἀγρίων δὲ ἥμερα γενόμενα, ἀγαθὰ καὶ ὠφέλιμα γίνεται. μεγάλα

Est enim Lunæ dicatus. Produnt autem veteres etiam morbum hunc lunæ sacrum esse.

Sphingas & lynces & cercopithecos, hoc est simias quæ caudas habent, & si quod aliud est huiuscemodi animal, ad eandem cum prædictis rationem referre oportet.

Hyæna mulierem significat semiuirum, androgynon Græcis dictum, aut veneficam, aut virũ cinædũ non beneuolũ.

Syagros siue aper pluuiam & tempestatem violentam significat, his qui iter faciunt, aut nauigant, & litigantibus aduersarium potentem simúlque violentum, ac perfidum, scelesta voce sæpe vtentem: agricolis autem sterilitatem, propterea quòd plantas pessundet: & ducenti vxorem, neque benignam, neque mansuetam coniugem copulat. Nihil verò miri est, si etiam syagros mulierem significat. Nam si inepte æmulatur mulier, certè reperietur & aper exemplum sui edens, velut sæpe obseruaui. Quin & prouocatur hoc animal. Et meritò vxorem significat, sic enim dicuntur quæ ad libidinem sunt procliues. Sed & κάπριον, id est, aprinum, infelix, Menander dixit.

Ceruus in naui quidem gubernacula significat, & nauis celeritatem: in via verò promptitudinem motus ad eundum, & profectionem absoluendam, aut vice versa difficultatem, prout ceruus fuerit dispositus. In cæteris verò locis, fugitiuos, & eos quibus lis in iudicio intenta est, eámque fuga euitarunt: & quibus cõuictus hominum relinquuntur, perfidos quidem, verùm timidos & pusillanimos, reddit. Quòd si quod est animal ex infrequentibus & raris, quod aut Africa, aut Oceanus, aut Occidens gignat, & in hoc sermonis censu non reperiatur, id ipsum iuxta dictorum rationem, semper ad simile, aut non multum distans animal referre oportet, atque sic de ipso iudicationes facere. Hæc igitur de quadrupedibus tum mãsuetis, tum feris, regulariter pronunciare oportet, præsertim eos qui põpam sermonis non valde probant aut expectant, sed ipsam rei veritatem expendunt. Quin & illud considerare cõuenit, quòd animalia ex mansuetis quidem fera facta, mala existunt, ex feris autẽ mansuefacta, bona & vtilia fiũt. Verũ magnas

omnino vtilitates significant ea quæ etiā vocem humanam edunt, & maximè vbi quid boni & iucundi dicere videantur. Quicquid autem dixerint, omnino vera dicunt, fidémque ipsis habere oportet. Et siquidem simplex fuerit quod dictum est, ipsi per se animum adhibere. Sin ænigmatis specie obscuratum fuerit, tentare ac eniti vt interpretemur. Cæterùm de apodibus deinceps agam.

De Reptilibus. CAP. 13.

DRaco visus regem significat, ob potentiam: dominum item & magistratum. & tempus, propter longitudinem, & quod exuat senectam, & rursus iuuenescat. Idem enim etiam tempori contingit iuxta certas anni horas, vt videlicet senescat, ac rursus adolescat. Diuitias item & pecunias, propterea quòd thesauris incumbit, & deos omnes, quibus est sacratus. Sunt autem hi. Iupiter reuerēdus, Sol, Ceres, Proserpina, Hecate, Æsculapius, Heroës. Quando autem accesserit, aut dederit aliquid, aut dixerit quidpiam, ingentia bona significat, à relatis, aut per relatos deos aut dæmonas. Si verò contraria faciat, malus est. Circūplicatus autem & perterrefaciens aliquē, grauia portendit & vincula, & ægrotantibus perniciem, ferè enim ad terram ducit. Nam & ipse terræ filius est, & conuersationes suas in terra habet.

Serpens morbum significat, & inimicitiam inducit. Quomodo autem affecerit aliquem, sic & morbus, & inimicus eum qui somnium vidit tractabunt ac excipient.

Aspis & vipera, argentum significant, propter multam rubiginem, & opulentas mulieres, ob eandem rationem. Hæ verò etiam mordentes bonæ à me obseruatæ sunt, item accedentes & circumplicatæ & circumuolutæ. Qualemcunque autem feram mulier habens in sinu occultauerit, & ex ipsa delectetur, stuprabitur ab amico eius qui somnium vidit. Si verò timeat aut tristetur, ægrotabit. Et si vterum gestauerit, corrumpet & non conseruabit fœtum.

Hydri eadem quæ serpens significant, & morbū ex humoribus & liquidis, aut

δὲ ἀγαθὰ σημαίνει, τὰ καὶ φωνὴν ῥήξαντα ἀνθρωπίνην, καὶ μάλιστα ὅταν τι εὔφημον καὶ ἡδὺ λέγειν δόξωσιν. ὅ, τι δὲ ἂν εἴπωσι, πάντως ἀληθῆ λέγουσι. καὶ χρὴ πιστεύειν. καὶ μὲν ἁπλοῦν τὸ εἰρημένον, αὐτόθεν προσέχειν· ἐὰν δὲ αἴνιγμά τι, πειρᾶσθαι ἑρμηνεύειν. περὶ δὲ τῶν ἀπόδων ἑξῆς ποιήσομαι τὸν λόγον.

Περὶ ἑρπετῶν. ιγʹ.

ΔΡάκων ὁρώμενος, βασιλέα σημαίνει, διὰ τὸ δυνατὸν, καὶ δεσπότην καὶ ἄρχοντα· καὶ χρόνον, διὰ τὸ μῆκος, καὶ διὰ τὸ ἀποδιδύσκεσθαι τὸ γῆρας, καὶ πάλιν νεάζειν. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ τῷ χρόνῳ συμβέβηκε κατὰ τὰς τοῦ ἔτους ὥρας, γηρᾶν τε καὶ νεάζειν. καὶ πλοῦτον καὶ χρήματα, διὰ τὸ ἐπὶ θησαυροῖς ἱδρύεσθαι. καὶ θεοὺς πάντας, οἷς ἐστιν ἱερός. εἰσὶ δὲ οἵδε· Ζεὺς σεβάσμιος, ἥλιος, δημήτηρ, καὶ κόρη, ἑκάτη, ἀσκληπιός, ἥρωες. ἐπειδὰν δὲ προσίῃ, ἢ διδῷ τι ἢ λέγῃ τι, ἀγαθὰ μεγάλα σημαίνει. ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἢ διὰ τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἢ δαίμονας. τὰ δὲ ἐναντία πράττων, πονηρός. περιπλακεὶς δὲ καὶ δείσας τινὰ, δεινὰ προαγορεύει καὶ δεσμά· καὶ νοσοῦσιν ὄλεθρον. καὶ σχεδὸν εἰς γῆν ἄγει. γῆς γάρ ἐστι καὶ αὐτὸς παῖς, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν γῇ ποιεῖται.

Ὄφις δὲ νόσον σημαίνει, καὶ ἔχθραν ἐπάγει. ὅπως δ' ἂν διαθῇ τινὰ, οὕτω καὶ ἡ νόσος καὶ ὁ ἐχθρὸς τὸν ἰδόντα διαθήσουσιν.

Ἀσπὶς καὶ ἔχιδνα, ἀργύριόν τε σημαίνουσι, διὰ τὸν πολὺν ἰόν. καὶ γυναῖκας πλουσίας διὰ τὸν αὐτὸν λόγον. αὗται γὰρ καὶ δάκνουσαι ἀγαθαὶ παρά γε ἐμοὶ τετήρηνται, καὶ προσιοῦσαι καὶ περιπλεκόμεναι καὶ περιστρεφόμεναι. ὅτι δ' ἂν γυνὴ θηρίον ἔχουσα ἐν τῷ κόλπῳ κρύψῃ καὶ ἐπ' αὐτῷ τέρπηται, μοιχεύεται ὑπὸ ἐχθροῦ τοῦ ἰδόντος. ἐὰν δὲ φοβῆται ἢ ἀνιᾶται, νοσήσει. καὶ ἐὰν ἐν γαστρὶ ἔχῃ, φθερεῖ καὶ οὐ διασώσει τὸ ἔμβρυον.

Ὕδροι δὲ, τὰ μὲν αὐτὰ τῷ ὄφει σημαίνουσι, καὶ νόσον ἐξ ὑγρῶν, ἢ ἐν

ὕδατι τὸν κίνδυνον ποιοῦσι. καὶ τοὺς ἐχθροὺς σημαίνουσιν ἐξ ὕδατος ἢ δι᾽ ὕδατος ἔχειν τὴν ἐργασίαν. Δρυίναι δὲ καὶ Παρεῖαι καὶ Φυσαλοι, πονηροὶ πάντες· καὶ τὰς ἀδικίας ἔκ τινων σημαίνουσιν, οὐκ ἀστικῶν οὐδὲ ἐν πόλει διαβιούντων. Σὴψ δὲ καὶ Δύψας, καὶ Δίψας, καὶ ὁ καλούμενος λέων, καὶ ὅσα ἄλλα πολλὰ κατηρίθμησε Νίκανδρος, οὔτε ὁρώμενα, οὔτε ὁμόσε χωροῦντα, ἀγαθόν τι σημαίνει· ἀλλὰ καὶ κινδύνους οὐ τοὺς τυχόντας ἐπάγει. φαλάγγια δὲ καὶ σκορπίοι, καὶ σκολόπενδραι, πονηροὺς σημαίνουσιν ἀνθρώπους.

in aqua periculum inducunt. Prædicunt etiam inimicos ex aqua aut per aquam quæstus facere. Dryinæ & pareæ, ac physali, mali omnes sunt, & iniurias ex aliquibus significant, non vrbanis, neque in ciuitate degentibus. Seps verò, & dipsas, & diphas, & leo vocatus, & quæcunque alia animalia, quæ multa adeò Nicander enumerauit, neque visa, neque propè accedentia ac impetentia, bonum quicquam significant, sed & pericula non vulgaria inducunt. Phalangia autem, & scorpij, & scolopendræ, malos homines significant.

Περὶ ἁλιείας. ιδ΄.

ΣΑγήνη, καὶ γρῖπος, καὶ ἀμφίβληστρον, καὶ ὅσα ἄλλα ἐκ λίνων πλέκεται ἐπιτήδεια πρὸς ἁλιείαν, τὰ αὐτὰ τοῖς λίνοις τοῖς κυνηγεσίοις, περὶ ὧν ἔμπροσθεν ἐμνήσθην σημαίνουσιν. ὁρμιαὶ δὲ καὶ ἄγκιστρα καὶ καθετῆρες καὶ οἱ λεγόμενοι δολῶνες, δόλους ἢ ἐνέδρας σημαίνουσιν. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ταῦτα ἔχειν δοκεῖν, ἢ ἄλλον ἔχοντα ἰδεῖν. λαμβάνειν δὲ ἰχθύας ἅμα πολλοὺς καὶ μεγάλους, ἀγαθόν· καὶ κέρδος φέρον πᾶσι, πλὴν τῶν ἐπιδίφριον τὴν ἐργασίαν ἐχόντων, καὶ σοφιστῶν. τοῖς μὲν, σχολὴν σημαίνει τὸ ὄναρ· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καὶ πρὸς ἔργῳ τῷ συνήθει εἶναι, καὶ ἁλιεύειν· τοῖς δὲ, οὐκ ἐπιτηδείων τεύξεσθαι τῶν ἀκροατῶν. ἄφωνοι γάρ εἰσιν οἱ ἰχθύες. μικροὶ δὲ ἰχθύες λαμβανόμενοι, ἀηδίας σημαίνουσι, καὶ οὐδαμῶς κέρδος. ὧν ἐν τῷ περὶ τροφῆς λόγῳ, ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ ἐμνήσθην, οἷον χαλκίδες, μαινίδες, τριχίαι, ψιτταφύαι. καὶ ἄλλα πολλὰ εἴδη τῶν ἰχθύων ἤδη. δὲ κατ᾽ εἶδος ἰχθύες, διάφορον σημαίνουσιν, ἕκαστα δὲ ἔχει οὕτως. ὅσοι τῶν ἰχθύων εἰσὶ ποικίλοι, τοῖς μὲν νοσοῦσι, φαρμακίας· τοῖς δὲ ἐῤῥωμένοις, δόλους καὶ ἐπιβουλὰς σημαίνουσιν· οἷον, κίχλη, φυκὶς, χάννος, ἰουλὶς, στρωματεὺς, καὶ τὰ ὅμοια. ὅσοι δὲ τῶν ἰχθύων εἰσὶ πυῤῥοὶ, δούλοις μὲν καὶ κακούργοις, βασάνους σημαίνουσι, νοσοῦσι δὲ, πυρετὸν λάβρον, καὶ φλεγμονάς·

De Piscatura. CAP. 14.

SAgena, & gripus, & rete, & quæcunque alia ex lino texuntur ad piscaturam, eadem quæ retia venatoria, de quibus antea mentionem feci, significant. Funiculi verò setacei, & hamuli, & vncini, & qui Dolones appellantur, dolos & insidias significãt. Semper autem melius est hæc habere sibi videri, quàm alium habentem videre. Capere pisces simul multos ac magnos, bonum est, & vtilitatem ac lucrum omnibus parit, exceptis his qui sedentarium opificium exercent, & sophistis. Illis enim ocium significat somnium, propterea quòd non possint simul operas consuetas obire, simúlque piscari, hjs vero ineptos auditores accessuros esse præsagit. Muti enim sunt pisces. Parui pisces si prehendantur tristitiam significant, & nequaquam lucrum. Horum autem mentionem in primo libro, vbi de cibo egi, feci, velut sunt, chalcides, mænulæ, sardæ, psæstoaphyæ, hoc est, apuæ quæ in sartagine friguntur, & aliæ multæ p. scium species. Iam verò speciatim piscium singulæ species diuersam significationem habent, quorum ratio hæc est. Quicunque pisces varij sunt, ægrotantibus venena, sanis verò dolos & insidias significat, velut turdus, phuca, hiatula, iulia, stromateus, & consimiles. Quicunque verò pisces rufi sunt, seruis quidem & malefactoribus tormenta significant, ægrotantibus verò, febrem vehemẽtem, & inflammationes:

his verò qui latere conantur, manifestationem portendunt, velut dentex, rubellus, cuculus, mullus, quæ trigla Græcis existit, & fœminis liberos non habentibus bona est. Ter enim parit, vnde & nomen ipsi merito impositum esse, & Aristot. in libris De animalibus, & Aristophanes in commentariis in Aristotelem tradunt. Quicunque pisces exuuntur, boni sunt ægrotantibus, & in carcere detentis, & pauperibus, & omnibus in aliquo infortunij casu existentibus. Deponunt enim incumbentia & circumsita mala. Exuunt autem senectam pisces crusta intecti, squilla, locusta siue carabus, cancer, gammarus, pagurus, & quæ graus id est anicula appellatur, & quicunque similes existunt. Eadem autem genera etiam plagas sæpe portenderunt, propterea quod seipsa feriant, & peregrinationes indicant, quia amphibia sunt geminumq; victum tum in terra, tum in aqua habent. Quicunque pisces ventrem nostrum exturbant, & sterquilinia educunt, eadem quæ olera significant, & eundem vsum hominibus exhibent, de quibus in sermone de alimento libro primo dixi. Soluunt autem aluum, omnia testa intecta, purpura, murex, conchæ, rhombus, erinaceus, mitilus, peloris, chamæ, pectunculi, carcinades, & si quod aliud huiusmodi existit. Purpuræ autem & carcinades, piscatoribus & purpuratoribus sæpe conferunt. Pina autem & pinophilax, & cancer, etiam ad nuptias & societatem boni sunt, propter mutuam societatem ac beneuolentiam. Molles pisces solis his qui malefactum quoddam aggrediuntur conducunt. Nam ipsi mutato colore, & locis in quibus fuerint assimilati, latent: reliquis impedimenta & detentiones significant, ob vim retinendi & viscositatem. Sed & in actionibus multam imbecillitatem prædicunt, propterea quòd ossa non habent. Robur enim corporis sunt ossa. Sunt autem hi polypus, loligo, vrtica, nauplius, porphyrio, sepia. Hæc verò sola, etiam fugam meditantes iuuat, propter dolum, quo vtens sæpe effugit. Meminit huius somnij etiam Antipho Atheniensis. Quicunque vero pisces cartilaginei sunt, ex his longi omnes vanum laborem significāt,

τοῖς δὲ λανθάνειν τι πειρωμένοις ἔλεγχον σημαίνουσιν ἐπάγειν, ὥσπερ συνόδοις, ἐρυθρῖνος, κόκκυξ, τρίγλη, αὕτη δὲ γυναιξὶν ἀτέκνοις ἐστὶν ἀγαθή. τρεῖς * γὰρ κύει, ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι. ὅσοι τῶν ἰχθύων ἀποδιδύσκονται, ἀγαθοὶ τοῖς νοσοῦσι. καὶ τοῖς ἐν εἱρκτῇ οὖσι καὶ πένησι, καὶ πᾶσι τοῖς ἔν τινι περιστάσει οὖσιν. ἀποθήσονται γὰρ τὰ περικείμενα φαῦλα. ἀποδιδύσκονται γὰρ τὸ γῆρας, τῶν ἰχθύων οἱ μαλακόστρακοι, καρὶς, κάραβος, καρκῖνος, ἀστακὸς, πάγουρος, καὶ ἡ λεγομένη γραῦς, καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν ὅμοια. ταῦτα δὲ, καὶ πληγὰς πολλάκις προεμαντεύσατο· διὰ τὸ ἑαυτὰ παίειν, καὶ ἀποδημίας δηλοῦσιν ὅτι ἐστὶν ἀμφίβια. ὅσοι τῶν ἰχθύων ἐκταράττουσι τὴν κοιλίαν ἡμῶν, καὶ ἐκκρίνουσι τὰ σκύβαλα, τὰ αὐτὰ τοῖς λαχάνοις σημαίνουσι, καὶ τὴν αὐτὴν παρέχουσι τοῖς ἀνθρώποις χρείαν. περὶ ὧν ἐν τῷ περὶ τροφῆς λόγῳ εἴρηκα. λύει δὲ τὴν γαστέρα πάντα τὰ ὀστρακόδερμα, πορφύρα, κῆρυξ, ὄστρεον, καὶ ῥόμβος, ἐχῖνος, μῦς, πελωρίς, χῆμαι, κτένες, καρκινάδες, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. πορφύραι δὲ καὶ καρκινάδες, ἁλιεῦσι καὶ πορφυρευταῖς, πολλάκις συμφέρει. πίννα δὲ καὶ ὁ λεγόμενος πιννοφύλαξ, καὶ καρκῖνος, καὶ πρὸς γάμον καὶ πρὸς κοινωνίαν εἰσὶν ἀγαθοί· διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν καὶ εὔνοιαν. οἱ δὲ μαλακοὶ τῶν ἰχθύων, μόνοις τοῖς πανουργεῖν τι ἐπιχειροῦσι συμφέρουσι. καὶ γὰρ αὐτοὶ μεταβάλλοντες τὰ χρώματα καὶ ὁμοιούμενοι τοῖς τόποις ἐν οἷς ἂν γίνωνται, λανθάνουσι. τοῖς δὲ λοιποῖς, ἐμπόδια καὶ κατοχὰς σημαίνουσι, διὰ τὸ κατεχόμενον καὶ ἰξῶδες. καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἀτονίας πολλὰς προαγορεύουσι, διὰ τὸ ὀστέα μὴ ἔχειν. ἰσχὺς γὰρ σώματος, ὀστέον. εἰσὶ δὲ οἵδε, πολύπους, τευθὶς, ἀκαλήφη, ναυτίλος, πορφυρίων, σηπία. αὕτη δὲ μόνη καὶ τοὺς ἀποδρᾶναι βουλομένους ὠφελεῖ διὰ τὸν δόλον, ᾧ χρωμένη, πολλάκις φεύγει. μέμνηται δὲ ὀνείρου τοιούτου, καὶ Ἀντιφῶν ὁ Ἀθηναῖος. ὅσοι δὲ τῶν ἰχθύων εἰσὶ σελάχιοι, οἱ μὲν μακροὶ πάντες, ματαιοπονίαν σημαίνουσι,

καὶ τὰ ἐπιζόμενα, οὐ πληροῦσιν. ἐπειδὴ διολισθαίνουσι τῶν χειρῶν, καὶ ὅτι λεπίδας οὐκ ἔχουσιν, αἳ τῷ σώματι περίκεινται, ὥσπερ ἀνθρώποις τὰ χρώματα. ἔστι δὲ εἴδη, μύραινα, ἔγχελυς, γόγγρος. οἱ δὲ πλατεῖς, καὶ κινδύνους σημαίνουσι διὰ τὸ θηριῶδες καὶ ἐπίβουλον. οἷον, τρυγὼν, νάρκη, βοῦς, καὶ ὁ λεγόμενος ἀετὸς, καὶ γαλεὸς καὶ ῥίνη, καὶ ἐπὶ ἄλλο τούτοις ὅμοιον. ὅσοι δὲ τῶν ἰχθύων, ὅμοιοι μέν εἰσι λεπιδωτοῖς, οὐκ ἔχουσι δὲ λεπίδας, μεθιστᾶσι τὰς ἐλπίδας τοῦ ἰδόντος σημαίνουσιν· οἷον, θύννος, καὶ τὰ εἴδη αὐτοῦ, πηλαμὺς, σίμος, σφύραινα, καὶ κολιάς. καὶ τὰ ὅμοια. μόρμυροι δὲ καὶ μελάνουροι. καὶ σκορπίοι, καὶ κωβιοὶ, προσποιεῖν νόσον σημαίνουσι πανούργοις καὶ ἀηδέσιν ἀνθρώποις. κορακῖνοι δὲ καὶ βλέννοι, πονηροῖς καὶ ἀνωφελέσιν. ἰχθῦς δὲ οἱ λιμναῖοι, ἀγαθοὶ μὲν, ἧσσον δέ. καὶ γὰρ ἧσσόν εἰσι τῶν θαλασσίων πολυτελεῖς, καὶ τρέφουσιν οὐχ ὁμοίως.

& quæ speramus nō perficiunt: quoniam manibus elabuntur, & squamas non habent, quæ corpori circumsitæ sunt, velut hominibus colores. Sunt autem hi, Muræna, anguilla, congrus. At verò plani pisces etiam pericula significant, propter feritatem, & insidias, velut, pastinaca, torpedo, bos, & quæ Aquila dicitur, mustelus, squatina, & alia his similia genera. Quicunque pisces squamosis quidem similes sunt, squamas autem non habent, spes eius qui somnium de ipsis vidit dissoluunt, velut Thunnus, & species ipsius, pelamis, simos, malleolus, monedula, & consimiles. Mormyri autem & melanuri, & scorpij, & gobij, morbum præsagiunt, maleficis & iniucundis hominibus. Coracini verò & blemij, malis & inutilibus. Pisces stagnorum boni quidem sunt verum minus. Nam & minus quam marini pretiosi sumptuosique sunt, & non similiter nutriunt.

Περὶ βατράχων. ιέ.

Βάτραχοι δὲ, ἄνδρας γόητας καὶ βωμολόχους προσημαίνουσι, τοῖς δὲ ἐξ ὄχλου πορίζομένοις εἰσὶν ἀγαθοί. οἶδα δέ τινα οἰκέτην, ὃς ἔδοξε βατράχοις κονδύλοις ἐπιπαίειν. καὶ προέστη τῆς τοῦ δεσπότου οἰκίας, ἄρχων τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀνθρώπων. ἡ μὲν γὰρ λίμνη, τὴν οἰκίαν ἐσήμαινε· οἱ δὲ βάτραχοι, τοὺς ἔνδον ὄντας ἀνθρώπους. ὁ κονδυλισμὸς δὲ, τὴν ἐπιταγήν.

De Ranis. CAP. 15.

Ranæ homines impostores & scurras significant, verum his qui ex turba rem parant, bonæ sunt. Noui autem quēdam famulum qui sibi visus est ranis pugnos & digitorum nodos incutere, & præfectus est domui domini, ita vt imperaret hominibus qui in domo essent. Stagnum enim domum significabat, ranæ verò homines in ipsa. Digitorum verò illisio, quam græci condylismum, Latini quidam Talitrum appellant, imperium.

Περὶ θηρίων θαλασσίων. ιϛ'.

Θηρίον θαλάσσιον ἐν θαλάσσῃ ὂν ἰδεῖν, οὐδενὶ συμφέρει. πλὴν δελφῖνος, οὗτος δὲ ἐν θαλάσσῃ ὁρώμενος, ἀγαθός. καὶ ὅπου ἄπεισιν, ἐκεῖθεν πνευσούμενον ἄνεμον σημαίνει. ἔξω δὲ θαλάσσης καὶ τοῦ ὑγροῦ, πᾶν θηρίον θαλάσσιον, ἀγαθὸν ὁραθέν. οὐ γὰρ ἔτι κακοῦν δύναται· ὅπου γε μὴ δὲ ἑαυτὸ σῶσαι ἀσπαῖρον καὶ δυσθανατοῦν. διὸ τοὺς ἐχθροὺς

De Feris marinis.

CAP. 16.

Feram marinam in mari existentem videre, nemini conducit, excepto delphino. Hic enim in mari visus bonus est, & quo abit, inde vētum spiraturum promittit. Extra mare autem & liquidum, omnis fera marina bona est cōspecta. Nō enim amplius lædere potest, quando nequē seipsum seruare valet, vtpote tremēs & dolorose moriēs, quapropter inimicos supra

supra hoc quod nihil contra nos efficere possunt, etiam malos malè perdendos esse significat. Cæterùm delphin extra mare visus non est bonus, ex charissimis enim aliquem defunctum videre significat.

De Laris & Mergis.

CAP. 17.

LAri & mergi, & quæcunque eiusmodi marinæ aues, nauigantes in extremum periculum inducunt, sed non perdunt. merguntur enim tales aues omnes, & in mari non suffocantur. Reliquis hominibus aut amicas aut scorta significat, aut viros impostores, raptorésque ac perfidos, ex aqua aut per aquam quæstum ad alimoniam habentes. Porrò quæ perduntur, in hoc somnio non inuenientur, quicquid enim ceperint deglutiunt.

De Piscibus mortuis.

CAP. 18.

PIsces mortuos in mari videre aut reperire, non est bonum. Vanas enim spes significant, & quæ expectantur perfici non sinunt. Viuentes autem pisces accipere melius est, siue ipse veneris, siue ab aliis emptos accipias. Bonũ est etiam appositis vesci, cæterùm de præparatione ipsorum, itémque conditura, ex carnium conditura iudicationes facere oportet. At verò putare piscem in cubili videre, iudicandum est vt malum, & nauiganti, & ægrotanti. Illi enim naufragium, huic periculum ex humoribus & liquidis, aut per liquida significat. Quòd si mulier prægnans se piscem parere somniet, iuxta veterum sententiam, mutum pariet. Verùm vt ego obseruaui, breuis vitæ & non diu superstiturum. Multæ verò etiam mortuos pepererunt. Omnis enim piscis extra continens suum, ipsam videlicet aquam, positus moritur.

πρὸς τὸ μηδὲν ἰσχύσαι, καὶ κακοὺς κακῶς ἀπολέσθαι σημαίνει. δελφὶν δὲ ἔξω θαλάσσης ὁρώμενος, οὐκ ἀγαθός. τῶν γὰρ φιλτάτων τινὰ ἐπιδεῖν ἀποθανόντα σημαίνει.

Περὶ λάρων καὶ αἰθυιῶν. ιζ.

ΛΆροι καὶ αἴθυιαι καὶ ὅσα τοιαῦτα θαλάσσιά ἐστιν ὄρνεα, τοὺς πλέοντας, εἰς ἔσχατον κατάγει κίνδυνον· ἀλλ' οὐκ ἀπολλύουσι. καταδύεται μὲν γὰρ ταῦτα πάντα, ἀλλ' οὐκ ἀποπνίγεται τῇ θαλάσσῃ. τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνθρώποις, ἤτοι ἑταίρας σημαίνει καὶ μάχλους γυναῖκας, ἢ ἄνδρας γόητας, ἁρπακτικούς τε καὶ ἀγνώμονας, ἐξ ὕδατος ἢ δι' ὕδατος ἔχοντας τὴν ἐργασίαν πρὸς τὴν τροφήν. τὰ δὲ ἀπολλύμενα, οὐχ εὑρεθήσεται, ὅτι γὰρ ἂν λάβωσι, τοῦτο καταπίνουσιν.

Περὶ ἰχθύων νεκρῶν. ιη.

ἸΧθῦς νεκροὺς ἐν θαλάσσῃ ὁρᾶν δοκεῖν ἢ εὑρεῖν, οὐκ ἀγαθόν. ματαίας γὰρ ἐλπίδας σημαίνουσι· καὶ τὰ προσδοκώμενα, οὐκ ἐῶσι τελεσθῆναι. ζῶντας δὲ ἰχθῦς, ἄμεινον λαμβάνειν, καὶ αὐτὸν ἀγρεύειν, καὶ παρ' ἄλλων λαβόντα ὠνεῖσθαι· καὶ παρατεθέντας ἐσθίειν. περὶ δὲ τῆς σκευασίας αὐτῶν καὶ τῆς ἀρτύσεως, τὰς κρίσεις, ἀπὸ τῆς τῶν κρεῶν ἀρτύσεως ποιεῖσθαι χρή. καὶ περὶ τὸ δοκεῖν ἰχθὺν ἐν τῇ κοίτῃ ἰδεῖν, πονηρὸν τὸν πλέοντα νομίζειν, καὶ τὸν νοσοῦντα. τὸν μὲν γὰρ, ναυάγιον, τὸν δὲ, κίνδυνον δι' ὑγρῶν ἢ ἐξ ὑγρῶν σημαίνει. καὶ ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ἰχθὺν εἰ ὑπολάβοι τεκεῖν, ὡς μὲν οἱ παλαιοὶ λέγουσιν, ἄφωνον γεννήσει· ὡς δὲ ἐγὼ ἐτήρησα, ὀλιγοχρόνιον. πολλαὶ δὲ καὶ νεκρὰ ἔτεκον. ἔξω γὰρ τοῦ περιέχοντος γενόμενος πᾶς ἰχθῦς, ἀποθνήσκει.

Περὶ τοῦ ἰξευτικοῦ. ιθ'.

Κάλαμοι ἰξευτικοὶ καὶ ἰξὸς, τοὺς ἀποδήμους συνάγουσι, καὶ τοὺς δραπέτας εὑρίσκουσι, καὶ τὰ ἀπολωλότα σώζουσι, καὶ τὰ προσδοκώμενα τελειοῦσιν· ἀλλ' οὐ πάντα. τὰ μὲν γὰρ μακρόθεν καὶ διεστῶτα, πρὸς τὸν χρώμενον ἄγουσι· τουτέστι, πρὸς τὸν ἰξευτήν. ἔνια δὲ καὶ τοὺς καλάμους διαφεύγει. αἱ δὲ λεγόμεναι νεφέλαι, καὶ ὅσα ἄλλα πλεκτά ἐστι, πρὸς θήραν ὀρνέων πεποιημένα, τὸν αὐτὸν ἔχει ταῖς σαγήναις λόγον καὶ τοῖς δικτύοις. ἑξῆς δὲ ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ τούτῳ, περὶ ζώων ἀεροπόρων εἰπεῖν.

Περὶ ζώων ἀεροπόρων. κ'.

Ὄρνιθες ἱεροὶ, πλουσίοις μᾶλλον ἢ πένησι σύμφοροι. οἱ δὲ μικροὶ καὶ παχεῖς, τοῖς πένησιν εἰσὶ συμφορώτατοι. οἱ μὲν γὰρ μεγάλοι, διὰ τὸ μὴ λιταῖς χρῆσθαι τροφαῖς, ἔστιν ὅτε μεγάλων ἐφιέμενοι, καὶ περὶ τὸ τυχὸν οὐκ ἀγαπῶντες πεινῶσιν. οἱ δὲ μικροὶ καὶ σπερμολόγοι εὐπορίαν ἔχοντες τροφῆς, οὐκ ἐνδεεῖς εἰσι. ἤδη δὲ καὶ κατ' εἶδος αὐτῶν ἐπιμνησθῆναι, καλῶς ἔχειν μοι δοκεῖ.

Ἀετὸν ἰδεῖν ἐπὶ πέτρας καθήμενον, ἢ ἐπὶ δένδρου, ἢ ἐπὶ ὑψηλοτάτου τόπου, ἀγαθὸν τοῖς ἐπὶ πρᾶξιν ὁρμῶσι· φοβουμένοις δὲ, πονηρόν. καὶ τὸν ἀπόδημον ἄγει. ἱπτάμενον δὲ ἡσυχῆ καὶ ἀτάραχον, ὁμοίως ἀγαθόν· βράδιον δὲ φιλεῖ ἀποβαίνειν, ὡς λόγος. Ἀετὸς ἐπικαθεσθεὶς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἰδόντος, θάνατον αὐτοῦ μαντεύεται. ὅ,τι γὰρ ἂν ὑπὸ τοῖς ὄνυξι λάβοι, θανατοῖ. ἐποχεῖσθαι δὲ ἀετοῦ, βασιλεῦσι μὲν καὶ μεγιστᾶσι καὶ πλουσίοις ἀνδράσιν, ὄλεθρον μαντεύεται. ἔθος γὰρ παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τούτους, πλάττειν τε καὶ γράφειν ἐπ' αὐτοῦ ὀχουμένους. καὶ διὰ τῶν τοιούτων δημιουργημάτων, τιμᾶν· πένησι δὲ, ἀγαθόν. ἀναληφθέντες γὰρ ὑπό τινων πλουσίων, ὠφε-

De Aucupio. CAP. 19.

Calami aucupatorij & viscum, peregrinos congregant, & fugitiuos reperiunt, & perdita seruant, & quæ expectamus perficiunt, verùm non omnia. Quæ enim longè distant ad vtentem ducunt, hoc est, ad aucupem. Quædam verò etiam calamos effugiunt. At verò quæ nubeculæ ac plagulæ appellantur, & quęcunque alia texta sunt, & ad auium venationem comparata, eandem cum sagenis & retibus rationem habent. Consequenter autem promissus ordo exigit, vt de animalibus volatilibus dicamus.

De Animalibus volatilibus.

CAP. 20.

Alites magnæ diuitib' magis quàm pauperibus conducibiles sunt. Paruæ autem & pingues pauperibus commodissimæ. Etenim magnæ propterea quòd simplicibus cibis non vtantur, & aliquando magnos appetentes, & vulgarem auersantes, famelcunt. Verùm paruę & seminilegæ parabilem victum habentes, non ita indigentiam tolerant. Cæterum iustum videtur mihi esse etiam harum speciatim mentionem facere.

Aquilam videre in petra desidentem, aut in arbore, aut in altissimo loco, bonū est ad actionem progredientibus: timentibus verò, malum, peregrinum etiam reducit. Volantem autem videre sensim & imperturbatam, similiter bonum est: tardius autem euenire solet, vt rationabile est. Aquila desinens in capite eius qui somniat, mortem ipsi pręsagit. Quicquid enim vnguibus apprehenderit mortificat. Vehi super aquila, regibus quidem & magnatibus ac opulentis viris interitum prædicit. Vetus enim mos est hos mortuos, tum fingere, tum pingere aquilę insidentes, & per huiusmodi opificia colere: pauperibus autem bonum est: suscepti enim à quibusdam diuitibus non parum

commodi sentient, atque id peregre proficiscentes vt plurimum, & in alienam regionem translati. Aquila minans, minas viri potentis significat. Mansueta autem & accedens, aut dans aliquid, & voce sua loquens, bona obseruata est. Mulier si aquilam parere sibi videbitur, filium gignet, qui si quidem fuerit pauper, militabit, & toti exercitui imperabit, velut aquila auibus. Nam & aliqua omnem exercitum præcedit. Sin mediocris fortunæ fuerit, athleta euadet, & regi familiaris erit. Si verò diues, multis imperabit, aut etiam regnabit. Aquilam mortuam videre soli seruo conducit, & ei qui aliquem timet. Nam minanti & domino mortem portendit. Reliquis actionum impedimenta significat. Significat etiam aquila præsentem annum. Est enim nomen eius scriptum Græcis, vox videlicet ἀετὸς, nihil aliud quàm primus annus. At verò iuxta aquilarum differentiam, etiam differentes ac diuersos euentus euenturos esse iudicandum est.

Harpe mulierem significat regiam & opulentã, & quæ ob pulchritudinem valde superbit, sibique placet, & aliàs benignam, ac bonis moribus præditam. Ægypius eadem quæ aquila significat.

Vultures & figulis, & tinctoribus coriorum, boni sunt, propterea quòd ab vrbe seorsim habitant, & quòd mortua corpora contingant. Medicis autem & ægrotis mali, mortuis enim gaudent corporibus. Significant etiam inimicos scelestos & execrabiles, non habitantes in vrbe. Sed & ad alia omnia incommodi existunt.

Accipiter & miluus, raptores & prædones significant. Accipiter manifestos & palàm impetentes: miluus clandestinè insidiantes.

Coruus adultero & furi assimilari potest, & propter colorem, & quod sæpe vocem alteret.

Cornix, multum tempus & dilationem rerum agendarum significat. & aniculam propter annos, & hyemem, propterea quòd hyemis nuncia existat.

Sturni turbam significant & viros egenos, itémque vanam turbationem, quam significationem etiam graculi habent.

Palumbes & columbæ mulieres significant. palumbes quidem omnino scorta-

λυπηθήσονται οὐ μικρά, ἀποδημήσαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ μεταστάντες. Ἀετὸς ἀπειλῶν, ἀπειλὴν ἀνδρὸς δυνατοῦ προσημαίνει, ἡ θαρσῶν δὲ καὶ προσιών, καὶ διδούς τι καὶ φθεγγόμενος φωνῇ τῇ ἑαυτοῦ, ἀγαθὸς τετήρηται. γυνὴ δὲ ἐὰν ὑπολάβῃ ἀετὸν τεκεῖν, υἱὸν γεννήσει, ὃς ἐὰν μὲν ᾖ πένης, στρατεύσεται καὶ στρατοπέδου ἄρξει παντός, ὡς καὶ ἀετὸς τῶν ὀρνέων. καὶ γὰρ στρατοπέδου παντὸς προηγεῖται ἀετός. ἐὰν δὲ μέτριος ᾖ, ἀθλήσει, καὶ βασιλεῖ γνώριμος ἔσται. ἐὰν δὲ πλούσιος, ἄρξει πολλῶν ἢ καὶ βασιλεύσει. ἀετὸς νεκρὸς ἰδεῖν, δούλῳ μόνῳ συμφέρει, καὶ τῷ φοβουμένῳ τινά. τῷ γὰρ ἀπειλοῦντι καὶ τῷ δεσπότῃ θάνατον μαντεύεται. τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀπραξίαν σημαίνει. σημαίνει δὲ ὁ ἀετὸς, καὶ τὸν ἐνεστῶτα ἐνιαυτόν. ἔστι γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφὲν οὐδὲν ἄλλο, ἢ πρῶτον ἔτος. πρὸς δὲ τὰς διαφορὰς τῶν ἀετῶν, διάφορα νομίζειν χρὴ καὶ τὰ ἀποτελέσματα γίνεσθαι.

Ἅρπη δὲ, γυναῖκα σημαίνει βασιλικὴν καὶ πλουσίαν, μέγα δὲ ἐπὶ κάλλει φρονοῦσαν, καὶ ἀξιώματα, καὶ τοῖς ἤθεσιν εὖ κεχρημένην. Καὶ ὁ αἰγυπιὸς δὲ, τὰ αὐτὰ τῷ ἀετῷ σημαίνει.

Γῦπες δὲ κεραμεῦσι καὶ βυρσοδέψαις, ἀγαθοί, διὰ τὸ τῆς πόλεως ἀπῳκίσθαι, καὶ διὰ τὸ νεκρῶν ἅπτεσθαι σωμάτων. ἰατροῖς δὲ καὶ τοῖς νοσοῦσι, πονηροί· νεκροῖς γὰρ χαίρουσι σώμασι. σημαίνουσι δὲ καὶ ἐχθροὺς ἐναγεῖς καὶ μιαρούς, οἰκοῦντας οὐκ ἐν πόλει. καὶ πρὸς τὰ ἄλλα δὲ πάντα εἰσὶ πονηροί.

Ἱέραξ δὲ καὶ ἰκτῖνος, ἅρπαγας καὶ λῃστὰς σημαίνουσιν. ἱέραξ μὲν φανεροὺς καὶ ὁμόσε χωροῦντας. ἰκτῖνος δὲ, λάθρα ἐπιτιθεμένους.

Κόραξ δὲ, μοιχῷ καὶ κλέπτῃ προσεικάζοιτ' ἄν, καὶ διὰ τὸ χρῶμα, καὶ διὰ τὸ πολλάκις ἀλλάσσειν τὴν φωνήν.

Κορώνη δὲ, χρόνον τε πολὺν, καὶ παρολκὴν τῶν πραγμάτων τῶν πραττομένων, καὶ γραῖαν διὰ τὰ ἔτη, καὶ χειμῶνα δηλοῖ, διὰ τὸ χειμῶνος εἶναι ἄγγελον.

Ψᾶρες ὄχλον σημαίνουσι καὶ ἄνδρας πένητας, καὶ ταραχὴν ματαίαν, καὶ οἱ κολοιοὶ ὁμοίως.

Φάσσαι δὲ καὶ περιστεραί, γυναῖκας σημαίνουσι. φάσσαι μὲν πάντως πορνικάς.

περιστεραὶ δὲ, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ κοσμίας καὶ οἰκοδεσποίνας. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ πολλῶν μίαν γυναῖκα τεκμήρασθαι· καὶ ἀπὸ μιᾶς πολλάς. σημαίνουσι δὲ περιστεραὶ, καὶ τὴν ἐν τοῖς πραττομένοις ἐπαφροδισίαν, διὰ τὸ ἀνακεῖσθαι τῇ ἀφροδίτῃ. καὶ πρὸς φιλίας δὲ καὶ κοινωνίας, καὶ συναλλαγὰς πάσας, εἰσὶν ἀγαθαί, διὰ τὸ συναγελαστικὸν αὐτῶν.

Γέρανοι δὲ καὶ πελαργοὶ κατ᾽ ἀγέλας μὲν καὶ συστροφὰς αἱ ὄρνιθες αὗται ὁρώμεναι, λῃστῶν ἔφοδον καὶ πολεμίων σημαίνουσι. καὶ χειμῶνα ἐπάγουσι χειμῶνος ὁρώμεναι, θέρους δὲ αὐχμόν. ἰδίᾳ δὲ καὶ καθ᾽ ἕνα, καὶ πελαργὸς καὶ γέρανος, ἀγαθοί, καὶ πρὸς ἀποδημίαν καὶ ἀποδήμων ἀνακομιδήν· διὰ τὸ κατὰ περιόδους ὡρῶν ὁρωμένους, σώζειν τὸ ἀποδημεῖν τε καὶ μετανίστασθαι. καὶ πρὸς γάμον καὶ παιδοποιΐαν, διὰ τὸ γαμεῖν τε καὶ τίκτειν. μάλιστα δὲ πρὸς παιδοποιΐαν ἐπιτήδειος ὁ πελαργός. διὰ τὴν γινομένην ὑπὸ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν ἐπικουρίαν.

Κύκνος, ἄνδρα σημαίνει μουσικόν· καὶ αὐτὴν τὴν μουσικήν, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ χρῶμα. νοσοῦσι δὲ, ὁρώμενος μὲν, σωτηρίαν μαντεύεται· φθεγγόμενος δὲ, ὄλεθρον. οὐ γὰρ πρότερον φθέγγεται, εἰ μὴ πρὸς τῷ ἀποθνήσκειν.

Περὶ χελιδόνος, ἐν τῷ περὶ θανάτου λόγῳ ἐπιμνησθήσομαι.

Πελεκᾶνες, ἄνδρας ἀγνώμονας σημαίνουσιν, ἀσκόπως τε καὶ ἀλόγως πάντα δρῶντας, καὶ τὰ κλεπτόμενα καὶ τὸν δραπέτην, ἐγγὺς ποταμοῦ εἶναι σημαίνουσι καὶ λίμνης.

Περὶ ὀρνέων λιμναίων. κα΄.

Νῆτται δὲ καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶ λιμναῖα ἢ ποτάμια ὄρνεα τὰ αὐτὰ τοῖς λάροις καὶ ταῖς αἰθυίαις προσημαίνουσι. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ ἔντομα τῶν ζώων ἵπταται, καὶ αὐτὰ ἐν τῷ περὶ ὀρνίθων λόγῳ καταλέξω.

trices. Columbæ verò aliquandoetiam honestas & matresfamiliâs. Licet autem & ex multis, de vna muliere coniecturam facere: & ex vna de multis. Significant etiam columbæ in rebus agendis delectationem, propterea quòd Veneri sunt sacræ. Sed & ad amicitias ac societates ac conciliationes omnes, bonæ sunt, propterea quòd congregatim viuunt.

Grues & ciconiæ, gregatim quidem & agminatim si videantur, prædonum incursum ac hostium aduentum significāt. Hyeme verò conspectæ, tempestatem inducunt, æstate autem siccitatem. seorsim autem & singulatim tum ciconia, tum grus commodant, & ad peregrinandum, & ad reditū ab externis, propterea quòd secundum temporum circuitus videantur & profectionem, & reuersionem siue transmigrationem seruare. Commodant etiam ad nuptias, & liberorum generationem, propterea quòd etiam ipsæ nubant ac filias generent. Maximè autem ad liberos gignendos ciconia apta est, propter subsidium alimoniæ quod nati parentibus retribuere solent.

Cygnus virum significat musicum, atque adeò ipsam musicam. & occulta reuelat propter colorem. Ægrotātibus autem conspectus quidem, salutem præsagit. canens verò auditus interitum. Non enim canit prius quàm morti vicinus sit.

De hirundine in sermone de morte mentionem faciam.

Pelecanes viros perfidos significant, improuidè & præter rationem omnia facientes, & futura, itémque fugitiuum, prope flumen & stagnum esse significant.

De Auibus palustribus.

CAP. 21.

ANates & quæcunque aliæ palustres aut fluuiatiles aues, eadem quæ lari & mergi significant. Quandoquidem verò etiam insecta animalia volant, ea ipsa quoque in auium censu recensebo.

De Apibus. CAP. 22.

Apes agricolis quidem, & his qui ex ipsis quæstum faciunt, bonæ sunt: reliquis turbationes prædicunt, propter bombum & sonum quem edunt, & vulnera, propter aculeum: & morbum propter mel & ceram. Insidentes autem capiti somniantis, exercitus duci ac imperatori futuro, bonæ sunt. reliquis malæ, & vt plurimum à turba aut militibus interemptum iri eum qui somnium vidit præsagiunt. Similes enim sunt turbæ aut exercitui, propterea quòd duci ac regi suo subiectæ parent. Occidunt autē, eo quòd morticiniis insidant. Includere apes bonum est, similiter bonum est omnibus ipsas occidere, agricolis tantum exceptis.

Vespæ omnibus malæ sunt. Significant enim in malos & crudeles homines incisurum aliquem esse.

Locustæ & parnopes & mastacès appellati, agricolis sterilitatem, aut seminum corruptionem significant. Lædunt enim semina, eáque corrumpunt. Reliquis cum malis viris aut mulieribus rem fore significant.

Scarabæi, galleruçæ, quæ Græcis melolonthæ, & cicendulæ, solis his, qui sordida & in honesta opificia exercent, vtiles sunt. Reliquis & damni, & actionum periculosarum significatiui sunt, maximè vnguentariis & aromatariis.

De Nauigatione.

CAP. 23.

Si quis nauigans videatur sibi bene nauigare, omnibus bonum est, verùm in tempestatem incidere, tristitias & pericula significat. At verò naufragium facere, naue aut subuersa, aut corrupta, aut petris illisa, omnibus nociuum est, exceptis his qui vi ab aliquibus detinentur, & seruis. hos enim à detinentibus liberat. Similis est enim nauis his qui ipsos retinent. Semper autem melius est in magna naue nauigare, & quæ solida onera ha-

Περὶ μελισσῶν. κβ΄.

Μέλισσαι, γεωργοῖς μὲν καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν ἔχουσι τὴν ἐργασίαν, ἀγαθαί· τοῖς δὲ λοιποῖς, ταραχὰς σημαίνουσι διὰ τὸν βόμβον, καὶ τραύματα διὰ τὸ κέντρον· καὶ νόσον διὰ τὸ μέλι καὶ τὸν κηρόν. ἐπικαθεζόμεναι δὲ τῇ κεφαλῇ τοῦ ἰδόντος, στρατηγῷ μὲν καὶ δημιουργεῖν ἐπιχειροῦντι, ἀγαθαί. τοῖς δὲ ἄλλοις, πονηραί· καὶ ὡς ἐπίπολυ ὑπὸ ὄχλου ἢ ὑπὸ στρατιωτῶν διαφθαρήσεσθαι σημαίνουσι τὸν ἰδόντα. ἐοίκασι μὲν γὰρ ὄχλῳ ἢ στρατῷ, διὰ τὸ ἡγεμόνι ὑποτάσσεσθαι. ἀναιροῦσι δέ, διὰ τὸ τοῖς ἀψύχοις ἐπικαθέζεσθαι. ἐγκλείειν δὲ μελίσσας, ἀγαθόν· καὶ ἀναιρεῖν ὁμοίως ἀγαθὸν πᾶσι πλὴν τῶν γεωργῶν.

Σφῆκες δὲ πᾶσι κακόν. περιπεσεῖν τι γὰρ πονηροῖς ἀνθρώποις καὶ ὠμοῖς σημαίνουσιν.

Ἀκρίδες δὲ καὶ πάρνοπες καὶ οἱ λεγόμενοι μάσακες, γεωργοῖς μέν, ἀφορίαν, ἢ φθορὰν τῶν καρπῶν σημαίνουσι. σίνονται γὰρ τὰ σπέρματα καὶ διαφθείρουσι. τοῖς δὲ λοιποῖς, πονηροῖς ἀνδράσιν ἢ γυναιξὶ περιπεσεῖν σημαίνουσι.

Κάνθαροι δὲ καὶ μηλολόνθαι καὶ λαμπυροειδεῖς, τοῖς τὰς ῥυπώδεις ἐργασίας καὶ ἀσήμους ἐργαζομένοις μόνοις ὠφέλιμοι. τοῖς δὲ λοιποῖς, καὶ βλάβης καὶ πράξεων ἐπικινδύνων εἰσὶ σημαντικοί· μάλιστα δέ, μυροπώλαις καὶ ἀρωματοπώλαις.

Περὶ πλοῦ. κγ΄.

Πλέοντα δοκεῖν εὖ πλεῖν, πᾶσιν ἀγαθόν, χειμῶνι δὲ περιπεσεῖν, δυσθυμίας καὶ κινδύνους σημαίνει. τὸ δὲ ναυαγεῖν, τῆς νεὼς ἤτοι ἀναβαπτισθείσης ἢ διαφθαρείσης, ἢ πρὸς πέτραις περιρραγείσης, πάντας βλάπτει πλὴν τῶν βίᾳ ὑπό τινων κατεχομένων, καὶ δούλων. τούτους γὰρ ἀπαλλάσσει τῶν κατεχόντων. ἔοικε γὰρ τὸ πλοῖον, τοῖς περιέχουσιν αὐτούς. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ἐν μεγάλῳ πλεῖν πλοίῳ, καὶ φορτία στερεὰ ἔχοντι,

ἐπεὶ τὰ μικρὰ πλοῖα, κἂν εὐπλοῇ τις, οὐκ ἄφοβα τὰ ἀγαθὰ ποιεῖ, ἔτι κἀκεῖνο. διὰ θαλάσσης πλεῖν, ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ διὰ γῆς. βραδύτερα δὲ καὶ δυσχερέστερα καὶ μόλις ἐσόμενα τὰ ἀγαθὰ σημαίνει τὸ διὰ γῆς. πικρότερον δὲ τὸ διὰ θαλάσσης πλέοντα χειμάζεσθαι, ἢ τὸ διὰ γῆς. οὐ δύνασθαι δὲ πλεῖν προῃρημένῳ, ἢ βίᾳ πρός τινων κατέχεσθαι, ἐμπόδια καὶ κατοχὰς τῶν ἐγχειρήσεων σημαίνει. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ διὰ γῆς πλεῖν, δένδρων ἢ πετρῶν ἐμποδὼν γενομένων, κατοχὰς σημαίνει καὶ ἐμποδισμούς. Ἰδεῖν δὲ ἀπὸ γῆς πλοῖα διὰ θαλάσσης πλέοντα καὶ εὐπλοοῦντα, ἀγαθὸν πᾶσι· καὶ ἀποδημίας σημαντικόν, καὶ τοῖς ἀποδήμοις ἀνακομιδήν· πολλάκις δὲ καὶ ἀγγελίας διαποντίους προηγόρευσε, καὶ ἀναγόμενα μὲν τὰ πλοῖα, βραδύτερα τὰ ἀγαθὰ ποιεῖ· ἄρτι γὰρ ἄρχεται τοῦ πλοῦ. κατερχόμενα δὲ καὶ καθορμιζόμενα, θᾶττον· πρὸς γὰρ τῷ συμπεράσματι τοῦ πλοῦ γέγονεν. ἀεὶ δὲ λιμένες, εὐεργέτας καὶ φίλους σημαίνουσι, καὶ πάντες οἱ ὅρμοι. σκέπαι δὲ καὶ ὑποδρομαί, τοὺς δι' ἀνάγκην καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ὑφ' ἡμῶν φιλουμένους, εἰ οὐδὲ ἡμᾶς ἑκόντες εὐεργετοῦσιν. ἄγκυραι δέ, τὸ ἀναγκαῖον τῶν χρειῶν, καὶ τὸ ἀσφαλὲς σημαίνουσιν· ἀποδημεῖν δὲ κωλύουσιν. ἀεὶ γὰρ ἐπὶ κατοχῇ πλοίων τίθενται καὶ εὕρηνται. πείσματα δὲ καὶ τὰ ἀπόγεια σχοινία, πάντα δανείων εἰσὶ σημαντικά, καὶ ἐργολαβιῶν καὶ συνθηκῶν καὶ κατοχῆς. ἱστὸς δὲ πλοίου, τὸν κύριον σημαίνει τῆς νεὼς ἢ τῆς οἰκίας. ἀντιπρόσωπον δέ, τὸν πρῳρέα. καὶ ὁ χηνίσκος, τὸν κυβερνήτην. τὰ δὲ πηδάλια, τὸν πλοῦν ἢ τούς γε τοῦ ναυκλήρου παῖδας. τρόπις, τὴν ἐνθήκην τοῦ πλοίου. ὅπλα, τοὺς ναύτας. καὶ τὸ κέρας, τοὺς τοιχάρχας. ὁποῖον ἂν οὖν μέρος τοῦ πλοίου καίηται ἢ διαφθείρηται τῆς νεὼς ὁρμούσης, τὸ ὅμοιον εἰκὸς διαφθαρήσεσθαι. πλεούσης δὲ τῆς νεώς, περὶ αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ μέρος, κίνδυνον οὐ τὸν τυχόντα ἔσεσθαι δηλοῖ, χειμῶνι βιαίῳ τῆς νεὼς συσχεθείσης. ὅθεν δ' ἂν πῦρ ἐπὶ ναῦν φέρηται,

bet: quādoquidem parua nauigia, etiamsi bene quis nauiget, non absque timore bona inducunt. Insuper & illud melius est, per mare videlicet nauigare quàm per terram. Nam per terram nauigare, tardiora & difficiliora, & vix euentura bona significat. Peius autem est, vt quis per mare nauigans tempestatem incidat, quàm si per terram. Si verò quis velit nauigare & non possit, aut vi ab aliquibus detineatur, impedimenta & detentiones aggressionum significat. Similiter etiam per terram nauigare, arboribus aut petris obiectis & in medio positis, detentiones & impedimenta significat. Videri porrò nauigia à terra per mare nauigantia, aut bene cursum absoluentia, omnibus bonum est: & peregrinationis significatiuum, & peregre profectis reuersionis. Sæpe verò etiam nuntios marinos prædixit, & ex portu quidem in altum educta nauigia, tardiora bona faciunt, iam enim auspicantur nauigationem: ex alto verò in portum redeuntia & appellentia, citius: iam enim ad terminum nauigationis peruenerunt. Portus semper significant benefactores & amicos, etiam qui artificiales existunt omnes. Scopuli autem & subterfugia, eos quos per necessitatem, & non voluntarie amamus, quique nobis volentes benefaciunt. Ancoræ vsuum necessitatem & securitatem significant, peregrinari autem prohibent. Semper enim ob nauium detentionem eiiciuntur, eáque gratia repertæ sunt. Rudentes, & funes nautici quibus naues ad terram religantur omnes, debitum significant, & redempturas, & pacta, & detentiones. Malus nauis, dominum significat nauis aut domus: facies siue prora nauis, proretam. Puppis, gubernatorem: gubernacula, nauigationem, aut ipsius naucleri pueros. Carina, merces naui inditas. Arma, nautas. Apex siue cornu, tœcharchos, id est lateribus præfectos. Qualiscunque igitur nauis pars ardeat aut corrumpatur, naue stationem habente, verisimile est simile & per ipsum significatum corruptum iri. Verùm naue cursum suum peragente, & non quiescente, nō vulgare periculum circa illam ipsam partem fore significat, naue violenta tēpestate cōpressa. Vndecunq; autē ignis in nauem feratur,

inde tempestatem futuram prædicit. Noui autem quendam nauclerum qui sibi visus est deos in naui locatos perdidisse, & cùm valdè timeret ipse, putarétque somnium perniciem significare, totum contrarium in bonum euasit. Re enim multùm aucta, æs alienum creditoribus exoluit, quibus nauis erat oppignorata, atque contigit ipsi hoc modo, vt non amplius haberet qui nauem detinerent. Semper porrò bonum est, mare leniter purpureum & vndosum videre. Actiones enim magnas denuntiat. Tranquillitas autem actiones impedit, propter motuum cessationem. Tempestas verò turbationes & damna portendit. Horum enim est causa.

De Agricultura.

CAP. 24.

SEminare, & plantare, & arare, quid significent in tractatione de artibus prædictum est. Nunc de his quæ agriculturam sequuntur, sermonem faciam. Aratrum bonum est ad nuptias, & liberorum generationem, & ad actiones: tempus autem & moras apponit euentibus. Iugum alijs quidem bonum est, verùm seruis obstaculum est libertatis, quare fractum magis quàm integrum his conducit. Falx ablationis & damni signum est, propterea quòd omnia dissecet, & nihil vniat. Indicat & semestre temporis spatium. Est enim dimidium circuli. Bipennis seditionis & damni, ac pugnæ signum est. Ascia mulieris, & muliebris quæstus: & quæstus quidem muliebris, propterea quòd tenenti conducat & attrahat. Mulieris autem propter ipsum nomen, quo Græcis ἀξίνη appellatur. Vomer, & pala, & vannus, & ventilabrum, damnum & abiectionem amissionémque significant. Vomer autem priuatim, velut sæpe obseruaui, etiam videntis somnium pudendum significat. Quare neque fractus vomer, neque perditus bonus est. Lora iugi, & subligar, per omnia bona sunt, maximè ad nuptias & societatem. Cophini famulos significant. Plaustra vitam somniantis:

ἐκεῖθεν χειμῶνα ἐσόμενον προαγορεύει. οἶδα δέ τινα ναύκληρον, ὃς ἔδοξε τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ θεοὺς ἱδρυμένους ἀπολωλέναι, καὶ σφόδρα φοβουμένῳ αὐτῷ, καὶ ὄλεθρον ἡγουμένῳ σημαίνειν τὸν ὄνειρον, πᾶν τοὐναντίον, εἰς ἀγαθὸν ἀπέβη. πολλὰ γὰρ πορίσας, τὰ χρέα ἀπέτισε τοῖς δανεισταῖς, τοῖς ἔχουσιν ὑποθήκην τὴν ναῦν, καὶ συνέβη αὐτῷ, μηκέτι ἔχειν τοὺς κατέχοντας τὸ πλοῖον. ἀεὶ δὲ ἀγαθὸν, ἠρέμα πορφυροῦσαν καὶ κυμαίνουσαν τὴν θάλασσαν ἰδεῖν. πράξεις γὰρ μεγάλας προαγορεύει. γαλήνη δὲ, ἀπραξίας, διὰ τὴν ἀκινησίαν. καὶ ὁ χειμὼν, ταραχὰς καὶ βλάβας. ἔστι γὰρ τούτων αἴτιος.

Περὶ γεωργίας. κδ'.

ΣΠείρειν καὶ φυτεύειν καὶ ἀροτριᾶν ὅ,τι σημαίνει, ἐν τῷ περὶ τεχνῶν λόγῳ προείρηται. νυνὶ δὲ, περὶ τῶν ἑπομένων τῇ γεωργίᾳ ποιήσομαι τὸν λόγον. ἄροτρον, ἀγαθὸν πρὸς γάμον καὶ παίδων γονήν. καὶ πρὸς τὰς πράξεις. χρόνους δὲ καὶ παρολκὰς προστίθησι ταῖς ἀποβάσεσι. ζυγὸν δὲ, τοῖς μὲν ἄλλοις, ἀγαθόν· δούλοις δὲ, ἐμπόδιον τῆς ἐλευθερίας γίνεται. ὅθεν καταγνύμενον μᾶλλον τούτοις, ἢ ὑγιὲς ὂν συμφέρει. δρέπανον δὲ, ἀφαιρέσεως καὶ βλάβης ἐστὶ σημεῖον. διὰ τὸ πάντα διχάζειν καὶ μηδὲν ἑνοῦν. δηλοῖ δὲ καὶ ἑξάμηνον. ἥμισυ γάρ ἐστι τοῦ κύκλου. πέλεκυς δὲ, στάσεως καὶ βλάβης ἐστὶ σημεῖον καὶ μάχης. ἀξίνη δὲ, γυναικός τε καὶ γυναικείας ἐργασίας. καὶ γυναικείας μὲν ἐργασίας, διὰ τὸ τῷ κρατοῦντι συμφέρειν καὶ προσέλκειν. γυναικὸς δὲ, διὰ τὸ ὄνομα. Ὕνις δὲ καὶ ὁ λεγόμενος μόσχος, καὶ θρῖναξ, καὶ πτύον, βλάβην καὶ ἀποβολὴν σημαίνουσιν. ἰδίως δὲ ἡ ὕνις, ὡς πολλάκις ἐτήρησα, καὶ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἰδόντος σημαίνει. ὅθεν οὔτε καταγνυμένη ἡ ὕνις, οὔτε ἀπολλυμένη ἐστὶν ἀγαθή. ζυγόδεσμα δὲ, καὶ ὁ λεγόμενος ἀμφιδέτης, κατὰ πάντα εἰσὶν ἀγαθά· μάλιστα δὲ πρὸς γάμον καὶ κοινωνίαν. Κόφινοι δὲ, οἰκέτας σημαίνουσιν. ἅμαξαι δὲ, τὸν βίον τοῦ ἰδόντος.

διὰ τὸ ἐκ πολλῶν συγκεῖσθαι, καὶ πολλὰ βαστάζειν, καὶ ἄλλοτε ἄλλα. Ὅταν μὲν τοι τὶς παρὰ τὸν καιρὸν καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους, τρυγᾶν ἢ θερίζειν ὑπολάβοι, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακὸν ᾖ τὸ συμβουλευόμενον, εἰς ἐκείνην τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τὰ σημαινόμενα ὑπερτίθεται. Οὖλοι δὲ καὶ δράγματα καὶ θημῶνες ἀσταχύων, παρολκὰς ἐν τοῖς πραττομένοις σημαίνουσι. καὶ κόπον. οὐδέπω γὰρ τὰ τοιαῦτα ἕτοιμοι εἰσὶ τροφαί. Σιροὶ δὲ καὶ κάπετοι καὶ λάκκοι, καὶ πάντα τὰ ἐν οἷς θησαυρίζεται καὶ ἀποτίθεται τὰ σπέρματα, γυναῖκα σημαίνει, καὶ τὸν βίον τοῦ ἰδόντος καὶ τὴν ὕπαρξιν. ὅθεν οὐδὲ συντριβόμενα οὔτε συμπίπτοντα, ἀγαθὸν νενόμισται. Θριγκοὶ δὲ καὶ περίβολοι καὶ φραγμοὶ καὶ σκόλοπες, καὶ οἱ περὶ τοὺς ὅρους χάρακες πονηροὶ μὲν· τοῖς δὲ φοβουμένοις ἀσφαλείας εἰσὶ σημαντικοί. πρὸς δὲ τὰς κινήσεις καὶ ἀποδημίας, οὐ πάντη ἁρμόζουσι. κατοχὰς γὰρ σημαίνουσι, διὰ τὸ ἀποκεκλεικέναι τὰ ἐντός. κατὰ δὲ τὰς λοιπὰς ἐγχειρήσεις, τοὺς παρεστώτας καὶ ἀμύνοντας, καὶ τοὺς συναιρομένους ἐν ταῖς χρείαις σημαίνουσιν. Ἑξῆς δὲ περὶ δένδρων καὶ φυτῶν, ποιήσομαι τὸν λόγον.

Περὶ δένδρων παντοίων. κέ.

Δρῦς, ἄνδρας σημαίνει πλουσίους, διὰ τὸ τρόφιμον· ταύτης γὰρ τὸν καρπὸν, ἤσθιον οἱ Ἀρκάδες· καὶ ὁ ἀρχαῖος φησίν· ἀρκάδες ἔσαν βαλανηφάγοι. δηλοῖ δὲ καὶ πρεσβύτην διὰ τὸ πολυετές· ἢ χρόνον διὰ τὸ αὐτό.

Ἐλαία, γυναῖκα σημαίνει, καὶ ἄθλησιν καὶ ἀρχὴν καὶ ἐλευθερίαν, ὅθεν ἀγαθὸν εὐθαλῆ ὁρᾶν, καὶ ταῖς ῥίζαις ἡδρασμένην, καὶ καρπὸν ἔχουσαν πέπειρον καὶ ὥριμον. τρυγώμεναι δὲ αἱ ἐλαῖαι, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν, ἀγαθόν. δούλοις δὲ πληγὰς μαντεύονται διὰ τὸ μετὰ πληγῶν τὸν καρπὸν καθαιρεῖσθαι. ἀναλέγειν δὲ ἐλαίας χαμόθεν, ἢ τρίβειν ἐλαίας, λέγω δὲ τὸν καρπὸν, πόνους καὶ καμάτους σημαίνει.

propterea quòd ex multis composita sunt, & multa portant, & aliâs alia. Cùm tamen aliquis extra tempus & horam anni, vindemiare, aut metere, sibi videatur, siue bonum siue malum fuerit id quod aggredi constituit, in illam ipsam horam anni qua hæc fieri solent: ea quæ significantur differt. Fasces, manipuli, & acerui spicarum, remoras in rebus agendis significant, itémque laborem. Talia enim nondum cibi idonei existunt. Siri & fouex subterraneæ, ac fossæ frumentariæ, omniáque in quibus adseruantur & deponuntur semina frugum, vxorem significant, & victum ac substantiam bonorum eius qui somnium vidit. Vnde neque si conterantur, neque si concidant, bona iudicantur. Septa, ambitus, sepes, pali, & fossæ circum terminos egestæ, mala quidem sunt, sed timentibus securitatem significant. Ad motus verò & peregrinationes, non penitus conueniunt. Nam detentiones significant, propterea quòd quæ intra ipsa sunt concludant. Iuxta reliquas verò aggressiones, auxiliarios & adstantes adiutores, & qui in necessitatibus subsidio sunt, significant. Cæterùm] consequenter de arboribus ac plantis agemus.

De Arboribus omnis generis.

CAP. 25.

Qvercus viros significat opulentos, ob alimoniam. Huius enim fructum comedebant Arcades, & Archæus, inquit, *Arcades ex dura viuentes glande*. Indicat & senem propter annositatem: & tempus, eadem gratia.

Olea mulierem significat, certamen, & principatum, & libertatem. Quare bonum est floridam videre, & radicibus innixam, & fructum habentem maturum ac tempestiuum. At verò si vindemiantur oleæ, aliis quidem omnibus bonæ sunt, verùm seruis plagas præsagiunt, propterea quòd cum plagis fructus eius decutiatur. Legere autem oliuas de terra, aut easdem terere, labores & molestias significat.

Laurus mulierem significat opulentam, ob perpetuam viriditatem: & formosam, ob speciositatem: & eorum quæ speramus irritum successum, ob amaritudinem, & quòd edi non potest. In medicis autem & vatibus ad artem referenda est, propter Apollinem.

Cupressus longanimitatis, & moræ ac dilationis signum est, propter longitudinem.

Pinus & strobili, naucleris & omnibus nauigantibus ad naues referendæ sunt, propter nauium structuram, & picem, & resinam, quæ ex huiusmodi arboribus fiunt: reliquis omnibus pigritiam & timores significant, propter solitudinis amorem.

Mali punicæ, & mali, & piri, ac pirastri, & omnia huiuscemodi, eandem cum fructu suo rationem habent, de quo in tractatione de alimento dixi.

Platani & populi nigræ & vlmi, & oxyæ, & fraxini, omniaque similia, solis his qui ad bellum & militiam animum adiecerunt, & fabris lignariis conducunt: illis propter quæstum quem ex ipsis faciunt: his propter opificium quòd his fabricandis exercent. Reliquis propter sterilitatem, paupertatem & inopiam portendunt. Sola populus alba athletis confert, atque id propter Herculem.

Buxi, myrti, & rhododaphnæ, mulieres scortatrices & non valde honestas significant: & his qui ad agendum aliquid prodeunt bonæ sunt. Et ægris refectionem ac sanitatem portendunt. Reliquis vani laboris signa existunt. Cæterùm de reliquis arboribus iuxta prædictam rationem iudicationes facere oportet, ita vt semper similia euentibus assumamus. Etenim nihil aliud est somniorum iudicatio, quàm similis appositio. Quin & eius meminisse proderit, quòd arbores bonum quiddam significantes, florentes & fructum ferentes bonæ existunt. Arefactæ autem, aut funditus euertæ, aut fulmine ictæ, aut aliàs igni combustæ, contraria significant. Et rursus, quæ malum quiddam significant, & absurdos euentus habent, hæ arefactæ & corruptæ, commodiores existunt. Consequenter porrò post agriculturam, iustum fuerit & de stercore dicere.

Δάφνη δὲ, γυναῖκα σημαίνει, εὔπορον, διὰ τὸ ἀειθαλές· καὶ εὔμορφον διὰ τὸ χάριεν· καὶ ἀποτυχίαν τῶν προσδοκωμένων, διὰ τὸ πικρὸν καὶ ἄβρωτον. ἰατροῖς δὲ καὶ μάντεσι πρὸς τὴν τέχνην ἐστὶ λυσιτελὴς διὰ τὸν Ἀπόλλωνα.

Κυπάρισσος δὲ, μακροθυμίας καὶ παρολκῆς ἐστὶ σύμβολον διὰ τὸ μῆκος.

Πίτυς δὲ καὶ στρόβιλοι, ναυκλήροις μὲν καὶ πᾶσι τοῖς ναυτιλλομένοις πρὸς τὰς ναῦς εἰσὶ λυσιτελεῖς, διὰ τὴν κατασκευὴν τῶν νεῶν, καὶ τὴν πίσσαν, καὶ τὴν ῥητίνην τὴν ἀπὸ τούτων τῶν δένδρων γινομένην. τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν, ἀκηδίας καὶ φόβων εἰσὶ σημαντικὰ διὰ τὸ φιλέρημον.

Ῥοιαὶ καὶ μηλέαι καὶ ἄπιοι καὶ ἀχράδες καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τὸν αὐτὸν ἔχει τῷ καρπῷ λόγον, ὃν τινα ἐν τῷ περὶ τροφῆς εἴρηκα.

Πλάτανοι καὶ αἴγειροι καὶ πτελέαι καὶ ὀξέαι καὶ μελίαι καὶ πάντα τὰ ὅμοια, μόνοις τοῖς ἐπὶ πόλεμον ὁρμῶσι καὶ στρατείαν, καὶ τεκτονικοῖς, συμφέρουσι· τοῖς μὲν, διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ἐργασίαν· τοῖς δὲ, διὰ τὴν αὐτῶν ἐργασίαν. τοῖς δὲ λοιποῖς διὰ τὸ ἄκαρπον, πενίας καὶ ἀπορίας εἰσὶ σημεῖον. μόνη δὲ λεύκη ἀθληταῖς συμφέρει διὰ τὸν Ἡρακλέα.

Πύξοι καὶ μυρρῖναι καὶ ῥοδοδάφναι, γυναῖκας ἑταιρικὰς καὶ οὐ πάνυ τι κοσμίας σημαίνουσι. καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ πράττειν ὁρμωμένοις, ἀγαθαί. καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἀνάληψιν καὶ ὑγείαν. τοῖς δὲ λοιποῖς, ματαιοπονίας σύμβολα καθίστανται. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν δένδρων, κατὰ τὰς ὑποθήκας τὰς προειρημένας χρὴ ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, παραλαμβάνοντας ἀεὶ τὰ ὅμοια ταῖς ἀποβάσεσι. καὶ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ὀνειροκρισία, ἢ ὁμοίου παράθεσις. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦτο χρὴ, ὅτι τὰ μὲν ἀγαθόν τι σημαίνοντα δένδρα, θάλλοντα καὶ καρποφοροῦντα, ἀγαθὰ ἂν εἴη. αὐαινόμενα δὲ, ἢ πρόρριζα ἀνατρεπόμενα, ἢ κεραυνούμενα, ἢ ἄλλως πυρὶ καταφλεγόμενα, τἀναντία σημαίνουσι. τὰ δὲ πονηρόν τι σημαίνοντα καὶ ἄτοπα ταῖς ἀποβάσεσιν, αὐαινόμενα καὶ διαφθειρόμενα, λυσιτελέστερα καθίστανται. ἑξῆς δὲ τῇ γεωργίᾳ, ἐπιβάλλον ἂν εἴη καὶ περὶ κόπρου εἰπεῖν.

Περὶ κόπρου παντοίας. κϛʹ.

Κόπρος βοεία, γεωργοῖς μόνοις συμφέρει, ὁμοίως καὶ ἡ ἱππεία καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα πλὴν ἀνθρωπείας. τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀθυμίας καὶ βλάβας σημαίνει. μολύνουσα δὲ, καὶ νόσον. μόνοις δὲ τοῖς τὰς ῥυπώδεις ἐργασίας ἐργαζομένοις συμφέρει, καὶ λυσιτελὴς οὖσα τετήρηται. Ἀνθρωπεία δὲ κόπρος πολλὴ ὁρωμένη, πολλὰ καὶ διάφορα σημαίνει κακά. ἔχει δὲ ὧδε. ἐν πλατείᾳ καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐν παντὶ δημοσίῳ τόπῳ ὁρωμένη, εἴργει χρῆσθαι τοῖς τόποις ἐν οἷς ἂν εἴη. πολλάκις δὲ καὶ προϊέναι κωλύει. ὡς ἔστιν ὅτε τοὺς παρακούσαντας ταῖς ἑαυτῶν μεγάλα ἀναμάξαι κακὰ ἐποίησεν. ἄτοπον δ' ἂν εἴη καὶ μολύνεσθαι κόπρῳ ἀνθρωπείᾳ, καταρρεούσῃ ποθέν. οἶδα δέ τινα ὃς ἔδοξεν ἑταῖρον καὶ συνήθη τινὰ πλούσιον, ὄντα αὐτῷ φίλον, ὄναρ κατὰ τῆς κεφαλῆς καταπλῆσαι· οὗτος διεδέξατο τὴν οὐσίαν, καὶ ἐκληρονόμησε τὸν ἑταῖρον. καὶ πάλιν αὖ ἔδοξέ τις ὑπό τινος γνωρίμου πένητος περισιληναθῆναι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ μεγάλα ἐβλάβη, καὶ ὑπὸ αἰσχύνῃ τινὶ μεγάλῃ περιέπεσεν. ἦν γὰρ εἰκὸς τὸν μὲν εὐποροῦντα, τὰ ἑαυτοῦ τῷ ἰδόντι προσθήσειν· τὸν δὲ πενόμενον καὶ οὐδὲν ἔχοντα καταλιπεῖν, καταφρονῆσαι τοῦ ἰδόντος, καὶ αἰσχύνῃ περιβαλεῖν αὐτόν. εἰ δὲ αὐτός τις ἑαυτὸν μολύνοι κατὰ σκελῶν ἀφείς, ἑαυτῷ μεγάλων κακῶν αἴτιος ἔσται, καὶ προσέτι νοσήσει. πονηρὸν δὲ καὶ τῇ κοίτῃ ἐναφιέναι, μακρὰν γὰρ νόσον μαντεύεται. ἐπειδὴ οἱ μὴ δυνάμενοι ἀναστῆναι καὶ πρὸς ἐσχάτοις ὄντες, ἐναφιᾶσι τῇ κοίτῃ. πολλάκις δὲ καὶ γυναικὸς καὶ ἐρωμένης διΐστησι τὸ ὄναρ, αἰτίᾳ τοῦ ἰδόντος καὶ οὐ τῆς γυναικός, διὰ τὸ τὴν κοίτην μολύναι. ἐν ᾧ δέ τις οἰκεῖ οἴκῳ χαμαὶ ἀποπατῶν, μὴ χρήσασθαι ἔτι τῷ οἴκῳ σημαίνει. οὐχ ἡδέως γάρ τις τοῖς μολυνομένοις ἐνδιατρίβει. πάντων δ' ἂν εἴη ἐπισφαλέστερον καὶ φοβερώτερον, τὸ ἀποπατεῖν ἐν ναῷ θεοῦ, ἢ ἐν

De Stercore omnis generis.

CAP. 26.

Stercus bubulum agricolis solis conducit, similiter & equinum, aliúdque omne, excepto humano. Reliquis tristitias & damna significat. Inquinans verò etiam morbum. Solis autem his qui sordida opificia exercent conducit, eísque vtile esse obseruatum est. At verò humanum stercus multùm si videatur, multa & diuersa mala significat. Habet autem hoc modo. In platea, & foro, & omni publico loco conspectum, prohibet vti locis in quibus fuerit. Sæpe verò & progredi impedit, & aliquando obedientes vxoribus suis magna mala luere fecit. Absurdum est & humano stercore inquinari alicunde defluente. Noui quendam qui sibi visus est, socium & familiarem quendam diuitem, qui ipsi amicus erat, per somnium in caput ei cacare: hic successor bonorum & hæres illius socij factus est. Et rursus visus est sibi quispiam à quodam familiari paupere percacari, & ab ipso multum læsus est, ampliúsque confusione magna pudefactus est. Verisimile enim erat, illum quidem opulentum bona sua somnianti tributurum esse: hunc verò pauperem, & nihil quòd relinqueret habētem, eum qui somnium vidit contempturum esse, & in magnam confusionem projecturum. Si verò quis seipsum stercore inquinet, crura sua inde conspurcans, éaque percacans, sibiipsi magnorum malorum autor erit, insuperque ægrotabit. Malum est etiam si quis in cubile stercus emittat, magnum enim morbum præsagit. Nam qui exurgere non possunt, & in extremis cōstituti sunt, cubile percacant. Sæpenumero verò & vxorem & amicam dissociat somnium, culpa somniantis, & non vxoris, propterea quòd cubile inquinet. Cæterùm si quis in domo quā inhabitat humi aluum exonerare sibi videatur, non amplius domo vsurum esse significat. Non enim iucunda est in inquinatis conuersatio. Omnium autem periculosissimū & maximè horrendū est, in templo dei cacare, aut in

foro, aut platea, aut balneo. Deorum enim iram, & magnam turpitudinem, & damnum non vulgare præsagit. Insupérque & occulta manifestat. Sæpe verò etiã odium somniantis efficit. At verò cacare aliquem desidentem in oleto, aut super matula solida, multáque stercora excernere, omnibus bonum est. Multam enim alleuationem curarum omnisque tristitiæ significat. Corpus enim post aluum exoneratam leuissimum redditur. Commodat & ad peregrinationem huiusmodi somnium, & ad eius qui apud exteros peregrinatur reditum, atque hoc propter ipsum nomen quo stercus Græcis ἄφοδος quasi reditus & secessus appellatur. Ego verò obseruaui & iuxta litus, & in vijs, & in aruis, & iuxta flumen, & stagnum cacare, bonum esse, idemque significare sicuti si quis putet se in oleto excernere, rectè & rationabiliter huiusmodi sic eueniente. Neque enim loci illi à cacante læduntur, exhibentque ipsi cacanti commoditatem, vt absque turpitudine onus ventris deponat. Sequitur autem ad hunc sermonem, vt & de fluminibus, & fontibus, stagnisque ac puteis dicamus.

ἀγορᾷ, ἢ πλατείᾳ, ἢ βαλανείῳ. θεῶν τε γὰρ μῆνιν, καὶ μεγάλην ἀσχημοσύνην καὶ ζημίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν προαγορεύει. πρὸς δὲ, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. πολλάκις δὲ καὶ μῖσος ἐργάζεται πρὸς τὸν ἰδόντα. ἀποπατεῖν δὲ ἐν κοπρῶνι καθήμενον, ἢ ἐπὶ λασανίου στερεοῦ, καὶ πολλὰ ἀποκρίνειν σκύβαλα, ἀγαθὸν πᾶσι. πολλὴν γὰρ κουφισμὸν φροντίδων καὶ πάσης ἀνίας σημαίνει· καὶ γὰρ τὸ σῶμα μετὰ τὸν ἀπόπατον κουφότατον γίνεται. ἀγαθὸν δὲ καὶ πρὸς ἀποδημίαν τὸ τοιοῦτον, καὶ ἀποδήμου ἀνακομιδὴν διὰ τὸ ὄνομα· ἄφοδος γὰρ καλεῖται. ἐγὼ δὲ ἐτήρησα καὶ τὸ παρ᾽ αἰγιαλῷ ἀποπατεῖν, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ ἐν ἀρούραις, καὶ παρὰ ποταμῷ, ἢ λίμνῃ, λυσιτελὲς ὄν, καὶ τὰ αὐτὰ σημαῖνον, τῷ δοκεῖν ἐν κοπρῶνι χέζειν· ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον ἀποβαίνοντος τοῦ τοιούτου. οὔτε γὰρ οἱ τόποι οὗτοι ὑπὸ τοῦ ἀποπατοῦντος βλάπτονται, αὐτοί τε τῷ ἀποπατήσαντι παρέχουσι χωρὶς αἰσχύνης ἀποφορτίσασθαι. ἕπεται δὲ τῷ λόγῳ, καὶ περὶ ποταμῶν καὶ πηγῶν εἰπεῖν καὶ λίμνης ἢ φρέατος.

De Fluminibus, Stagno, Fonte, ac Puteo.

CAP. 27.

FLumina puram & perspicuam aquam habentia, & quietè fluentia, bona sunt seruis, & litigantibus in iudicio, & peregrinari volentibus. Similia enim sunt flumina heris & iudicibus: propterea quòd faciant quæcunque volunt citra correctionem, & ex suijpsorum sententia. Similia sunt item peregrinationibus & moribus, propterea quòd aqua non maneat, sed semper præterfluat. Vbi verò turbatum & sordidum fuerit flumen, dominorum & iudicum minas portendit, & ab omni peregrinatione arcet. Si verò etiam aliquam possessioné eius qui somniũ vidit abreptam vixerint flumina, omnino dãnum maius inducũt, vnáque cum dãno etiã periculum significant, si ipsum videntem simul abripuerint, & adhuc peius est, si in mare deuexerint. Malum est

Περὶ ποταμῶν, καὶ λίμνης, καὶ πηγῆς, καὶ φρέατος. κζ'.

ΠΟταμοὶ καθαρὸν καὶ διειδὲς ἔχοντες ὕδωρ καὶ ἠρέμα ῥέοντες, ἀγαθοὶ δούλοις καὶ δικαζομένοις καὶ ἀποδημεῖν βουλομένοις. ἐοίκασι γὰρ οἱ ποταμοὶ δεσπόταις καὶ δικασταῖς· διὰ τὸ πράττειν ὅσα ἂν βούλωνται ἀνυπευθύνως καὶ κατὰ γνώμην ἑαυτῶν. ἀποδημίαις δὲ καὶ κινήσεσι, διὰ τὸ μὴ μένειν τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ παραρρεῖν. ἐπειδὰν δὲ θολερὸν καὶ ῥυπῶδες ᾖ τὸ ὕδωρ, καὶ τὴν ἀπὸ δεσποτῶν καὶ δικαστῶν ἀπειλὴν σημαίνουσιν οἱ ποταμοί, καὶ πάσης ἀποδημίας εἴργουσιν. ἐὰν δέ τι ἢ ἁρπάσαντες κτῆμα τοῦ τεθεαμένου τὸν ὄνειρον ἐπιφέρωσιν, ἐκ παντὸς βλάβην ἐπιφέρουσι μείζονα· τῇ βλάβῃ δὲ ἅμα καὶ κίνδυνον σημαίνουσιν, ἐὰν αὐτὸν συναρπάσαντες τὸν ὁρῶντα, καὶ μᾶλλον κακὸν, ἐὰν καὶ εἰς θάλασσαν ἐμβάλωσι. πονηρὸν δὲ,

καὶ τὸ ἐν ποταμῷ ἑστάναι καὶ περικλύζεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν. οὐ γὰρ ἂν ὑπομείναι τις ἐν τῷ τοιούτῳ ὀνείρῳ, κἂν πάνυ εὔψυχος ἦν, τὰ κακά. Χείμαρροι δὲ ποταμοὶ, καὶ δικαστὰς σημαίνουσιν ἀγνώμονας, καὶ δεσπότας ἀηδεῖς, καὶ ὄχλους, διὰ τὸ βίαιον καὶ μεγαλόφωνον. ἀγαθὸν δὲ τούτους περᾶν, μάλιστα τοῖς ποσὶν εἰ δὲ μή γε καὶ νηξαμένους. εἰ δέ τις διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄντικρυ διελθεῖν ὑποστρέφειν ὑπολάβοι, ἄμεινον αὐτῷ ἀφίστασθαι καὶ μηκέτι δικάζεσθαι. μηδὲ προσιέναι δεσπότῃ τὸ παρόν. μὴ δὲ ἐν ὄχλῳ ἀναστρέφεσθαι, νήχεσθαι δὲ ἐν ποταμῷ δοκεῖν ἢ λίμνῃ, εἰς ἔσχατον ἐλάσαι σημαίνει κίνδυνον· καὶ μᾶλλον ἐὰν ποταμῷ νήχηται· ὅσα γὰρ ἰχθύες ἐπὶ γῆς πάσχει, εἰκὸς τοσαῦτα καὶ ἄνθρωπον ἐν ὑγρῷ πάσχειν. ἀεὶ δὲ διανήξασθαι ἄμεινον, ἢ μεταξὺ κολυμβῶντα διυπνῆσαι. ποταμὸς εἰς οἰκίαν ῥέων καθαρὸς, ἀνδρὸς πλουσίου εἴσοδον εἰς τὴν οἰκίαν μαντεύεται ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐνοικούντων. τεταραγμένος δὲ καὶ θολερὸς, καὶ μάλιστα ἐάν τι κινῆται τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐχθροῦ βίαν σημαίνει, ὃς πολλὰ τὴν οἰκίαν καὶ τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ βλάψει. ἐξ οἰκίας δὲ ποταμὸς ἐκρέων, πλουσίῳ μὲν ἀνδρὶ καὶ μέγα δυναμένῳ, συμφέρει. ἄρξει γὰρ τῆς πόλεως καὶ πολλὰ φιλοτιμούμενος εἰς τὸ δημόσιον ἀναλώσει, πολλοί τε ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ φοιτήσουσι, δεόμενοι καὶ χρήζοντες· πάντες γὰρ τοῦ ποταμοῦ δέονται. πένητι δὲ ἀνδρὶ, διαβάλλει τὴν γυναῖκα, ἢ τινὰ τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ, μοιχευομένην ἢ καὶ ἀσχημονοῦντα. ἄλλο δὲ ὕδωρ εἰς οἰκίαν ῥέον, θολερὸν μὲν, ἐμπιπραμένην τὴν οἰκίαν ὄψεσθαι σημαίνει· τὸ δὲ καθαρὸν, κτῆσιν καὶ χρήματα περιβαλεῖσθαι σημαίνει. φρέαρ δὲ ἰδεῖν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἢ ἐν ἀγρῷ οὐκ ὂν πρότερον, ἀγαθόν· οὐσίας γὰρ ἐπίκτησιν σημαίνει. ἀγάμῳ δὲ καὶ ἄπαιδι, γυναῖκα καὶ παῖδας. νύμφαι τε γάρ εἰσιν ἐν τοῖς φρέασι καὶ ὥσπερ ἡ γυνὴ, τὸ φρέαρ τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια ὧν χρήζουσι παρέχει. ἀγαθὸν δὲ καὶ πλῆρες ἰδεῖν φρέαρ πλημμυροῦντος τοῦ ὕδατος, ὅταν γε μὴ ὑπερχέηται, ἐπεὶ τὸ ὑπερχεόμενον καὶ ῥέον ὕδωρ τοῦ φρέατος,

& in flumine stare ac abundari circumallabente flumine, & non posse exire. Neque enim sufferre poterit quis mala ex hoc insomnio, etiam si valde magno ac generoso animo præditus sit. Torrentes autem iudices significant inclementes, & dominos insuaues, & turbas, propter violentiam & strepitus magnitudinem. Bonum est hos penetrare, maximè pedibus, aut etiam natatu. Si verò quis reuertere se putet, ob id quòd torrentem transmittere non possit, melius est ipsi desistere, & non amplius lites agere, neque dominum in præsens adire, neque in turba versari. Natare sibi videri in flumine aut stagno, ad extremum periculum deuenturum esse significat, sed magis si flumine natet. Quæcunque enim pisces in terra patiuntur, talia verisimile est & hominem in liquido passurum esse. Semper verò melius est pernatare incessanter, quàm natatori interim somnum obrepere. Fluuius in domum fluens purus, viri diuitis in domum ingressum præsagit, vnde vtilitas inhabitantibus est accessura. Turbatus verò ac turbidus, & maximè si quid eorum quæ in domo sunt mouetur, inimici violentiam significat, qui & domum & inhabitatores multo damno afficiet. Si verò è domo effluat fluuius, opulento viro & multum potenti conducit. Imperabit enim vrbi, & multa munifice & liberaliter in rem publicam expẽdet, multique in domum ipsius venient egeni & indigentes, omnes enim flumine opus habent. Cæterùm viro pauperi criminatur vxorem, aut aliquem ex domesticis, adulteriis inquinatũ, aut aliâs turpiter se gerentem. At verò aliam aquam in domum fluentem videre, ardentem domum visurum esse significat, si quidem turbida fuerit aqua. Pura enim possessiones & pecunias accessuras præsagit. Puteum videre in domo aut agro qui prius non fuit, bonum est: bonorùm enim acquisitionem significat. Ei verò qui vxorem & liberos non habet, vxorem & liberos portendit. Nymphæ enim sunt in puteo, & quemadmodum vxor, sic puteus domesticis necessaria, & quib* opus habent, exhibet. Bonum est & plenum puteũ videre aqua inundãte, modò non superfundatur, quandoquidem aqua quæ superesfunditur & ex puteo fluit,

bona quæ accesserunt, vxorem videlicet & liberos, non permansura esse præsagit. Eadem significatio est etiam, vbi alieni homines eam ipsam aquã ex puteo hauriant. Stagnum magnum eadem quę flumen significat, exceptis peregrinationibus: hoc enim à peregrinando arcet, propterea quòd aqua in ipso non fluat, sed semper in eodem loco manet. Paruum autem stagnum aut etiam mediocre, fœminam significat opulentam rebus venereis gaudentem. Suscipit enim & stagnum eos qui inscendere volunt, neminémque arcet. Optimum insuper est & in stagno, aut flumine nauigare, & non natare. Fontes autem & scaturigines, & salientes, aqua bona inundantes, omnibus ex æquo boni sunt, maximè ægrotãtibus & egenis, alteris enim opulentiæ, alteris salutis signum existũt. Nihil enim æquè nutrit vt aqua. Resiccati autem fontes, & aquam non habentes, contraria omnibus significant.

De Paludibus, Montibus, Viis, Saltibúsque, ac Conuallibus.

CAP. 28.

PAludes pastoribus solis conducunt, reliquis actionum impedimenta significant, & viatoribus impedimento sunt propterea quòd imperuiæ existant. Montes autem & saltus, vallésque ac cõualles, & syluæ omnes, tristitias & timores, & turbationes & otia præsignant. Seruis verò & malefactoribus tormenta & plagas. Et diuitibus damna, propterea quòd cædantur, & semper aliquid amittant. Præstat autem semper tales penetrare, & vias in ipsis inuenire, & ex his in campos deuenire, & non in ipsis somno obrui. Qualescunque porrò vias se quis ambulare putauerit, eiusmodi vita vtetur. Etenim latæ & planæ ac leues & cãpestres, multam in rebus agendis facilitatem prædicunt. Verùm leues sed tamen accliues, cùm dilatione & anxietate ac tristitia proposita successura esse significant. Si verò quis transgressum esse, & ad finem peruenisse se putet, decliues quidẽ omnibus actiones impeditas & infectas reddunt, exceptis timentibus & fugiẽtib.

τὰ προσγινόμενα ἀγαθὰ, γυναῖκά τε καὶ παῖδας, μὴ παραμένειν μαντεύεται. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὅταν ἀλλότριοί τινες ἀντλῶσι τοῦτο τὸ ὕδωρ ἐκ φρέατος. λίμνη δὲ μεγάλη, τὰ αὐτὰ τῷ ποταμῷ σημαίνει, πλὴν τοῦ κατὰ τὴν ἀποδημίαν· αὕτη γὰρ εἴργει ἀποδημιῶν, διὰ τὸ ὕδωρ ἐν αὐτῇ μὴ ῥέειν, ἀλλὰ μένειν ἀεὶ ἐν χώρᾳ τῇ αὐτῇ. σύμμετρος δὲ καὶ μικρὰ λίαν, γυναῖκα σημαίνει εὔπορον ἀφροδισίοις χαίρουσαν. δέχεται γὰρ τοὺς εἰσβαίνειν βουλομένους καὶ ἡ λίμνη, καὶ οὐκ ἀπείργει. εἴη δ' ἂν ἄμεινον καὶ ἐν λίμνῃ ἢ ἐν ποταμῷ πλέειν καὶ μὴ νήχεσθαι. πηγαὶ δὲ καὶ κρῆναι καὶ πίδακες, ὕδατι ἀγαθῷ πλημμυροῦσαι, ἀγαθαὶ πᾶσιν ἐπίσης. μάλιστα δὲ τοῖς νοσοῦσι καὶ τοῖς ἀπόροις, οἷς μὲν γὰρ εὐπορείας, οἷς δὲ, σωτηρίας εἰσὶ σημαντικαί. οὐδὲν γὰρ οὕτω τρόφιμον ὡς ὕδωρ. αὐαινόμεναι δὲ καὶ μὴ ἔχουσαι ὕδωρ τὰ ἐναντία πᾶσι σημαίνουσιν.

Περὶ ἑλῶν, καὶ ὀρῶν, καὶ ὁδῶν, ναπῶν τε, καὶ φαράγγων. κη'.

ἝΛΗ ποιμέσι μόνοις συμφέρει, τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀπραξιῶν ἐστι σημαντικὰ, καὶ τοῖς ὁδεύουσιν ἐμπόδια γίνεται, διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς δυσοδίας. Ὄρη δὲ, καὶ νάπαι, καὶ ἄλση, καὶ φάραγγες, καὶ ὗλαι πᾶσαι, δυσθυμίας καὶ φόβους καὶ ταραχὰς καὶ ἀργίας προσημαίνουσι. δούλοις δὲ καὶ κακούργοις βασάνους καὶ πληγὰς, καὶ πλουσίοις βλάβας. διὰ τὸ κατακόπτεσθαι, καὶ ἀεί τι ἀποβάλλειν. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ταῦτα διεκπεραῖν, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ὁδοὺς εὑρίσκειν. καὶ ἀπὸ τούτων εἰς πεδία κατιέναι, καὶ μηκέτι ἐν αὐτοῖς ὄντα ἐνυπνιάζεσθαι. οἵας δ' ἂν ὁδοὺς ὁδεύειν τις ὑπολάβοι, τοιούτῳ χρήσεται βίῳ. αἱ μὲν γὰρ πλατεῖαι καὶ ὁμαλαὶ καὶ λεῖαι καὶ ἐν πεδίῳ οὖσαι, πολλὴν εὐμάρειαν ἐν τοῖς πραττομένοις προαγορεύουσιν· αἱ δὲ λεῖαι μὲν, ἀνάντεις δὲ, μετὰ παρολκῆς καὶ δυσθυμίας σημαίνουσιν ἀνύσεσθαι τὰ προκείμενα. ἐὰν δέ τις ἐξαναβῇ καὶ ἐπὶ πέρας ἀφῖχθαι νομίσῃ, αἱ μὲν κατάντεις, πᾶσιν εἰσὶν ἄπρακτοι, πλὴν τῶν φοβουμένων καὶ φευγόντων.

θᾶττον γὰρ ἀποφυγεῖν προαγορεύουσι. στεναὶ δὲ παντελῶς ὁδοὶ, δυσθυμίας σημαίνουσι.

Hos enim citius effugituros esse præsagiunt. At verò angustæ penitus viæ anxietates portendunt.

Περὶ δικαστηρίων, καὶ δικῶν. κθ'.

Δικαστήρια, καὶ δικασταὶ, καὶ δικολόγοι, καὶ νόμοι, πᾶσι ταραχὰς καὶ δυσθυμίας καὶ δαπάνας ἀκαίρους προμαντεύονται, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχουσι. τοῖς δὲ νοσοῦσι, κρισίμους ἡμέρας προαγορεύουσιν· ἐν αἷς ἐὰν μὲν κατ' ὄναρ νικῶσιν, ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβαλοῦσιν. ἐὰν δὲ ληφθῶσι κατ' ὄναρ, τεθνήξονται. εἰ δέ τις δίκην ἔχων ὑπολάβοι ἐν τῇ τοῦ δικαστοῦ χώρᾳ καθέζεσθαι, οὐ ληφθήσεται. οὐ γὰρ ὁ δικαστὴς τὰ ἑαυτοῦ καταδικάσει, ἀλλὰ τὰ τῶν ἄλλων πάντων.

De Foro iudiciario, & Litibus.

CAP. 29.

FOrum iudiciale, & iudices, & aduocati, & leges, omnibus turbationes & anxietates & sumptus intépestiuos præsagiunt, & occulta reuelant. Aegrotantibus verò iudicatorios dies prænuntiant, in quibus si quidem per somnium vicerint, in melius vitam transmutabunt. Si vero damnati fuerint per somnium, morientur. Si verò quis litem habens existimet se in iudicis loco sedere, non damnabitur. Neque enim iudex suam ipsius causam damnabit, sed potius aliorum omnium.

Περὶ ἰατρῶν. λ'.

Πᾶσι δὲ τοῖς δίκην ἔχουσιν ἰατροὶ ὁρώμενοι, τὸ ἴσον τοῖς συνηγόροις ἐπέχουσι λόγον.

De Medicis. CAP. 30.

OMnibus litem habentibus medici conspecti eandem cum aduocatis rationem habent.

Περὶ ἀρχῆς πάσης. λα'.

Βασιλεύειν δοκεῖν, τῷ μὲν νοσοῦντι, θάνατον προαγορεύει. ἀνυπότακτος γὰρ μόνος ὁ βασιλεὺς, ὥσπερ καὶ ὁ ἀποθανών. τῷ δὲ ἐρρωμένῳ, τῶν συγγενῶν καὶ κοινωνῶν, ἀπώλειαν πάντων καὶ χωρισμόν. ἀκοινώνητος γὰρ ἡ βασιλεία. κακούργῳ δὲ, δεσμὰ σημαίνει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. ἐκφανὴς γὰρ ὁ βασιλεύς ἐστι, καὶ ὑπὸ πολλῶν φρουρεῖται. τὸ δὲ αὐτὸ σημαίνει καὶ ἡ βασιλικὴ σκευὴ, τουτέστι διάδημα καὶ σκῆπτρον καὶ ἁλουργίς. βασιλεύειν πένης ἐὰν δόξῃ, πολλὰ πράξει ἐπιδόξως μὲν, ἀκερδῶς δέ. δούλῳ δὲ τὸ βασιλεύειν ἐλευθερίαν σημαίνει. πάντως γὰρ χρὴ τὸν βασιλέα ἐλεύθερον εἶναι καὶ ἀνυπότακτον. ἄριστον δὲ φιλοσόφῳ καὶ μάντει τὸ βασιλεύειν. οὐδὲν

De omni Principatu.

CAP. 31.

REgnare sibi videri, ægrotanti quidem mortem prædicit. Solus enim rex nemini subiectus est, quẽadmodum etiam mortuus. Sano verò cognatorum & sodalium omnium amissionem ac separationem portendit. Est enim insociabile regnum. Malefactori autem vincula significat, & occulta reuelat. Conspicuus est enim rex, & à multis custoditur. Idem significat etiam regius ornatus, hoc est sceptrum, diadema, & purpura. Si pauper sibi videatur regnare, multa faciet splendidè & gloriosè, sed nullo sui compendio aut lucro. Seruo regnare libertatẽ significat. Omnino enim regem liberũ esse oportet & nemini subiectũ. Regnare optimum est Philosopho & vati. Nihil

enim liberius est sana mente, neque quicquam regalius esse putamus. Ducem exercitus esse, adsuetis bonum est. Pauperibus autem turbationes significat & diuulgationes. Seruis verò libertatem. Scribam esse sibi videri, alienas & nihil ad se pertinentes res curare significat, ex quibus labor quidem multus somnianti erit, vtilitas autem nulla penitus. Aegrotanti verò etiam hic principatus mortem præsagit, propterea quòd præeat scriba. Seruo idem somnium œconomiam, fidem ac autoritatem conciliat. Vrbi præesse, aut pueris præfici, aut mulieribus curas & vexationes ei qui somnium vidit denuntiat, propter rempublicam aut pueros aut mulieres. Præfectum annonæ esse, his qui ad medicinam animum adiecerunt conducit, & maximè his qui diætetices, quæ victus rationem habet, sunt studiosi, propterea quòd annonæ præfectus alimoniæ ac ciborum curam gerit. Reliquis turbationes ac diuulgationes significat. Si verò & lites intenderit, & sumptus inutiles fecerit, omnino etiam vituperium habebit. Neque enim potest absque his annonæ præfectus degere. Erogationes publicas elargiri de suo, ægris mortem prædicit, & bonorum dissipationem. Sanis verò turbationes & diuulgationes. Solis autem his qui omnino inopes sunt, bonum est & lucrosum hoc somnium. Non enim possibile est elargiri multis eum qui non multa habeat. Bonum est & scenicis, & thymelicis, & omnibus qui se in turbam demittunt. Honorem enim multum ex turba accessurum esse significat. Laudantur enim ac prædicantur qui erogationes & congiaria distribuunt. Vbi datur porrò congiarium videri sibi id accipere, bonum est. Non accipere autem, non bonum est omnibus, siue publica sit erogatio, siue priuata. Mortē enim prædicit palàm, quoniam in mortuos non amplius congiarium diuiditur. Noui autem quendam ad olympia profectum, vt istic decertaret, qui sibi visus est, Græcorum iudices athletis dare panes, ipsi autem tardius venienti, illos non habere quod darent, & sanè alij omnes vates iudicauerunt eum ad certamen non peruenturū esse. Et mihi quidem meritò sic iudicasse videbantur. Etenim sic euenit.

γὰρ ἐλευθεριώτερον ὑγιοῦς γνώμης, οὐδὲ βασιλικώτερον ὑπολαμβανόμενόν ἐστι. στρατηγεῖν τοῖς μὲν ἐθίσασι, καλόν. πένησι δὲ ταραχὰς σημαίνει καὶ περιβοησίας. δούλοις δὲ, ἐλευθερίαν. γραμματεύειν δὲ δοκεῖν, ἀλλοτρίων καὶ οὐδὲν προσηκόντων σημαίνει φροντίσαι πραγμάτων. ἐξ ὧν κάματος μὲν πολὺς τῷ ἰδόντι ἔσται. ὠφέλεια δὲ, οὐδ᾽ ἡτισοῦν. νοσοῦντι δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ἀρχὴ θάνατον προσημαίνει. διὰ τὸ προάγειν τὸν γραμματέα. δούλῳ δὲ οἰκονομίας καὶ πίστεις περιποιεῖ τὸ ὄναρ τοῦτο. ἀστυνομεῖν ἢ παιδονομεῖν ἢ γυναικονομεῖν, φροντίδας καὶ σκυλμοὺς ὑποτίθησι τῷ ἰδόντι, διὰ δημόσια ἢ διὰ παιδία ἢ διὰ γυναῖκας. ἀγορανομεῖν δὲ τοῖς ἐπὶ ἰατρικὴν ὁρμῶσι συμφέρει. καὶ μάλιστα τοῖς διαιτωμένοις. διὰ τὸ τροφῆς τὸν ἀγορανόμον προνοεῖσθαι. τοῖς δὲ λοιποῖς ταραχὰς καὶ περιβοησίας σημαίνει. ἐὰν δὲ καὶ πράγματα ποιῇ καὶ δαπάνας ἀχρήστους, πάντως δὲ καὶ ψόγον ἕξει. οὐ γὰρ ἔνεστιν ἀγορανομοῦντα ἄνευ τούτων διάγειν. ἐπιδόσεις δὲ δημοσίας ἐπιδιδόναι παρ᾽ ἑαυτοῦ, τοῖς μὲν νοσοῦσι, θάνατον προαγορεύει, καὶ τῆς οὐσίας σκορπισμὸν καὶ διάλυσιν. τοῖς δὲ ἐρρωμένοις, ταραχὰς καὶ περιβοησίας. μόνοις δὲ τοῖς παντελῶς ἀπόροις ἀγαθόν ἐστι καὶ κερδοφόρον τὸ ὄναρ. οὐ γὰρ ἔνεστιν ἐπιδιδόναι τοῖς πολλοῖς μὴ οὐχὶ πολλὰ ἔχοντα. ἀγαθὸν δὲ καὶ σκηνικοῖς, καὶ θυμελικοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ὄχλον καθιεῖσιν ἑαυτούς. τιμὴν γὰρ πολλὴν πρὸς τοὺς ὄχλους κτήσασθαι σημαίνει. εὐφημοῦνται γὰρ οἱ τὰς ἐπιδόσεις διαδιδόντες. διδομένης δὲ ἐπιδόσεως δοκεῖν λαμβάνειν ἀγαθόν. μὴ λαμβάνειν δὲ, οὐκ ἀγαθὸν πᾶσιν. ἐάν τε δημοσία ἡ ἐπίδοσις ᾖ, ἐάν τε ἰδιωτική. θάνατον γὰρ ἄντικρυς προαγορεύει. ἐπεὶ μηκέτι τοῖς ἀποθανοῦσιν ἡ ἐπίδοσις ἐπιδίδοται. οἶδα δέ τινα εἰς ὀλύμπια ἀπιόντα, ἐπὶ τὸ ἀγωνίσασθαι, ὃς ἔδοξε τοὺς ἑλλανοδίκας τοῖς ἀθληταῖς διδόναι ἄρτους, αὐτῷ δὲ ὑστερήσαντι μηκέτι ἔχοντας ἐπιδοῦναι, καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ἐδόκουν οὐ καταλήψεσθαι αὐτὸν τὸν ἀγῶνα. ἐμοὶ δὲ δίκαιον ἐδόκει. καὶ γὰρ οὕτως ἀπέβη.

μετ᾽ γὰρ τὰς ἀπογραφὰς, εὐθέως ἀπέθανεν. πᾶσα δὲ ἡ ἀρχὴ, πορφύραν ἢ χρυσὸν ἀναγκάζουσα τὸν ἄρχοντα φορεῖν, ὄλεθρον τοῖς νοσοῦσι σημαίνει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. τὸ δὲ ἱερᾶσθαι καὶ ἱερωσύνην παρὰ δήμου λαβεῖν, ἀγαθὸν πᾶσι, πλὴν τῶν ἀποκρυπτομένων. ἐπίσημοι γὰρ οἱ ἱερεῖς. οὗ δ᾽ ἄν τις ὑπολάβοι θεοῦ ἱερεὺς εἶναι, τοιοῦτον αὐτῷ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀποβήσεται ἀπὸ τοιούτων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν. συστημάτων δὲ ἢ οἰκίας ἀρχὴ καὶ ἐπιμέλεια, πᾶσι σκυλμοὺς καὶ ἀνίας βιωτικὰς περιτίθησιν· πολλάκις δὲ καὶ ζημίας, μάλιστα δὲ τοῖς δοκοῦσι καὶ παρ᾽ ἑαυτῶν φιλοτιμεῖσθαι, καὶ δεῖπνά τινα ποιεῖν ἢ ἐπιδόσεις διδόναι. πᾶσα δὲ ἱερωσύνη καὶ πᾶσα ἀρχὴ ἧς μὴ μέτεστι γυναικὶ, ἐὰν ὑπολάβῃ γυνὴ ἱερατεύειν ἢ ἄρχειν, θάνατον αὐτῇ προαγορεύει. καὶ πᾶσα ἱερωσύνη καὶ πάλιν αὖ πᾶσα ἀρχὴ ἧς μὴ μέτεστιν ἀνδρὶ διὰ τὸ ἔθος ἢ νόμον, ἐὰν ἀνὴρ ὑπολάβῃ ἱερατεύειν ἢ ἄρχειν, ὁμοίως θάνατον αὐτῷ προαγορεύει.

Post factam enim descriptionem, statim vt nomen dedisset, mortuus est. Qualiscunque principatus purpuram aut aurum gestare cogit eum qui principem agit, is ipse interitum ægrotantibus significat, & occulta reuelat. Sacerdotem fieri, & sacerdotium à populo accipere, omnibus bonum est, exceptis his qui occultantur. Insignes enim sunt sacerdotes. Cuiuscunque autem Dei se putet quis sacrificum esse, eiusmodi bonum ipsi à talibus viris siue mulieribus eueniet. Congregationi aut domui præfici, eorúmque curam gerere, vexationes & molestias temporales inducit: sæpè verò etiã damna, maximè his qui sibi videntur de suis munifici esse ac elargiri, & cœnas quasdam facere, aut congiaria diuidere. Omne sacerdotium omnísque magistratus ac principatus, à quibus mulieres exclusæ sunt, si mulier putet se sacerdotio fungi, aut principem esse, mortem ipsi prædicit. Et rursus, omne sacerdotium & omnis principatus, cuius viri exortes sunt, aut propter consuetudinem, aut legem, si vir putet se sacerdotio fungi, similiter ipsi mortem præsagit.

Περὶ πολέμου καὶ στρατείας καὶ στρατολογίας. λβ'.

Πόλεμος καὶ τὰ πολέμου ἔργα, πᾶσι ταραχὰς σημαίνει καὶ διχονοίας, πλὴν τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν στρατηγῶν, καὶ τῶν ἐξ ὄχλων ἢ ἐξ ὅπλων ἢ ἐν ὅπλοις ἐργαζομένων. τούτοις δὲ εὐπορίαν προαγορεύει. τῶν δὲ ὅπλων τὰ μὲν σκεπαστὰ, πολλὴν ἀσφάλειαν προαγορεύει, οἷον ἀσπὶς, κράνος, καὶ θώραξ, καὶ κνημῖδες. τὰ δὲ ἑκηβόλα πολλάκις καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων αἴτια γίνεται· καὶ στάσεων καὶ φιλονεικίας, οἷον, δόρυ, καὶ λόγχη, καὶ ἀκόντιον, καὶ σφενδόνη. μάχαιρα δὲ καὶ ξίφος, τὸν θυμὸν τοῦ ἰδόντος σημαίνουσι, καὶ τῶν χειρῶν τὸ ἰσχυρότατον, καὶ τῆς γνώμης τὸ τολμηρότατον. ἰδίως δὲ ἡ ἀσπὶς, γυναῖκα σημαίνει, καὶ ἡ περικεφαλαία, πλουσίαν μὲν ἡ εὔμορφον, ἡ πολυτελής. πενιχρὰν δὲ καὶ ἄμορφον, ἡ μὴ πολυτελής. στρατολογεῖσθαι δὲ ἢ

De Bello, Exercitu, ac Militum delectu. CAP. 32.

Bellum & bellica opera, omnibus turbationes & anxietates significant, exceptis militibus & ducibus belli, & his qui ex turbis, aut ex armis, aut in armis quæstum faciunt. His enim opulentiam prædicunt. Cæterùm ex armorum generibus, ea quæ velandi corporis gratia fabricata sunt, multam securitatem prædicunt, velut sunt scutum, galea, thorax & ocreæ. Quæ verò procul iaciuntur, sæpè delictorum inuitit admissorum causa existunt, itémque seditionum ac contentionis, velut hasta, lancea, iaculum & funda. Machera & gladius animum somniantis significant, & manuum fortitudinem, & mentis audaciam. Scutum autẽ propriè mulierem significat, itémque galea, diuitem quidem & formosam, pretiosa. Pauperem verò & deformem, non pretiosa. Delectum militum habere, aut militare,

militare, his qui quomodocunque ægrotant mortem significat. Nam qui militat ex priuato vitam suam transmutat, & ad alias conuersationes transit priore relicta. Sæpè verò etiam senibus mortem prædixit, reliquis autem vexationes & molestias, & motus præsagit, & peregrinationes. Segnibus & otiosis ac indigentibus actiones significat & quæstus. Neque enim otiosus est miles, neque indigus. Seruis æstimationem quidem maiorem portendit, sed tamen nondum manumissionem. Multi autem manumissi nihilominus seruierunt, & subditi fuerunt. Nam tametsi liber sit miles, nihilominus seruit.

De Pugna solitaria. CAP. 33.

Duellum & pugnam solitariam cum vno solo committere, litigare significat, aut aliam aliquam seditionem, & pugnam depugnaturum esse. Pugna enim appellatur etiam pugillatus ipse, etiamsi non per arma fiat. Eadem significant & mulctæ & iura pugnantiū. Semper autem arma fugientis, in iudicium vocari significant, arma verò persequentis, in ius vocare. Obseruaui ego sæpè etiam nuptias portēdere eiusmodi somnium, talis mulierculæ, qualia erant arma eius qui putauit se pugillatu decertare. Quando verò citra nomenclaturam non possunt demonstrationes manifestè exhiberi, vtar etiam ipsis seorsim appellationibus. Si quidem igitur quis armatus pugillatum decertare sibi videatur, vxorem ducet, diuitem, callidam, & primi loci cupidam: & diuitem quidem, propterea quòd hoplomachus armis est protectus, callidam autem, quòd gladium non habeat erectum. Primi verò loci amantem, propterea quòd ascendat & inuadat. Si verò quis argenteis armis pugillatum decertet, vxorem ducet mediocriter opulentam, fidelem, & domum custodientem, ac viro obedientem. Nam subit & protectus est, & formosior est hæc armatura priore. Si verò quis contra sequutorem pugnet formosam quidem ducet vxorem & opulentā, verùm fastuosam propter opes, & ob id virum contemnentem, & malorum cau-

στρατεύεσθαι, τοῖς ὁπωσοῦν νοσοῦσι θάνατον σημαίνει. καὶ γὰρ ὁ στρατευσάμενος, ἐξ ἰδιωτικοῦ μεταβάλλει τὸν ἑαυτοῦ βίον, καὶ ἐν ἄλλαις γίνεται διατριβαῖς, τὴν προτέραν καταλειπών. πολλάκις δὲ καὶ πρεσβύταις θάνατον προηγόρευσε, τοῖς δὲ λοιποῖς, σκυλμούς τε καὶ ἀηδίας καὶ κινήσεις προαγορεύει καὶ ἀποδημίας. ἀργοῖς δὲ καὶ ἀπόροις, πράξεις σημαίνει καὶ ἐργασίας. οὔτε γὰρ ἀργὸς ὁ στρατιώτης, οὔτε ἐνδεής ἐστι· δούλοις δὲ ἐν τιμῇ μὲν γενέσθαι σημαίνει. μηδέπω δὲ αὐτοὺς ἐλευθερωθῆναι. πολλοὶ δὲ ἐλευθερωθέντες, οὐδὲν ἧττον ἐδούλευσάν τε καὶ ὑπετάγησαν. καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐλεύθερος ὁ στρατιώτης, οὐδὲν ἧττον ὑπηρετεῖ.

Περὶ μονομαχίας. λγʹ.

Μονομαχεῖν δὲ, δικάζεσθαι σημαίνει, ἢ ἄλλην τινὰ στάσιν καὶ μάχην μαχέσασθαι. μάχη τε γὰρ καὶ ἡ πυγμὴ καλεῖται, εἰ καὶ μὴ δι' ὅπλων γίνεται. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἔγγραφα καὶ δίκαια τῶν μαχομένων σημαίνει. ἀεὶ δὲ τὰ μὲν τοῦ φεύγοντος ὅπλα, ἐγκληθῆναι σημαίνει. τὰ δὲ τοῦ διώκοντος, ἐγκαλέσαι. ἐτήρησα δὲ ἐγὼ πολλάκις καὶ γάμον τὸ τοιοῦτον ὄνειρον προαγορεύσαντα γυναικὸς τοιαύτης, οἷα ἂν ᾖ ὅπλα ἔχων, ὅς τις ὑπολάβοι πυκτεύειν. ἐπειδὴ δὲ ἄνευ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν οὐκ ἔστι σαφῶς παραστῆσαι τὰς ἀποδείξεις, χρήσομαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν. εἰ μὲν θωρακὶ* πυκτεύει τις, λήψεται γυναῖκα, πλουσίαν, πανοῦργον, καὶ φιλόπρωτον· πλουσίαν μὲν, διὰ τὸ κατεσκεπάσθαι ὅπλοις· πανοῦργον δὲ, διὰ τὸ μὴ ὀρθὸν ἔχειν τὸ ξίφος. φιλόπρωτον δὲ, διὰ τὸ ἐπιβαίνειν. εἰ δέ τις μετ' ἀργυρέων ὅπλων πυκτεύει, λήψεται γυναῖκα ἠρέμα, πλουσίαν πιστικήν, καὶ οἰκουρὸν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί· καὶ γὰρ ὑποβαίνει καὶ ἐσκέπασται, καὶ εὐμορφοτέρα ἡ πανοπλία αὕτη τῆς προτέρας. εἰ δὲ σεκούτορι, εὔμορφον μὲν λήψεται γυναῖκα καὶ πλουσίαν, μεγάλα δὲ φρονοῦσαν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦσαν τοῦ ἀνδρός, καὶ κακῶν πολλῶν

αἰτίαν ἐσομένην· ἀεὶ γὰρ διώκει. εἰ δὲ ῥητιαρίῳ, λήψεται γυναῖκα ἄπορον καὶ ἐρωτικήν, καὶ φυγάδα, ῥᾷστα τῷ βουλομένῳ πλησιάζουσαν. ἱππεὺς δὲ τὴν γυναῖκα πλουσίαν μὲν εἶναι λέγει καὶ εὐγενῆ, φρένας δὲ οὐκ ἔχουσαν. Ὁ δὲ ἀριδάρειος, ἀργὴν καὶ μωρὰν τὴν γυναῖκα σημαίνει. Ὁ δὲ προβάκτωρ, εὔμορφον μὲν καὶ χαρίεσσαν, λαμυρὰν δὲ καὶ ἐρωτικήν. διμάχαιρος δὲ καὶ ὁ λεγόμενος ὀρβήλας, ἤτοι φαρμακὸν, ἢ ἄλλως κακότροπον ἢ ἄμορφον εἶναι τὴν γυναῖκα σημαίνει. ταῦτα, οὐ πιθανευόμενος, οὐδὲ κατὰ τὸ εἰκὸς συντιθεὶς λόγους γράφω. ἀλλὰ ἀπὸ πείρας τῶν ἑκάστοτε ἀποβαινόντων πολλάκις ἐτήρησα.

sam futuram, semper enim persequitur. Si verò contra Retiarium, vxorem ducet inopem & amatoriam, & fugitiuam, & quæ se facilimè cuique volenti adiungit. Eques autem vxorem diuitem quidem esse dicit & generosam, verùm mentem non habentem. Aridareus segnem & fatuam vxorem significat. Probactor formosam quidem & gratiosam, verùm audaculam & amatoriam. Dimachœrus autem, & qui orbelas appellatur, aut veneficam, aut aliâs malignam, aut deformem vxorem significat. Atque hæc nõ vt probabilia, neque vt qui iuxta veri similitudinem libros componit, scribo, sed per experientiam edoctus, per quam singula sic euenire solere sæpenumero obseruaui.

Περὶ θεῶν τιμῆς. λδ.

ΘΥειν θεοῖς τὰ νενομισμένα ἑκάστῳ, πᾶσιν ἀγαθόν. ἢ γὰρ τυχόντες ἀγαθῶν, ἢ καταφεύγοντες ἄνθρωποι θεοῖς θύουσι. τὰ δὲ ἀνόσια ἢ μὴ νενομισμένα ἱερεῖα θεοῖς θύειν, μῆνιν τῶν θεῶν οἷς ἔθυσέ τις προαγορεύει. ἄλλους δὲ θύοντας ἰδεῖν, πονηρὸν τῷ νοσοῦντι, κἂν Ἀσκληπιῷ θύοντας ἴδῃ, διὰ τὴν τοῦ θυομένου ἱερείου ἀναίρεσιν· θάνατον γὰρ σημαίνει. στεφανοῦν θεοὺς ἄνθεσι καὶ κλάδοις τοῖς προσήκουσι καὶ νενομισμένοις, ὁσίοις εἶναι ἀγαθὸν πᾶσιν, οὐκ ἄνευ μέντοι φροντίδων ἀποβησόμενον. δούλῳ δὲ παραινεῖ τὸ τοιοῦτον, πείθεσθαι τῷ δεσπότῃ· καὶ τὰ ἐκείνῳ κεχαρισμένα ποιεῖν. ἐκμάσσειν δὲ θεῶν ἀγάλματα, ἢ καθαίρειν, ἢ ἀλείφειν, ἢ σαροῦν τὰ περὶ τῶν ναῶν, καὶ τὰ περὶ τῶν ἀγαλμάτων, ἡμαρτηκέναι τι εἰς αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς θεοὺς σημαίνει. οἶδα δὲ ἐγὼ τινὰ ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ ἡμαρτηκότα εἰς τοῦτον τὸν θεόν, οὗ ἐδόκει τὸ ἄγαλμα καθαίρειν, καὶ τοῦτ' ἦν, ὃ προηγόρευεν. αὐτῷ ὁ ὄνειρος ἰδεῖν ἱκέτην τὸν θεόν. Συντρίβειν δὲ θεῶν ἀγάλματα, καὶ ἐκβάλλειν, τῆς οἰκίας ἱδρυμένα ἔνδον, ἢ καταρρίπτειν ναούς, ἢ τι τῶν οὐχ ὁσίων ἐν ναοῖς ποιεῖν, πονηρὸν ἂν εἴη πᾶσι, καὶ περιστάσεις μεγάλας σημαίνει. Οἱ γὰρ ἐν μεγάλαις συμφοραῖς γινόμενοι, καὶ τῆς

De cultu deorum. CAP. 34.

SAcrificare dijs ea quæ vnicuique solennia sunt & legitima, omnibus bonum est. Aut enim bona adepti homines dijs sacrificant, aut aliâs ad ipsorum tutelam confugientes. At verò non solennia aut non legitima sacrificia dijs offerre, iram deorum, quibus aliquis sacrificauit, denuntiat. Alios autem sacrificantes videre, malum est ægrotanti, etiamsi Aesculapio sacrificantes videat, propter mactatæ victimæ interitum & cædem, mortem enim significat. Coronare deos floribus & ramulis conuenientibus, eisque recepto more dicatis, omnibus bonum significat, non tamen citra curas euenturum. Seruum autem admonet hoc somnium, vt domino obediat, & quæ illi grata sunt faciat. Extergere Deorum statuas, aut purgare, aut vngere, aut locos ante statuas verrere, aut etiam ante templa, deliquisse quid contra illos ipsos deos significat. Noui ego quendam qui ex hoc somnio peccauit in eum Deũ, cuius statuam purgare sibi videbatur, atque hoc erat quod somnium ipsi prædicebat, quòd videlicet videret se supplicẽ deo. Conterere statuas deorum, & eijcere è domo intus stantes & sacratas, aut destruere templa, aut quid impium in templis facere, omnibus malum est, & magnas clades portendit. Qui enim in magnis calamitatibus versantur, etiam à

pietate erga deos recedunt. Quòd si sua sponte dij discedant, statuæque ipsorum concidant, mortem ei qui somnium vidit, aut alicui suorum præsignant. Dei deis sacrificantes, desertam domum somniantis fore significant. Tanquam enim non sint homines, sibijpsis sacra faciunt, & ob raritatem colentium ipsos sibijpsis legitima sacra persoluunt. Si verò moueantur deorum statuæ, omnibus timores aut etiã turbationes significant, exceptis his qui in vinculis sunt, & qui peregrinari destinauerunt. Horum enim alteros liberos fore significant, vt quo libeat mouere se possint, alteros ex sedibus mouent & educunt.

De Dijs cœlestibus, ac terrestribus.

CAP. 35.

DEorum alij sunt intelligibiles, alij sensibiles. Et intelligibiles quidem plures sunt. Sensibiles verò pauci, de quibus sequenti sermone adhuc exactius declarabo. Iam verò hoc tradamus, deorũ alij Olympij sunt, quos etiã Aetherios vocamus, alij cœlestes, alij terrestres, alij marini, alij fluuiatiles, alij subterranei, alij hos circum circa ambientes. Aetherij igitur meritò dici possunt, Iupiter, Iuno, Venus, Vrania, Diana, Apollo, & ignis ætherius, & Minerua. Cœlestes autem sol, luna, astra, venti, & nebulæ, & sub his consistentia ac coagmentata parelia, & trabes, & iubar, & iris. Sunt autem hi visibiles sensibiles omnes. Ex terrestribus autem sensibiles quidem sunt Hecate, Pan, Ephialtes, & Aesculapius, qui etiam simul intelligibilis dicitur. Intelligibiles verò Dioscuri, Hercules, Dionysius, Mercurius, Nemesis, Venus popularis pandemos Græcis appellata, Vulcanus, fortuna, Pitho, siue Suada, Charites, horæ, Nymphæ, Vesta. Marini deinde intelligibiles sunt, Neptunus, Amphitrite, Nereus, Nereides, Leucothea, Phorcys. Sensibiles autem ipsum mare, vndæ, littora, fluuijque ac stagna, & Achelous. Subterranei postea & inferi sunt, Pluto, & Proserpina, Ceres, Core, Iacchus, Se-

πρὸς θεοὺς εὐσεβείας ἀφίστανται. αὐτόματοι δὲ οἱ θεοὶ ἀπαλλαττόμενοι, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν συμπίπτοντα, θάνατον τῷ ἰδόντι ἢ τινὶ τῶν αὐτοῦ προφαίνει. Θεοὶ θεοῖς θύοντες, ἐρημίαν τὸν οἶκον τοῦ ἰδόντος ἔσεσθαι σημαίνουσιν. ὡς γὰρ οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, ἑαυτοῖς θύουσι, σπάνει γὰρ τῶν τιμησόντων αὐτοὺς, ἑαυτοῖς τὰ νομιζόμενα ποιοῦσι. κινούμενα δὲ τῶν θεῶν ἀγάλματα, πᾶσι φόβους ἢ καὶ ταραχὰς σημαίνουσι, πλὴν τῶν δεδεμένων καὶ τῶν ἀποδημεῖν προαιρουμένων. τούτων γὰρ τοὺς μὲν, λυθῆναι σημαίνουσιν, ἵνα εὐκίνητοι γένωνται, τοὺς δὲ, κινοῦσι τῆς ἕδρας καὶ ἐξάγουσιν.

Περὶ θεῶν οὐρανίων, καὶ ἐπιγείων. λε.

ΤΩΝ θεῶν, οἱ μὲν εἰσὶ νοητοί· οἱ δὲ, αἰσθητοί. νοητοὶ μὲν οἱ πλείους· αἰσθητοὶ δὲ, ὀλίγοι. δείξει δὲ ἔτι ὁ ἐπιὼν λόγος ἀκριβέστερον. φαμὲν δὲ τῶν θεῶν, τοὺς μὲν, ὀλυμπίους εἶναι, οὓς καὶ αἰθερίους καλοῦμεν, τοὺς δὲ οὐρανίους, τοὺς δὲ, ἐπιγείους, τοὺς δὲ, θαλασσίους, τοὺς δὲ, ποταμίους. Αἰθέριοι μὲν οὖν λέγοιντο ἂν εἰκότως, Ζεὺς, Ἥρα, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Οὐρανία, Ἄρτεμις, καὶ Ἀπόλλων, καὶ πῦρ τὸ αἰθέριον, καὶ Ἀθηνᾶ. Οὐράνιοι δὲ, ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἄστρα, καὶ ἄνεμοι, καὶ νέφη, καὶ τὰ ὑπὸ τούτων συνιστάμενα παρήλια, καὶ δοκίδες, καὶ σέλας, καὶ ἶρις. εἰσὶ δὲ οὗτοι ὁρατοὶ αἰσθητοὶ πάντες. τῶν δὲ ἐπιγείων, αἰσθητοὶ μὲν, Ἑκάτη, καὶ Πὰν, καὶ Ἐφιάλτης, καὶ Ἀσκληπιός, οὗτος δὲ καὶ νοητὸς ἅμα λέγεται. Νοητοὶ δὲ, Διόσκουροι, καὶ Ἡρακλῆς, καὶ Διόνυσος, καὶ Ἑρμῆς, καὶ Νέμεσις, καὶ Ἀφροδίτη πάνδημος, καὶ Τύχη, καὶ Πειθὼ, καὶ Χάριτες, καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι, καὶ Ἑστία. Θαλάσσιοι δὲ, νοητοὶ μὲν, Ποσειδῶν τε καὶ Ἀμφιτρίτη, καὶ Νηρεὺς, καὶ Νηρηΐδες, καὶ Λευκοθέα, καὶ Φόρκυς. Αἰσθητοὶ δὲ, αὐτὴ ἡ θάλασσα, καὶ κύματα, καὶ αἰγιαλοί, ποταμοί τε καὶ λίμναι, καὶ Ἀχελῷος. Χθόνιοι δὲ, Πλούτων καὶ Περσεφόνη, καὶ Δημήτηρ, καὶ Κόρη, καὶ Ἴακχος, καὶ Σα-

ραπις, καὶ Ἶσις, καὶ Ἄνουβις, καὶ Ἁρποκράτης, καὶ Ἑκάτη χθονία, καὶ Ἐριννύες καὶ δαίμονες οἱ περὶ τούτους, καὶ Φόβος καὶ Δεῖμος, οὓς ἔνιοι, ἄρεως υἱοὺς λέγουσιν. αὐτὸν δὲ τὸν ἄρη, τῇ μὲν ἐν τοῖς ἐπιγείοις, τῇ δὲ ἐν τοῖς χθονίοις, καταλεκτέον. οἱ δὲ πέριξ τούτων Ὠκεανὸς καὶ Τηθὺς, καὶ Κρόνος, καὶ Τιτᾶνες, καὶ φύσις ἡ τῶν ὅλων. εἰ δέ τινα παραβάντων ὁ λόγος ἐπιμνήσεται τῶν θεῶν, οὐ παραλείψομαι τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον. τούτων δὲ τῶν προκειμένων θεῶν τοῖς μὲν μέγα δυναμένοις ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, οἱ ὀλύμπιοι συμφέρουσιν ὁρώμενοι. τοῖς δὲ μεσίοις, οἱ οὐράνιοι. τοῖς πένησι δὲ, οἱ ἐπίγειοι. οἱ χθόνιοι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, μόνοις τοῖς γεωργοῖς, καὶ τοῖς λανθάνειν τι πειρωμένοις εἰσὶν ἀγαθοί. καὶ οἱ θαλάσσιοι καὶ ποτάμιοι, τοῖς ναυτιλλομένοις καὶ τοῖς ἐξ ὕδατος ἢ δι' ὕδατος ἐργαζομένοις. οἱ δὲ πέριξ τούτων, πονηροὶ πᾶσι, πλὴν φιλοσόφων. οὗτοι γὰρ καὶ μέχρι πέρατος τῶν ὅλων τείνουσι τὴν ἑαυτῶν γνώμην. περὶ δὲ ἑκάστου αὐτῶν, καὶ κατ' ἰδίαν εἰπεῖν, διδασκαλικώτερον εἶναί μοι δοκεῖ. πρῶτον οὖν περὶ τῶν ὀλυμπίων ποιήσομαι τὸν λόγον.

rapis, Iſis, Anubis, Harpocrates, Hecatē ſubterranea, Erinnyes, & dæmones qui iuxta hos ſunt, & Timor & Terror, quos aliqui Martis filios dicunt. Ipſum autem Martem alicubi inter terreſtres, alicubi inter ſubterraneos Deos locare oportet. Qui demum circumcirca hos ambiunt dij, ſunt Oceanus, & Tethys, & Saturnus, & Titanes, & natura vniuerſorum. Porrò ſi quem in progreſſu ſermonis Deum protulero, ſimul repetam ſermonem ac rationem de ipſo. Ex his itaque propoſitis dijs olympij, multum potentibus tum viris, tum fœminis, proſunt ſi conſpiciantur. Mediocribus verò cœleſtes, pauperibus terreſtres. Subterranei autem vt plurimum ſolis agricolis, & qui cælare quid conantur, boni ſunt. Sicut marini & fluuiatiles nauigantibus, & his qui ex aqua, aut per aquam, quæſtum faciunt. Qui verò hos circum circa ambiūt dij, omnibus mali ſunt, exceptis philoſophis. Hi enim vſque ad finem vniuerſi mentem ſuam extendunt. Cæterùm de ſingulis dijs ſingillatim dicere euidentioris doctrinæ mihi eſſe videtur. Primùm igitur de olympijs ſermonem faciam.

Περὶ διὸς ὀλυμπίου.

Δία ἰδεῖν αὐτὸν, ὡς ὑπειλήφαμεν, ἢ ἀγάλματα αὐτοῦ ἐν οὐρανῷ ἔχοντα τὴν οἰκείαν σκευὴν, ἀγαθὸν ἀνδρὶ βασιλεῖ καὶ πλουσίῳ. κρατύνει γὰρ τῷ μὲν, τὸν πλοῦτον· τῷ δὲ, τὴν τύχην καὶ βασιλείαν. νοσοῦντι δὲ σωτηρίαν μαντεύεται, καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ ἔστιν ἀγαθός. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ἀτρέμας ἑστῶτα, ἢ καθεζόμενον ἐπὶ θρόνου καὶ μὴ κινούμενον τὸν θεὸν ἰδεῖν· εἰ δὲ καὶ κινοῖτο, εἰ μὲν πρὸς ἀνατολὰς, ἀγαθὸς ἂν εἴη· εἰ δὲ πρὸς δύσιν, πονηρός. ὥσπερ καὶ ὅταν εἰ μὴ τὴν οἰκείαν ἔχοι σκευήν. ὡς γὰρ φησὶν ὁ Πανύασις, ἄπρακτα καὶ ἀσθενῆ ἔσεσθαι τὰ πράγματα τῷ ἰδόντι προαγορεύει.

De Ioue Olympio.

Iouem ipſum videre qualem eſſe opinamur, aut ſtatuas ipſius in cœlo proprium ornatum habentes, bonum eſt viro regi, & opulento. alterius enim diuitias, alterius fortunam ac regnum adauget. Aegrotanti verò ſalutem præſagit, ſed & alijs bonus exiſtit. Præſtat autem ſemper quiete ſtantem aut in throno ſedentem, ita vt non moueatur, deum videre. Si vero moueatur, & id quidem ad exortum, bonus eſt: ſin ad occaſum, malus. Quemadmodum etiam ſi non proprium habeat habitum. Nam vt Panyaſis ait, inualida & imbecilla fore negocia ſomniantis prædicit.

De Iunone, & Rhea.

IVno eadem mulieribus quæ Iupiter viris portendit, verum viris minora. Eadem autem significatio Rheæ est, quæ & ipsius Iunonis.

De Diana.

DIana timentibus bona est. Nam quum Artemis Græcis appelletur, propter ipsum ἀρτεμὲς, hoc est incolumitatem, intrepidos ipsos conseruat. Est & puerperis bona hęc dea, λοχία enim à curando partu, Græcis vocatur, sicut Latinis Lucina à proferendo in lucem eadem dicitur. Venatoribus etiam vel maximè conducit, propter Dianam ἀγροτέραν appellatam, & piscatoribus, propter eandem λιμνῆτιν dictam: priore ab Agra regione, in qua primum venata esse fertur, posteriore à stagno deducta appellatione. Fugitiuos autem & ea quæ perdita sunt, inuentum iri promittit, nihil enim deam effugit. Agrotera autem & ceruos persequens, & arcum pro insigni habens, semper commodior est ad actiones obeundas, quàm quæ iuxta alium modum fabrefacta est. Cæterùm qui castiorem vitam delegerunt, his submissus & frugalis deæ habitus melior est, velut & Diana Ephesia, & Pergæa, & quæ apud Lycios Libera appellatur. Nihil autem differt, siue deam qualem esse credimus, siue statuam ipsius videamus. Siue enim carnei Dei appareant, siue velut statuæ ex materia fabricatæ, eandem rationem habent, verùm citius tum bona, tum mala significant ipsi dij immortales conspecti quàm statuæ ipsorum. Dianam nudam videre iuxta omnem modum nemini conducit.

De Apolline.

APollo musicis bonus est, est enim eloquentiæ & totius musicæ inuentor Deus. Bonus est & medicis, pæon enim appellatur, & vatibus & philosophis, perfectos enim & celebres ipsos fore præsagit, occulta etiam reuelat, idem

Περὶ ἥρας, καὶ περὶ ῥέας.

Ἥρα δὲ τὰ αὐτὰ γυναιξὶ τῷ διῒ σημαίνει. ἀνδράσι δὲ, ἧττονα. Τὰ δὲ αὐτὰ τῇ ἥρᾳ καὶ ἡ ῥέα σημαίνει.

Περὶ ἀρτέμιδος.

Ἄρτεμις τοῖς φοβουμένοις, ἀγαθή. διὰ γὰρ τὸ ἀρτεμὲς ὅπερ ἐστὶν ὑγιὲς, ἀφόβους αὐτοὺς διαφυλάττει. καὶ γυναιξὶ τικτούσαις, ἀγαθὴ ἡ θεός, λοχία γὰρ καλεῖται, κυνηγοῖς δὲ μάλιστα συμφέρει, διὰ τὴν ἀγροτέραν. καὶ ἁλιεῦσι διὰ τὴν λιμνᾶτιν. δραπέτας δὲ καὶ τὰ ἀπολλύμενα φησὶν εὑρεθήσεσθαι. οὐδὲν γὰρ τὴν θεὸν διαφεύγει. ἀεὶ δὲ ἡ μὲν ἀγροτέρα καὶ ἐλαφηβόλος πρὸς πράξεις, ἐπιτηδειοτέρα τῆς κατ᾽ ἄλλον τρόπον δεδημιουργημένης. τοῖς δὲ σεμνότερον ἐπανῃρημένοις βίον, ἡ κατεσταλμένη τῷ σχήματι ἀμείνων. οἷα ἡ Ἐφεσία καὶ ἡ περγαία, καὶ ἡ λεγομένη παρὰ λυκίοις ἐλευθέρα. οὐδὲν διαφέρει τὴν θεὸν ἰδεῖν ὁποίαν ὑπειλήφαμεν, ἢ ἄγαλμα αὐτῆς. ἐάν τε γὰρ σάρκινοι οἱ θεοὶ φαίνωνται, ἐάν τε ὡς ἀγάλματα ἐξ ὕλης πεποιημένα, τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον. θᾶττον δὲ καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ σημαίνουσιν αὐτοὶ οἱ θεοὶ οἱ ἀθάνατοι. ὁρώμενοι, ἤπερ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. Ἄρτεμιν γυμνὴν ἰδεῖν, κατὰ πάντα τρόπον οὐδενὶ συμφέρει.

Περὶ ἀπόλλωνος.

Ἀπόλλων μουσικοῖς ἀγαθὸς, λόγων γὰρ εὑρετὴς ὁ θεὸς, καὶ μουσικῆς πάσης. ἀγαθὸς δὲ καὶ ἰατροῖς, παιὼν γὰρ καλεῖται, καὶ μάντεσι καὶ φιλοσόφοις, ἐντελεῖς γὰρ αὐτοὺς καὶ ἐνδόξους ἔσεσθαι προαγορεύει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει, ὁ γὰρ αὐτὸς

εἶναι νενόμισται τῷ ἡλίῳ. Ἀπόλλων ὁ Δελφίνιος, ἀποδημίας καὶ κινήσεις εἴωθε σημαίνειν.

Περὶ Ἀθηνᾶς.

Ἀθηνᾶ, χειροτέχναις ἀγαθή, διὰ τὴν προσηγορίαν. ἐργάνη καλεῖται ἡ θεός. καὶ τοῖς γῆμαι βουλομένοις, σώφρονα γὰρ καὶ οἰκουρὸν ἔσεσθαι τὴν γυναῖκα μαντεύεται. ἀγαθὴ δὲ καὶ φιλοσόφοις, φρόνησις γὰρ εἶναι νενόμισται ἡ θεός, ὅθεν καὶ ἐξ ἐγκεφάλου γεγενῆσθαι φασὶν αὐτήν. καὶ γεωργοῖς ἀγαθή· τὸν γὰρ αὐτὸν τῇ γῇ λόγον ἔχει, ὡς φασὶν οἱ φιλόσοφοι. καὶ τοῖς ἐπὶ πόλεμον ὁρμῶσιν ἀγαθή. τὸν γὰρ αὐτὸν τῷ Ἄρει λόγον ἔχει. γυναιξὶ δὲ ἑταίραις καὶ μοιχευομέναις, πονηρά. ἔτι δὲ γυναιξὶ γήμασθαι προαιρουμέναις, παρθένος γὰρ ἡ θεός.

Περὶ πυρὸς αἰθερίου.

Πῦρ τὸ αἰθέριον, πᾶσιν ἀγαθόν, μάλιστα δὲ τοῖς νοσοῦσι· σωτηρίας γὰρ αὐτοῖς σημεῖον, ἐπεὶ μὴ μέτεισι τούτου τοῖς ἀποθανοῦσι. περὶ δὲ τῶν οὐρανίων ἑξῆς ἐροῦμεν.

Περὶ Ἡλίου. λϛ´.

Ἥλιος ἀπὸ ἀνατολῆς ἀνίσχων λαμπρὸς καὶ καθαρὸς καὶ καταδυόμενος εἰς δύσιν, πᾶσιν ἀγαθός· τοῖς μὲν γὰρ πράξεις προαγορεύει· ἀνίστησι γὰρ ἐξ ὕπνου καὶ προτρέπεται πράττειν· οἷς δέ, παίδων γένεσιν· ἡλίους γὰρ καὶ τὰ ἀρσενικὰ τέκνα οἱ γονεῖς ὑποκοριζόμενοι καλοῦσι· δούλους δὲ ἐλευθέρους ποιεῖ. ἥλιον γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν καλοῦσιν ἄνθρωποι, τοῖς δὲ λοιποῖς εἰς τὴν κτῆσιν ὠφέλιμον. τοὺς δὲ λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι πειρωμένους, βλάπτει. πάντα γὰρ ἐξελέγχει καὶ εὐσύνοπτα ποιεῖ. ἥλιος ἀπὸ δύσεως ἐξανατέλλων, τὰ κρυπτὰ ἐξελέγχει τῶν λανθάνειν δοκούντων, καὶ τὸν νοσοῦντα μετὰ ἀπόγνωσιν ἀνίστησιν, καὶ τὸν ὀφθαλμιῶντα, οὔ φησι τυφλωθήσεσθαι. ἐκ

enim cum sole esse putatur. Apollo porrò delphicus peregrinationes & motiones significare consueuit.

De Minerua.

Minerua bona est manuarijs artificibus, propter appellationem, Ergane enim, hoc est operatrix vocatur. Bona est & vxorem ducere volentibus, pudicam enim & domum custodiẽtem vxorẽ futurã esse præsagit. Bona est & philosophis, prudẽtia enim esse putatur ipsa dea, vnde etiam ex cerebro ipsam natam esse aiunt. Est & agricolis commoda, eandem enim quam terra rationem habet, velut philosophi tradunt. Conducit & belli studiosis, eandem enim cum Marte rationem habet. At verò mulieribus scortatricibus & adulteris mala est. Insuper & nubere volentibus, est enim virgo hæc dea.

De Igne ætherio.

Ignis æthérius omnibus bonus est, maximè ægrotantibus, salutis enim signum ipsis existit, quoniam demortui ipso non fruuntur. Consequenter porrò de cœlestibus dicemus.

De Sole. 36.

Sol ab exortu emergens splendidus & purus, subiensque sic in occasum, omnibus bonus est, alijs enim actiones prædicit, experge facit enim ex somno, & ad agendum cohortatur: alijs puerorum generationem, soles enim masculos liberos parentes adblandientes appellant, seruos autem liberos facit. Solem enim etiam libertatem homines vocant, reliquis ad opes parandas commodus est. At verò eos qui latere & se occultare conantur lædit. Omnia enim reuelat & conspicua facit. Sol ab occasu exoriens, occulta reuelat eorum qui se latere putant, & ægrotum post desperationem erigit, & lippientem non fore cæcum dicit. Ex

multis enim tenebris lucem videbit: & apud exteros degentem reducit, etiam si iam desperatus existat. Bonus est & ei qui ad occidentem abire instituit, reditum enim ipsi inde prædicit, & ei qui ab occasu aliquem expectat, iam enim ipsum ad reditum accinctum esse significat. Reliquis ad omnem aggressionem & omnem spem contrarius existit, & quæ proposuimus perficere non sinit. Nam si hic contrario naturæ motu moueatur, verisimile est & totam naturam, & eius partes ægrotare. Est autem omnino etiam is qui somnium vidit pars aliqua totius naturæ. Cæterum pro ratione dictorum, etiam solem à meridie aut septentrione orientem, aut in meridiem vel septentrionem occidentem iudicare oportet. Sol obscurus, aut subcruentus, aut præ feruore murmurans, omnibus malus & absurdus est, partim actionum impedimenta indicans partim liberis somniantis morbum aut periculum, aut ipsius oculis morbum prædicit. Eis verò qui aliquid latere volunt, & timentibus commodus obseruatus est, alteri enim latebunt, alteri nihil patientur mali. Obscurus enim sol minus adurit. Sol in terram descendens incendij ac vsturæ signum est. Idem significat etiam si in quoddam domicilium intrauerit. Sol in cubile alicuius incumbens & minans, morbum magnum & inflammationes prædicit. Si verò quid dicat boni aut demonstret, opulentiæ signum est. Multis verò etiam filiorum generationem prædixit. Sol disparens omnibus malus, exceptis his qui latere volunt, & qui arcana operantur. Vt plurimùm verò oculorum cæcitatem futuram, aut liberorum interitum prædicit. Sol non qualis est, sed qualis ab hominibus esse putatur, & recepto more colitur, in humana specie si videatur, habitum habens aurigæ, athletis bonus est, & his qui peregrinari cupiunt, & aurigis: verum ægrotantibus periculosus & perniciosus existit. Semper autem melius est solis splendorem in domũ intrantem, quàm ipsum solẽ videre. Splẽdor enim propterea, quòd lucidiorem domum facit, acquisitionem bonorum portendit. Sol verò nõ sustinere posse eos qui in domo sunt malorũ vim significat.

πολλοῦ γὰρ σκότους τὸ φῶς ὄψεται, καὶ τὸν ἀπόδημον ἐπανάξει, κἂν ἀπηλπισμένος αὖ τύχῃ. ἀγαθὸν δέ ἐστι καὶ τῷ εἰς δύσιν προαιρουμένῳ ἀπιέναι. τὴν γὰρ ἐκεῖθεν ἀνακομιδὴν προαγορεύει αὐτῷ. καὶ τῷ ἀπὸ δύσεως προσδεχομένῳ τινά. ἤδη γὰρ αὐτὸν κεκινῆσθαι πρὸς τὴν ἐπάνοδον σημαίνει. τοῖς δὲ λοιποῖς, πρὸς πᾶν ἐγχείρημα καὶ πᾶσαν ἐλπίδα ἐναντίος καθίσταται. καὶ τὰ κατὰ προαίρεσιν, οὐκ ἐᾷ τελεσθῆναι. τοῦτο γὰρ ὡς εἰκὸς τὴν ἐναντίαν φύσει κινούμενος κίνησιν, νοσεῖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὰ ἐπὶ μέρους· πάντως δὲ καὶ ὁ ἰδὼν τὸν ὄνειρον, μέρος ἐστὶ τοῦ ὅλου. πρὸς λόγον δὲ τῶν εἰρημένων καὶ τὸν ἀπὸ μεσημβρίας ἢ ἄρκτου ἀνατέλλοντα, ἢ εἰς μεσημβρίαν ἢ ἄρκτον δύνοντα, κρίνειν χρή. ἥλιος ἀμαυρὸς ἢ ὕφαιμος ἢ μορμύρων, πᾶσι πονηρὸς καὶ ἄτοπος γίνεται. τοῦτο μὲν ἀπραξίας δηλῶν. τοῦτο δὲ καὶ τέκνοις τοῦ ἰδόντος νόσον ἢ τινὰ κίνδυνον. ἢ τοῖς ὄμμασιν αὐτοῦ νόσον προαγορεύει. τοῖς δὲ λανθάνειν τι πειρωμένοις καὶ τοῖς φοβουμένοις, ἐπιτήδειος τετήρηται. οἱ μὲν γὰρ λήσονται οἱ δὲ, οὐδὲν πείσονται πονηρόν. ἧττον γὰρ ὁ ἀμαυρὸς ἐπικαίει. Ἥλιος εἰς γῆν κατιὼν, ἐμπρησμοῦ καὶ πυρκαϊᾶς ἐστὶ σημεῖον. τὸ δὲ αὐτὸ σημαίνει, καὶ ἐπί τι τῶν οἰκουμένων εἰσιών. Ἥλιος ἐπὶ κοίτην τινὸς κατακείμενος καὶ ἀπειλῶν, νόσον μεγάλην καὶ φλεγμονὰς προαγορεύει. λέγων δέ τι ἀγαθὸν καὶ δεικνὺς, εὐπορίας ἐστὶ σημεῖον. πολλοῖς δὲ καὶ υἱῶν γένεσιν προηγόρευσεν. Ἥλιος ἀφανιζόμενος, πᾶσι πονηρός. πλὴν τῶν λανθάνειν πειρωμένων, καὶ τὰ ἀπόρρητα ἐργαζομένων. ὡς δὲ ἐπιτοπλεῖστον, ὀφθαλμῶν πήρωσιν ἔσεσθαι ἢ τέκνων ὄλεθρον προαγορεύει. ἥλιος οὐχ οἷος ἐστὶν ἀλλ' οἷος νενόμισται ἐν ἀνθρώπου ἰδέᾳ βλεπόμενος, σχῆμα ἔχων ἡνιόχου, ἀθληταῖς ἀγαθὸν καὶ τοῖς ἀποδημεῖν ἐπιθυμοῦσι καὶ ἁρματηλάταις. νοσοῦσι δὲ, ἐπικίνδυνος καὶ ὀλέθριος καθίσταται. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ἡλίου αὐγὴν εἰς οἰκίαν εἰσιοῦσαν, ἤπερ αὐτὸν τὸν ἥλιον ἰδεῖν. ἡ μὲν γὰρ διὰ τὸ φωτεινότερον ποιεῖν τὸν οἶκον, ἐπίκτησιν σημαίνει. ὁ δὲ, οὐκ ἂν ὑπομεῖναι τοὺς ἔνδον τὰ δεινὰ σημαίνει.

οὐδὲ γὰρ ἀντιβλέψαι αὐτῷ ἐστιν. οὔτε διδούς τι ὁ ἥλιος οὔτε ἀφαιρούμενος ἀγαθὸς ἂν εἴη. διδοὺς μὲν γὰρ κινδύνους σημαίνει· ἀφαιρούμενος δὲ, ὄλεθρον. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ἄγαλμα ἰδεῖν τοῦ θεοῦ τούτου ἐν ναῷ ἱδρυμένον ἑστὼς ἐπὶ βάσεως, ἢ αὐτὸν τὸν θεὸν ὁποῖος νενόμισται. καὶ γὰρ τὰ ἀγαθὰ τελειότερα προαγορεύει τὸ τοιοῦτον ὄναρ, καὶ τὰ κακὰ ἥττονα. οἷος δὲ ἐστι καὶ οἷος βλέπεται ἐν οὐρανῷ φαινόμενος, καὶ οὕτως ἀγαθὸν ἂν εἴη.

Nemo enim contra ipsum tueri potest. Sed neque dans aliquid, neque auferens sol, bonus existit. Dans etenim pericula denuntiat, auferens verò perniciem. Præstat porrò semper statuam huius dei in templo locatam videre, basiq; innixam, quàm ipsum deum qualis esse creditur. Nam & bona perfectiora hoc somnium prædicit, & mala minora. Qualis autem est, & qualis in cœlo apparens cernitur, talis sanè si per somnium videatur, bonus itidem fuerit.

Περὶ σελήνης. λζ΄.

De Luna. CAP. 38.

Σελήνη γυναῖκα σημαίνει τοῦ ἰδόντος καὶ μητέρα, τροφὸς γὰρ εἶναι νενόμισται, καὶ θυγατέρα καὶ ἀδελφήν. κόρη γὰρ καλεῖται, καὶ χρήματα καὶ εὐπορίαν, καὶ πραγματείαν ψηφίζεται, καὶ πλοῦν, πρὸς γὰρ τὴν ταύτης κίνησιν καὶ οἱ κυβερνῆται ναυτίλλονται, καὶ ἀποδημίαν, ὅτι ἐστὶν ἀεικίνητος, καὶ τὰ τοῦ ἰδόντος ὄμματα, ὅτι τοῦ ὁρᾶν καὶ αὐτὴ ἐστὶν αἰτία καὶ δέσποινα. κοινὸν γὰρ πάντες οἱ θεοὶ λόγον ἔχουσι πρὸς δεσπότας. οἱ μὲν γὰρ ἄρσενες, πρὸς ἄρσενας, αἱ δὲ θήλειαι, πρὸς θηλείας. ὀρθῶς γὰρ καὶ τοῦτο τὸ παλαιὸν ἔχει· τὸ κρατοῦν, δύναμιν ἔχει θεοῦ. καὶ ἐὰν μὲν ἐπὶ τὸ κρεῖττον καὶ ἥδιον τρέπηται ἡ σελήνη, τὴν ἀπὸ τούτων ἢ διὰ τούτων ὠφέλειαν σημαίνει. ἐὰν δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον, τὴν ἀπὸ τούτων ἢ διὰ τούτων βλάβην. ὁμοίως καὶ αἱ πλείονες γινόμεναι σελῆναι, καὶ ἡ οὖσα ὅταν ἀπολύηται. τὸ δὲ δοκεῖν ἐν τῇ σελήνῃ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα βλέπειν, ἄπαιδι μὲν, υἱοῦ γένεσιν δηλοῖ. γυναικὶ δὲ ἰδούσῃ, θυγατέρα. ὁρᾶται γὰρ ἕκαστος ὁμοίαν ἑαυτοῦ εἰκόνα. τοκισταῖς, τραπεζίταις ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐρανισταῖς, καὶ δανεισταῖς, καὶ ἐρανάρχαις. πολλὰ γὰρ πορίσουσιν. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς φαίνεσθαι βουλομένοις. τοὺς δὲ ἀποκρυπτομένους ἐλέγχει. νοσοῦντας δὲ καὶ τοὺς πλοϊζομένους ἀναιρεῖ, τοὺς μὲν ὑδρωπιάσαντας. ἐπεὶ φύσει ἐστὶν ὑγρά. τοὺς δὲ, ναυαγίῳ περιπίπτοντας. ὅσα δὲ ἂν ὁ ἥλιος ἀγαθὰ σημαίνῃ, ταῦτα καὶ ἡ σελήνη. ὁμοίως καὶ ὅσα ἂν

Lvna vxorem significat somniantis, itemque matrem, nutrix enim esse putatur, & filiam & sororem, Core enim, id est puella appellatur, & pecunias & diuitias & negociationẽ decernit, itemq; nauigationem, ad huius enim motum gubernatores nauigant, & peregrinationem, quia in perpetuo motu versatur, & somniantis oculos, quoniam videndi etiam ipsa causa est & domina. Communem porrò omnes dei rationem habent ad dominos. Mares quidem ad mares, fœminæ verò ad fœminas. Rectè enim vetus prouerbium ait: Quicquid dominatur vim habet dei. Quare siquidem in melius & iucundius mutetur luna, vtilitatem ab his aut per hos qui dominantur significant. Si verò in peius, detrimentum ex iisdem aut per eosdem. Similiter etiam quum plures fiunt lunæ, & quum ea quæ est euanescit. At verò si quis putet se imaginem suam in luna videre, ei quidem qui liberos non habet, filij natiuitatem præsagit, mulieri verò somnianti filiæ. Cernit enim vnusquisque similem suiipsius imaginem, hoc est filium vel filiam. Bonum est hoc somnium & nummularijs, & fœneratoribus, & symbolo conuiuali colligendo præfectis, multum enim quæstum facient. Bonum est & his qui videri volunt, verùm occultatos reuelat. Aegrotantes autem & nauigantes occidit, illos quidem morbo inter cutem aquæ subijciens, quoniam natura humida existit. Hos verò in naufragium delapsos. Quæcunque bona sol significat, eadem prædicit etiam luna. Similiter & quæcunque mala,

mala, semper tamen minora. Nam & hæc minus calida est sol. Significatque semper euentus non sine fœmina persona perfectum iri.

De Stellis.

CAP. 38.

STellæ simul omnes splendidæ ac puræ conspectæ, & ad peregrinationem, & ad alias actiones, & ad arcana, bonæ sunt. Neque enim eandem cum sole aut luna rationem habent. Nam & absque his conspicuæ existunt & illustres. Cũ his verò aut penitus latentes, aut obscuriores apparent. Vnaquæque autem stella priuatim aut à colore, aut magnitudine, aut motu, aut figura motus iudicetur. Si sanè quis errorem vitare velit, quæ res vel maximè in astrorum speculationis tractatione manifesta fieri potest. At verò astra siue sydera singula iuxta suas vires etiam euentus faciunt. velut, quæ hyemis sunt causa, anxietates & pericula, & turbationes significant. Quæ verò serenitatis, felicitatem & prosperitatem, & opulentiam. Quæ deinde constitutionis solstitij causa sunt, æstiua mutationem in melius significant, hyberna, in peius. Quin & aliqua ex ipsis etiam fabulis quæ de ipsis feruntur, similes euentus inducunt, de quibus singulatim dicere longum sanè foret, præsertim quum tota ratio ipsorum omnibus nota sit, qui saltem non penitus eruditionis omnis sunt expertes. Stellæ deficientes è cœlo, diuitibus quidem multam paupertatem & solitudinem significãt. Simile est enim cœlum domui somniantis, stellæ verò possessionibus opibúsque ac hominibus in domo. Pauperibus verò interitum præsagit. Solis autem his bonum fuerit huiusmodi somnium, qui magnum aliquod malum perpetrare proposuerunt: perficient enim vtcumque ardua tentauerint. Audiui porrò quodam mihi narrante, quòd quidam putarat stellas è cœlo omnes defecisse, & caluus factus est. Quam enim rationem habet cœlum

κακά, ἀεὶ δὲ ἥττονα. καὶ γὰρ αὕτη, ἧττον ἐστὶ τοῦ ἡλίου θερμή. σημαίνει δὲ ἀεὶ τὰ ἀποτελέσματα, μὴ ἄνευ θηλυκοῦ προσώπου τελεσθῆναι.

Περὶ ἀστέρων. λη.

Ἀστέρες ὁμοῦ μὲν πάντες λαμπροὶ καὶ καθαροὶ ὁρώμενοι, καὶ πρὸς ἀποδημίαν εἰσὶν ἀγαθοὶ, καὶ πρὸς ἄλλας πράξεις καὶ πρὸς τὰ ἀπόρρητα. οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον τῷ ἡλίῳ, ἢ τῇ σελήνῃ· καὶ γὰρ ἄνευ τούτων ἐκφανεῖς εἰσὶ, μετὰ δὲ τούτων, ἤτοι τέλεον ἀφανεῖς, ἢ καὶ ἀμαυρότεροι φαίνονται. ἰδίᾳ δὲ ἕκαστος ἢ ἀπὸ τοῦ χρώματος ἢ ἀπὸ τοῦ μεγέθους ἢ ἀπὸ τῆς κινήσεως ἢ ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ κατὰ τὴν κίνησιν κρινέσθω, εἴ γε μή τις διαμαρτάνειν θέλοι. μάλιστα δὲ ἂν ἐπὶ τοῦ ἐν ἀστροσκοπίᾳ λόγου τὸ τοιοῦτον σαφέστερον γένοιτο. τῶν δὲ ἀστέρων ἕκαστον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ τὰ ἀποτελέσματα ποιεῖ. οἷον τὰ χειμῶνος αἴτια, δυσθυμίας καὶ κινδύνους καὶ ταραχὰς σημαίνουσι. τὰ δὲ εὐδίας αἴτια, εὐπραξίας καὶ εὐημερίας καὶ πλουτισμὸν σημαίνουσι. τὰ δὲ τροπῆς τοῦ καταστήματος αἴτια, τὴν ἐπὶ τὰ βελτίονα τὰ θερινὰ μεταβολὴν σημαίνει. τὰ δὲ χειμερινὰ, τὴν ἐπὶ τὰ χείρονα. ἤδη δὲ αὐτῶν ἔνια καὶ τοῖς μύθοις τοῖς περὶ αὐτὰ τὰς ἀποβάσεις ὁμοίας ἐπιφέρουσι. περὶ ὧν ἑκάστου λέγειν, μακρὸν ἂν εἴη καὶ ταῦτα τοῦ περὶ αὐτὰ λόγου πρὸς πάντων ἐγνωσμένου τῶν γε μὴ ἀπαιδεύτων. Ἀστέρες ἐκλείποντες τοῦ οὐρανοῦ, πλουσίοις μὲν, πενίαν πολλὴν καὶ ἐρημίαν σημαίνουσιν. ἔοικε γὰρ ὁ μὲν οὐρανὸς, τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἰδόντος· οἱ δὲ ἀστέρες, τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν κτήμασί τε καὶ ἀνθρώποις. πένησι δὲ, ὄλεθρον μαντεύεται. μόνοις δὲ ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ὄναρ ἀγαθὸν, τοῖς μέγα τι βουλομένοις κακὸν ποιεῖν, ἀνύσουσι γὰρ καὶ εἰ μεγάλοις ἐπιχειροῦσιν. Ἤκουσα δὲ τινος λέγοντος, ὡς ἄρα ἐδόκει τις τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ ἐκλελοιπέναι, καὶ φαλακρὸς ἐγένετο. ὃν γὰρ ἔχει λόγον ὁ οὐρανὸς

πρὸς τὸν ὅλον κόσμον, τὸν αὐτὸν καὶ ἡ κεφαλὴ πρὸς τὸ σῶμα. καὶ πάλιν ὃν ἔχουσι λόγον οἱ ἀστέρες πρὸς τὸν οὐρανόν, τὸν αὐτὸν καὶ αἱ τρίχες πρὸς τὴν κεφαλήν. οὔτε δὲ καταπίπτοντες ἐπὶ γῆν οἱ ἀστέρες εἰσὶν ἀγαθοί, οὔτε ἀφανιζόμενοι. πολλῶν γὰρ ὄλεθρον μαντεύονται. καὶ ἀξιολόγων μὲν ἀνθρώπων, οἱ μεγάλοι. λιτῶν δὲ καὶ ἀσήμων, οἱ λεπτοὶ καὶ ἀμαυροί. οὐδὲ τὸ δοκεῖν κλέπτειν ἀστέρας ἀγαθόν. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἱερόσυλοι ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ οἱ ἰδόντες ἐγένοντο. οὐ μὴν ἔλαθόν γε ἀλλὰ ἑάλωσαν. ἔπραξαν μὲν γὰρ διὰ τὸ καὶ τῶν ἀστέρων κεκρατηκέναι. ἑάλωσαν δέ, διὰ τὸ τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιχειρεῖν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐσθίειν δοκεῖν ἀστέρας ἀγαθὸν οὐδενί. πλὴν μάντεων καὶ τῶν τὰ οὐράνια διασκεπτομένων. τούτοις γὰρ ἐργασίας σημαίνουσι καὶ πολλὴν περίκτησιν. τοῖς δὲ λοιποῖς, ὄλεθρον μαντεύεται. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ ὑπὸ στέγην ἰδεῖν ἀστέρας. ἢ γὰρ τὴν οἰκίαν ἔρημον γενομένην ἀποστεγασθῆναι καὶ καυθῆναι σημαίνουσιν, ἵνα καὶ ἔνδοθεν οἱ ἀστέρες φαίνωνται, ἢ τὸν ἄρχοντα τῆς οἰκίας ἀποθανεῖν. παρήλιοι δὲ καὶ δοκίδες, καὶ σέλας, καὶ οἱ λεγόμενοι κομῆται ἀστέρες, καὶ οἱ πωγωνίαι, τὰ αὐτὰ σημαίνουσιν, οἷα καὶ οἱ ὑπὲρ ἀέρα ὁραθέντες εἰώθασι ποιεῖν.

ad totum mundum, eandem habet etiam caput ad corpus. & rursus, quam rationem habent stellæ ad cœlum, eandem etiam capilli ad caput. Cæterum neque delabentes in terram stellæ, neque disparentes bonæ sunt. Multorum enim perniciem præsagiunt. Magnæ quidem, hominum magnæ æstimationis, vulgarium verò & ignobilium paruæ & obscuræ. Sed neque furari stellas sibi videri bonũ est. Vt plurimùm enim sacrilegi hoc somnium somniantes euaserunt, non tamen elapsi, sed deprehensi pœnas pependerunt. & perpetrauerunt quidem facinus, propterea quòd stellis potentiores essent. deprehensi verò sunt, ob id quòd plus quam humanarum virium est, tentassent. Insuper verò neque comedere stellas bonum cuipiam est, exceptis vatibus, & qui cœlestium speculationi sunt intenti, his enim quæstum significat & multam rerum acquisitionem: reliquis interitum præsagit. Malum est item sub tecto stellas videre. Aut enim domum desertam redditam, detectum & exustum iri significant, quo etiam intus stellæ appareāt, aut dominum domus moriturum esse. At verò prælij, & trabes, & iubar, & stellæ quæ cometæ siue crinitæ appellantur, item stellæ barbatæ siue pogoniæ, eadem significant, quæ facere solent, vbi in aëre apparentes sunt conspectæ.

Περὶ ἴριδος. λθ'.

Ἶρις δὲ δεξιὰ μὲν ὁρωμένη, ἀγαθή. εὐώνυμος δέ, πονηρά. δεξιὰν δὲ καὶ εὐώνυμον, οὐ πρὸς τὸν οὐρανὸν χρὴ νοεῖν ἀλλὰ πρὸς τὸν ἥλιον. ὅπως δ' ἂν φαίνηται, ἀεὶ τοῖς ἐν πενίᾳ πολλῇ, ἢ ἄλλῃ τινὶ περιστάσει οὖσιν, ἀγαθὴ νομιζέσθω, καὶ γὰρ αὕτη τρέπει ἀεὶ τὸ κατάστημα, καὶ τὸ περιέχον ἀλλοιοῖ, πᾶσι δὲ τοῖς ἐν περιστάσει οὖσιν, ἀγαθαὶ τῶν καθεστώτων μεταβολαί.

De Iride. CAP. 39.

IRis dextra quidem conspecta bona est. Sinistra verò mala. Dexteram autem & sinistram, non ad cœlum intelligere oportet, sed ad solem. Quomodocunque autem apparuerit, semper his qui in multa paupertate, aut alio aliquo infortunio constituti sunt, bona iudicetur. Hæc enim aëris constitutionem & statum semper mutat, & ambientem alterat, omnibus autem in infortunio constitutis, & aliqua calamitate pressis, bonæ sunt præsentis status mutationes.

Περὶ νεφῶν. μ'.

Νέφη δὲ τὰ μὲν λευκά, εὐπραξίας ἐστὶ σημαντικά, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν αἰρό-

De Nebulis. CAP. 40.

NEbulæ albæ felicitatis significatiuæ sunt, & à terra in cœlũ sursum vet-

gentes vt plurimum peregrinationem significant, & eos qui apud exteros viuūt reducunt, & occulta reuelant. fuluæ autem improsperum rerum successum significant. Caliginosæ, anxietates. Nigræ, tempestatem aut tristitiam.

De Ventis. CAP. 41.

VEnti leniter & placidè spirantes boni sunt. impetuosi verò & violenti, homines iniucundos & perfidos significant. Turbines autem & venti vehementes pericula & magnas turbationes inducunt. Sed hoc considerare oportet, Quòd venti nubilum aërem facientes omnibus quidem aliis qui in propatulo agunt, mali sunt. Solis verò his qui occultantur boni. Qui serenitatis causa sunt, contraria significant. Porrò his qui ex peregrinatione reduces expectant, semper hi venti boni sunt, qui ex his regionibus vbi illi peregre degunt, spirant. Contrarij verò eosdem apud exteros detinent. Atq; hæc quidem de cœlestibus, verum de terrestribus diis hoc modo iudicare conuenit.

De Diis terrestribus. CAP. 42.

SEnsibiles quidem dei timorum & periculorum & calamitatum significationem habent. Nam interdiu impetentes eiusmodi malorum causa fiunt. Significant item diuersimodè, & nihil simile inter se vnusquisque apparens. Velut verbi gratia, Hecaten videre trina facie præditam super basi stantem, motus & peregrinationes significat. *ἐνοδία* enim dea appellatur, propterea quòd in viis statua eius poni soleret. Eandem verò vnam faciem habentem videre, omnibus malum est. Vt plurimum ab externa regione aut ab externo homine mala futura prædicit. Semper autem præsentium rerum statu emouet somniantem, & in iisdem manere non finit qualicunque tandem specie appareat. Si verò moueatur ipsa dea, & ob viam veniat, iuxta habitum, & aspectum, & ea quæ ab ipsa tenentur, euentus significat. Sed de his dicere, neque pium

φερόμενα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἀποδημίας σημαίνει, καὶ τοὺς ἀποδημήσαντας ἄγει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. τὰ δὲ πυῤῥά, ἀπραξίας ἐστὶ σημαντικά, καὶ τὰ ζοφώδη, δυσθυμίας· καὶ τὰ μέλανα, χειμῶνος ἢ λύπης.

Περὶ ἀνέμων. μα΄.

ΑΝεμοι δὲ πράως καὶ ἠρέμα πνέοντες, ἀγαθοί. λάβροι δὲ καὶ βίαιοι, σημαίνουσιν ἀνθρώπους ἀηδεῖς καὶ ἀγνώμονας. λαίλαπες δὲ καὶ οἱ σφοδροὶ ἄνεμοι, κινδύνους καὶ μεγάλας ἐπιφέρουσι ταραχάς. χρὴ δὲ καὶ τοῦτο σκοπεῖν. ὅτι οἱ μὲν συννεφῆ ποιοῦντες τὸν ἀέρα, πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις εἰσὶ πονηροί, τοῖς περιαναφερομένοις· μόνοις δὲ τοῖς ἀποκρυπτομένοις ἀγαθοί. οἱ δὲ αἰθρείας αἴτιοι, τὰ ἐναντία σημαίνουσιν. ἀεὶ δὲ τοῖς ἀποδήμους προσδοκῶσιν, οἱ ἀπὸ τῶν κλιμάτων ἐκείνων ἐξ ὧν εἰσιν οἱ ἀπόδημοι πνέοντες, εἰσὶν ἀγαθοί. οἱ δὲ ἐναντίοι, κατέχουσι τοὺς ἀποδήμους. Ταῦτα μὲν περὶ τῶν οὐρανίων, περὶ δὲ τῶν ἐπιγείων θεῶν, ὧδε κρίνειν προσήκει.

Περὶ τῶν ἐπιγείων θεῶν. μβ΄.

ΟΙ μὲν αἰσθητοὶ θεοί, φόβων καὶ κινδύνων καὶ περιστάσεων εἰσὶ σημαντικοί. καὶ γὰρ μεθ' ἡμέραν ἐπιφερόμενοι τῶν τοιούτων αἴτιοι καθίστανται. σημαίνει δὲ καὶ διαφορὰν καὶ οὐδὲν ὅμοιον ἀλλήλοις ἕκαστος φαινόμενος, οἷον Ἑκάτην ἰδεῖν τριπρόσωπον ἑστῶσαν ἐπὶ βάσεως, κινήσεις καὶ ἀποδημίας σημαίνει. ἐνοδία γὰρ ἡ θεὸς καλεῖται. μονοπρόσωπον δὲ ἰδεῖν, πονηρὸν πᾶσιν. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἀπὸ ξένης τὰ δεινὰ ἢ ἀπὸ ξένου ἐσόμενα προαγορεύει. ἀεὶ δὲ τῶν καθεστώτων κινεῖ πραγμάτων τὸν ἰδόντα, καὶ οὐκ ἐᾷ μένειν ἐν τοῖς αὐτοῖς, οἵα ἂν φαίνηται καὶ ὁποία. κινουμένη δὲ ἡ θεὸς καὶ συναντῶσα κατὰ σχῆμα καὶ τὰς ὄψεις καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς κρατούμενα, σημαίνει τὰ ἀποτελέσματα. περὶ ὧν λέγειν οὔτε ὅσιον,

οὔτε ἀσφαλές. ἄδηλος δὲ ὁ λόγος τοῖς μεμυημένοις τῇ θεῷ. οἱ δὲ ἀμύητοι, παρὰ τῶν μεμυημένων μανθανέτωσαν.

Περὶ Πανός.

ΠΑ'Ν νομεῦσιν ἀγαθός, διὰ τὸ νόμιον, καὶ κυνηγοῖς, διὰ τὸ ἄγριον. τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀκαταστασίας καὶ θορύβους σημαίνει, καὶ ἐφ' οἷς τις μέγα φρονεῖ, τὰ αὐτὰ αὐτῷ μὴ βέβαια εἶναι. οὐ γὰρ ἀσφαλῶς ὑποκειμένας ἔχει τὰς βάσεις τῶν ποδῶν ὁ θεός. λέγουσι δὲ ἔνιοι, ὡς τοῖς περὶ τὸν διόνυσον τεχνίταις ἐστὶν ἀγαθός.

Περὶ Ἐφιάλτου.

Ὁ δὲ ἐφιάλτης, ὁ αὐτὸς εἶναι τῷ πανὶ νενόμισται. διάφορα δὲ σημαίνει, θλίβων γὰρ βαρέως καὶ οὐδὲν ἀποκρινόμενος, θλίψεις καὶ στενοχωρίας σημαίνει. ὅ, τι δ' ἂν ἀποκρίνηται ἐρωτώμενος, τοῦτο ἐστὶν ἀληθές. ἐὰν δέ τι καὶ διδῷ καὶ συνουσιάζῃ, μεγάλας ὠφελείας προαγορεύει. μάλιστα δὲ ὅταν μὴ βαρῇ. ὅ, τι δ' ἂν προσιὼν πράξῃ, τοὺς νοσοῦντας ἀνίστησιν. οὐ γὰρ ἀποθνῄσκουσι πρόσεισί ποτε ἀνθρώποις.

Περὶ Ἀσκληπιοῦ.

Ἀσκληπιὸς ἱδρυμένος μὲν ἐν ναῷ καὶ ἑστὼς ἐπὶ βάσεως καὶ ὁρώμενος καὶ προσκυνούμενος, ἀγαθὸς ἐν πᾶσι, καὶ περὶ πάντων ἐγχειρημάτων βραχείας μόνον εἴωθε νόσους ποιεῖν. κινούμενος δέ, ἢ προσιών, ἢ εἰς οἰκίας εἰσιών, νόσον καὶ λοιμὸν μαντεύεται. τότε γὰρ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις δεῖ τοῦ θεοῦ τούτου. τοῖς δὲ ἤδη νοσοῦσι σωτηρίαν προαγορεύει, παιήων γὰρ ὁ θεὸς λέγεται. ἀεὶ δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς τοὺς ἐν ταῖς χρείαις λαμβανομένους καὶ τοὺς οἰκονομοῦντας, τὸν οἶκον τοῦ ἰδόντος δηλοῖ. ἐν δὲ ταῖς δίκαις συνηγόρους σημαίνει.

neque tutum est. Quorum sanè omnium ratio manifesta est his qui eius deæ sacris initiati sunt. Qui verò non initiati sunt, ab initiatis discant.

De Pane.

PAn pastoribus bonus est, propter pasturam, & venatoribus, propter feritatem. Reliquis seditiones & tumultus significat, & ea propter quæ quis maximè sibi placet non firma esse. Non enim securè suffultos pedum gressus Deus ipse habet. Dicunt aliqui quòd Dionysiacis artificibus commodum sit numen.

De Ephialte.

EPhialtes idem esse qui Pan creditur, & Latinis incubus appellatur. Diuersa autem significat, grauiter enim premens & nihil respondens, tribulationes & angustias significat. Quicquid autem responderit interrogatus, hoc verum est. Si verò etiam quid dederit, & coiuerit, magnas vtilitates prædicit, maximè si non grauauerit. Quicquid verò accedens fecerit, ægrotos erigit. Nunquam enim ad mortuos homines accedunt Panes.

De Aesculapio.

AEsculapius locatus in templo, & super basi stans conspectus & adoratus, omnibus, & in omnibus aggressionibus bonus est, breues solummodo morbos inducere solitus. Si verò moueatur, aut accedat, aut in domum ingrediatur, morbum & pestem præsagit. Tunc enim maximè hominibus opus est hoc Deo. His autem qui iam ægrotant salutem prædicit, pæon enim Deus appellatur. Semper porrò eos qui domesticis vsibus ac necessitatibus inseruiunt, & domus villicos, Æsculapius indicat. Verùm in litibus aduocatos & patronos significat.

De Dioscuris.

DIoscuri nauigantibus hyemem portendunt, his verò qui super terram sunt seditionem, aut lites, aut bellum, aut magnum morbum. Ad finem verò omnibus malis indemnes liberant, & eos qui iam in aliqua clade sunt citò eripiunt. Seruatores enim dij sunt, verùm eorum qui prius in aliquo timore discriminéque ac periculo fuerunt.

Περὶ διοσκούρων.

ΔΙόσκουροι τοῖς πλωϊζομένοις χειμῶνος εἰσὶ σημαντικοί. τοῖς δὲ ἐν γῇ οὖσι, στάσεως, ἢ δικῶν, ἢ πολέμου, ἢ μεγάλης νόσου. πάντων δὲ τῶν δεινῶν εἰς τέλος ἀζημίους ἀπαλλάττουσι, καὶ τοὺς ἤδη ὄντας ἔν τινι τούτοις ταχέως ἀπαλλάττουσι. σωτῆρες γὰρ εἰσὶν οἱ θεοί, ἀλλὰ τῶν πρότερον ἐπί τινι φόβῳ ἢ κινδύνῳ γινομένων.

De Hercule.

HErculem videre aut statuam ipsius, omnibus bonum propositum habentibus, & iuxta legem viuentibus, bonum est, & maximè si ab aliquibus iniuria afficiantur. Semper enim hic deus, etiam quum in humanis esset, auxilium tulit iniuria oppressis, eorúmque vindex ac assertor fuit. Verùm his qui præter leges faciunt, & qui iniustum quiddam perpetrant, malus est deus, ob eandem rationem. Bonus est autem prodeuntibus in certamen, aut ad litem, aut pugnam aliquam Callinicus enim quasi præstans victor, deus appellatur. At verò videri sibi conuersari cum deo, & aliquid communiter facere, aut eodem cibo cõmunicare, aut habitum eundem habere, aut à deo leoninam, aut clauam aut aliud quoddam armorum genus accipere, omnibus absurdum & malum esse obseruatum est, & sanè per longam experientiam huiusmodi cognoui, quanquam hæc nullo cuiusquam bono euenire, & veritati consentaneum est. Qua enim deus vsus est vita, eam somnianti impartitur. Dura autem & ærumnosa erat dei vita, quum in humanis ageret, etiamsi valde clarus & illustris esset. Sæpè verò & in eiusmodi monstra illapsurum esse significat, quibus ipse deus hæc arma habens congressus est.

Περὶ Ἡρακλέους.

ἩΡακλέα μὲν ἰδεῖν, ἢ ἄγαλμα αὐτοῦ, πᾶσι τοῖς εὐπροαιρέτοις καὶ κατὰ νόμον ζῶσιν, ἀγαθός, καὶ μάλιστα ἐὰν πρός τινων ἀδικῶνται. ἀεὶ γὰρ ὁ θεὸς καὶ ὅτε ἦν ἐν ἀνθρώποις ἐπήμυνε τοῖς ἀδικουμένοις καὶ ἐπιμόρφει. τοῖς δὲ παρανομοῦσι καὶ τοῖς ἄδικόν τι πράττουσι, πονηρὸς ὁ θεὸς διὰ τὸν αὐτὸν λόγον. ἀγαθὸς δὲ τοῖς ἐπὶ ἀγῶνα ἢ δίκην ἢ μάχην τινὰ πορευομένοις. καλλίνικος γὰρ ὁ θεὸς καλεῖται. τὸ δὲ δοκεῖν συνδιαβίβειν τῷ θεῷ, καὶ συμπράττειν τι, ἢ τροφῆς τῆς αὐτῆς κοινωνεῖν, ἢ σκευὴν τὴν αὐτὴν ἔχειν, ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν λεοντῆν, ἢ τὸ ῥόπαλον, ἢ ἄλλο τι τῶν ὅπλων λαβεῖν, πᾶσιν ἄτοπον καὶ πονηρὸν τετήρηται, καὶ διὰ μακρᾶς πείρας τῶν τοιούτων ἦλθον. ὡς δὲ εἰκὸς εὐλόγως καὶ ὀρθῶς, ἀποβαίνει πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν τὰ τοιαῦτα. ᾧ γὰρ ὁ θεὸς ἐχρήσατο βίῳ, τοῦτον τῷ ἰδόντι μεταδίδωσιν· ἐπίμονος δὲ καὶ μοχθηρὸς ἐγένετο ὁ τοῦ θεοῦ βίος, ὅτε ἦν ἐν ἀνθρώποις, καὶ εἰ πάνυ λαμπρὸς ἦν καὶ ἔνδοξος. πολλάκις δὲ καὶ τοιούτοις περιπεσεῖν σημαίνει, οἷς καὶ ὁ θεὸς ταῦτα ἔχων ὅπλα περιέπεσεν.

De Dionyso.

DIonysus agricolis conducit, qui lignorum fructum plantant, & ma-

Περὶ Διονύσου.

ΔΙόνυσος τοῖς γεωργοῖς συμφέρει τοῖς τὸν ξυλικὸν καρπὸν γεωργοῦσι, μά-

λιστα ἀμπέλοις. καὶ καπήλοις δὲ καὶ πᾶσι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς ἐν περιστάσει τινὶ οὖσι. παῦλαν γὰρ καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν σημαίνει, δι' αὐτὸ τὸ ὄνομα. ἔστι γὰρ διόνυσος· παρὰ τὸ διανύειν ἕκαστα. τοῖς δὲ τὸν ἁβρὸν βίον ζῶσι καὶ μάλιστα παισὶ ταραχὰς καὶ κινδύνους καὶ ἐπιβουλὰς καὶ περιβοησίας σημαίνει. διὰ τὴν περὶ τὸν θεὸν ἱστορίαν, καὶ διὰ τὸν φυσικὸν λόγον Διονύσου. μεγίστου γὰρ αὐτοῖς κινδύνου αἴτιος τοῖς ἀνθρώποις καθίσταται ὁ θεός. οὐδὲν μέν τοι ἧττον καὶ τούτους σώζει, καὶ οὐκ ἐᾷ διαφθαρῆναι. ὁδεύουσι δὲ καὶ πλέουσιν, αὐτίκα γὰρ καὶ διαρπαγὴν, λῃστηρίων προσβολὰς σημαίνει, καὶ τραύματα, καὶ κατακοπάς. ὁ δὲ χορὸς ὁ περὶ τὸν Διόνυσον, οἷον βάκχοι καὶ βάκχαι, καὶ βασσάραι, καὶ σάτυροι, καὶ πᾶνες, καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν ὅμοια ὀνόματα, ἱερὰ τούτῳ τῷ θεῷ, καὶ ὁμοῦ πάντες καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος, μεγάλας ταραχὰς καὶ κινδύνους καὶ περιβοησίας σημαίνουσι. πλὴν τοῦ Σιληνοῦ· οὗτος δὲ μόνος ἀγαθὸς ἂν εἴη πᾶσι, καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ πράττειν ὁρμωμένοις, καὶ τοῖς φοβουμένοις. χορεύειν δὲ τῷ θεῷ, ἢ θυρσοφορεῖν, ἢ δενδροφορεῖν, ἢ ἄλλο τι τῶν κεχαρισμένων τῷ θεῷ πράττειν, πᾶσι πονηρὸν, πλὴν δούλων. τοῖς μὲν γὰρ διὰ τὴν ἔκστασιν τῶν φρενῶν, καὶ τὴν παρακοπὴν, ἀφροσύνην καὶ βλάβην προαγορεύει. οἷς δὲ διὰ τὸ ἀνεπίτρεπτον τῶν ἐντυγχανόντων, καὶ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν καὶ εὐχαριστίαν, ἐλευθερίας ἐστὶ σημαντικόν.

Περὶ Ἑρμοῦ.

Ἑρμῆς ἀγαθὸς τοῖς περὶ λόγους ὁρμωμένοις καὶ ἀθληταῖς, καὶ παιδοτρίβαις, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμπορικὸν βίον ἔχουσι, καὶ ζυγοστάταις, διὰ τὸ πάντας τοὺς τοιούτους ἐπίκουρον τὸν θεὸν νομίζειν, καὶ τοῖς ἀποδημεῖν βουλομένοις. πτηνὸν γὰρ ὑπειλήφαμεν εἶναι τὸν θεόν. τοῖς δὲ λοιποῖς ἀκαταστασίας καὶ θορύβους προαγορεύει. νοσοῦντας δὲ ἀναιρεῖ, διὰ τὸ ψυχοπομπὸς νενομίσθαι,

ximè vites. Conducit & cauponibus, & omnibus Dionysiacis artificibus. Bonus est & his qui in infortunio aliquo versantur, quietem enim & liberationem à malis significat, propter ipsum adeò nomé. Est enim dionysus dictus ab eo quod expediat & perficiat omnia, hoc enim significatur per verbum διανύειν Græcis, vnde dionysi appellatio est formata. His verò qui delicatam vitam degunt, & præsertim pueris, turbas & pericula & insidia & diuulgationes significat, propter historiam quæ de deo narratur, & propter naturalem dionysi rationem. Maximi enim periculi hominibus autor ipse deus existit, & tamen nihilo minus etiam hos seruat, & corrompi non finit. Iter facientibus, & nauigantibus malus est deus. Nam palàm & ex propinquo prædonum incursus significat, & vulnera, & obtruncationes. At verò chorus qui Dionysum comitatur, velut sunt Bacchi & Bacchæ, & Bassaræ, & satiri, & panes, & quæcunque alia sunt similia nomina huic deo sacra, tum simul omnes, tum vnusquisque seorsim, magnas turbas & pericula, & diuulgationes significant, excepto Sileno, qui solus omnibus bonus est, & his qui ad agendum aliquid prodeunt, & timẽtibus. Choream deo ducere, aut thyrsum aut arbusculam gestare, aut aliud quid gratum deo facere, omnibus malum est, exceptis seruis. Illis enim propter emotionem & perculsionem mentis, desipientiam & cladem prædicit. His verò quod nihil rerum curæ suæ cõmissum habent, & propter dei appellationem, ac benignitatẽ, libertatis signũ est.

De Mercurio.

Mercurius bonus est his qui ad eloquentiam animum adiecerunt, & athletis, & pædotribis, & omnibus mercatoriam vitam degentibus, & libripendis, propterea quòd omnes huiusmodi homines deum hunc pro tutelari numine venerantur. bonus est & peregrinari volentibus. Alatum enim deum esse putamus. Reliquis seditiones & tumultus denũciat, ægrotãtes autẽ occidit, propterea quòd animarum ductor esse creditur,

Mercurius quadrangularis, σφηνοπώγων ab incuneata barba appellatus, solis philologis conducit. Verum quadrangularis & imberbis, nihil his conducit. Etenim quod amputatam barbam habet, omnium eorum qui circum somniantem sunt interitum præsagit.

De Nemesi.

NEmesis semper bona est viuentibus secundum legem, & moderatis hominibus, & philologis. At verò contra leges delinquentibus, & his qui aliquibus insidias struunt, & magnas res auspicantur, contraria existit, eorúmque conatus impedit. Nam impedimento esse, & obstare his quæ inconsultè & præter animi nostri sententiam fiunt, Nemesim vocamus. Quidam produnt quòd dea hæc bona quidem in peius vertat, mala autem in melius.

De Venere.

VEnus pandemos, hoc est popularis appellata, circulatoribus & cauponibus, & libripendis, & thymelicis, & medicis, & scenicis omnibus, ac meretricibus bona est. Matronis autem pudefactionem, & detrimentum prędicit, & eos qui vxorem ducere proposuerunt impedit, tanquam communi vxore futura. At verò Vrania, de qua in superiore sermone dicere volens reliqui, vt ne sermo diuelleretur, contraria Veneri pandemo significat. Maximè verò bona est ad nuptias & sodalitates contrahendas, & ad producendos liberos. Nam coniunctionum ac sobolis est causa. Bona est & agricolis. Natura enim & mater vniuersorum esse creditur. Bona est & vatibus, omnis enim vaticinationis & prænotionis, inuentrix esse putatur. Cæterùm Venus marina naucleris & gubernatoribus & omnibus nauigantibus, bona obseruata est, itémque omnibus peregrinari volentibus, propter perpetuum maris motum. Eos verò qui in eodem loco semper permanere proposuerunt, etiam inuitos ad motũ cogit. Venerem Anadyomenẽ,

Ἑρμῆς τετράγωνος ὁ σφηνοπώγων φιλολόγοις μόνοις συμφέρει. ὁ δὲ τετράγωνος καὶ ἀγένειος, οὐδὲν τούτοις συμφέρει. τὸ γὰρ περικεκομμένον αὐτοῦ, τῶν περὶ τὸν ἰδόντα πάντων ὄλεθρον μαντεύεται.

Περὶ Νεμέσεως.

ΝΈμεσις ἀεὶ τοῖς κατὰ νόμον ζῶσιν, ἀγαθή, καὶ μετρίοις ἀνθρώποις καὶ φιλολόγοις. τοῖς δὲ παρανομοῦσι καὶ τοῖς ἐπιθεμένοις τισὶ καὶ τοῖς μεγάλων ἀρχομένοις πραγμάτων, ἐναντία καθίσταται, καὶ ἐμπόδιος τῶν ἐπιχειρουμένων. Νέμεσιν γὰρ καλοῦμεν, καὶ τὸ ἐμποδὼν ἵστασθαι, τοῖς προαπομένοις παρὰ γνώμην. λέγουσι δέ τινες ὅτι ἡ θεὸς αὕτη, τὰ μὲν ἀγαθὰ ἐπὶ τὸ χεῖρον τρέπει· τὰ δὲ κακά, ἐπὶ τὸ βέλτιον.

Περὶ Ἀφροδίτης.

ἈΦροδίτη ἡ μὲν πάνδημος, ἀγύρταις καὶ καπήλοις καὶ ζυγοστάταις, καὶ θυμελικοῖς, καὶ ἰατροῖς, καὶ σκηνικοῖς πᾶσι καὶ ἑταίραις, ἀγαθή. γυναιξὶ δὲ οἰκοδεσποίναις, αἰσχύνην καὶ βλάβην προαγορεύει. καὶ τοὺς γῆμαι προαιρουμένους κωλύει· ὡς κοινῆς ἐσομένης τῆς γυναικός. Ἡ δὲ οὐρανία περὶ ἧς ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ ἑκὼν παρέλιπον, ἵνα μὴ διασπᾶται ὁ λόγος, τὰ ἐναντία τῇ πανδήμῳ σημαίνει. μάλιστα δὲ ἀγαθὴ περὶ γάμους καὶ κοινωνίας, καὶ περὶ τέκνων γονάς. συνδέσμων γὰρ καὶ ἐπιγόνων ἐστὶν αἰτία. ἀγαθὴ δὲ καὶ γεωργοῖς. φύσις γὰρ εἶναι καὶ μήτηρ τῶν ὅλων νενόμισται. ἀγαθὴ δὲ καὶ μάντεσι. πάσης γὰρ μαντείας καὶ προγνώσεως εὑρετὶς εἶναι νενόμισται. Ἀφροδίτη ἡ πελαγία, ναυκλήροις καὶ κυβερνήταις καὶ πᾶσι τοῖς ναυτιλλομένοις, ἀγαθὴ τετήρηται, καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἀποδημεῖν· διὰ τὸ τῆς θαλάσσης ἀεικίνητον. τοῖς δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ ἐμμένειν προῃρημένοις, καὶ μὴ βουλομένοις ἀναγκάζει κινεῖσθαι. Ἀφροδίτην ἰδεῖν ἀναδυομένην,

τοῖς πλέουσι πολὺν χειμῶνα καὶ ναυάγιον ἐσόμενον προαγορεύει, οὐδὲν δὲ ἧττον σώζει καὶ τὰ ἀπηλπισμένα τῶν πραγμάτων, πληροῖ. ἀεὶ δὲ ἀγαθὴ νενόμισται ἡ μέχρι ζώνης τὰ κάτω ἐσκεπασμένα ἔχουσα, διὰ τοὺς μαζούς, οἳ εἰσὶ τροφιμώτατοι, γυμνούς τι ἔχειν καὶ ἐπιδείκνυσθαι. ἡ δὲ ὅλη γυμνή, ἑταίραις καὶ μόναις ἀγαθή, καὶ ἐργασίας σημαντική. πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ αἰσχύνην προαγορεύει ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

emergentem è mari videre, nauiganti-bus multam tempestatem & naufragiũ futurum prædicit, sed nihilominus seruat, & res ac negocia iam desperata perficit. Semper autem bona iudicata est, quæ infernas partes vsque ad zonam velatas habet, propterea quòd mammas, quæ maximum alimentum præbent, nudas habeat ac ostendat. Venus tota nuda, solis meretricibus bona est, & quæstus significatiua, ad reliqua confusionem significat vt ferè à nobis obseruatum est.

Περὶ Ἡφαίστου.

Ἥφαιστος, τὰ μὲν αὐτὰ τῷ πυρὶ σημαίνει ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. μόνον δὲ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει, καὶ μάλιστα μοιχείας διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἱστορίαν. χειρώναξι δέ ἐστιν ἀγαθὸς πᾶσι, καὶ τοῖς γῆμαι καὶ κοινωνῆσαι βουλομένοις, διὰ τὴν σύμπνοιαν τῶν φυσῶν, καὶ τὰ ἑνούμενα σίδηρα.

De Vulcano.

Vlcanus eadem quæ ignis significat vt plurimùm, solùm autem arcana retegit, & præsertim adulteria, propter historiam quæ de ipso fertur. Manuariis artificibus omnibus bonus est, & his qui nuptias aut societatem contrahere volunt, atque id propter follium conspirationem, & ferri vnitionem.

Περὶ τύχης.

Τύχη δὲ ἡ μὲν ἐπὶ κυλίνδρου ἑστῶσα, πονηρὰ πᾶσι σημαίνει, διὰ τὸ τῆς βάσεως ἐπικίνδυνον. ἡ δὲ τὸ πηδάλιον κρατοῦσα, κινήσεις προαγορεύει. οὐδεμία γὰρ πηδαλίου χρεία ἄνευ κινήσεως. ἀεὶ δὲ ἀγαθή, ἡ καθεζομένη, ἢ κατακεκλιμένη· τὸ ἀσφαλὲς γὰρ καὶ τὸ βέβαιον διὰ τοῦ σχήματος ἐπιδείκνυσιν. ὅσῳ δ' ἂν πολυτελεστέρα καὶ εὐμορφοτέρα φαίνηται, τοσούτῳ βέλτιον νομίζεσθαι δεῖ. λέγουσι δὲ ἔνιοι, ὡς ἡ πολυτελὴς καὶ σφόδρα κεκοσμημένη τύχη, μάλιστά γε ὅταν μὴ ὡς ἄγαλμα, ἀλλ' ὡς αὐτὴ ἡ τύχη φαίνηται, πενίας ἐστὶ σημεῖον. ὡς γὰρ εἰκὸς ἑαυτῆς ἐπιμελουμένη, ἀμελεῖ τῶν ἀνθρώπων. ἡ δὲ λιτῶς ἔχουσα καὶ ἀμελοῦσα ἑαυτῆς, πλοῦτον καὶ τρυφὴν προαγορεύει. φανερὸν γὰρ ὡς οὐχ αὑτῆς ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων προνοεῖ. ἐμοὶ δὲ οὐκ εἰκότα λέγειν δοκοῦσιν. ἔστι γὰρ ἡ τύχη οὐδὲν ἄλλο, ἢ αὐτὰ τὰ κτήματα τῶν ἰδόντων.

De Fortuna.

Fortuna super cylindro stans, omnibus mala significat, propter basis ipsius periculositatem. Quæ verò gubernaculum tenet, motus prædicit. Nulla est enim gubernaculi vtilitas citra motum. Semper autem bona est sedens aut reclinata, securitatem enim & constantiam per ipsam figuram demonstrat. Quantò verò sumptuosior & formosior apparuerit, tantò melius esse putandum est. Quidam tamen tradunt, quòd fortuna sumptuosa & valde ornata, maximè vbi non vt statua, sed velut ipsa fortuna appareat, paupertatis signũ sit. Verisimile est enim quòd sui studiosa, hominum negligens existit. Quæ verò frugaliter vestita est, & sui negligens apparet, diuitias & delitias præsagit. Manifestum est enim quòd non suipsius, sed hominum curam gerit. Verùm illi mihi non videntur verisimilia dicere. Est enim fortuna nihil aliud quàm ipsæ somniantium opes.

De

De Pitho, & aliis.

PItho, & charites, & horæ, & nymphę, ad omnia & omnibus bonæ sunt. Aristobule verò & Eunomia, quæ deæ optimū consilium, & bona lex nobis dici possunt, eadem quæ Nemesis significant.

De Vesta.

VEsta tum ipsa, tū statuæ ipsius, ciuitatis senatum, & loculos siue recon-ditoria redituum significant. Priuatis autem ipsam vitam. Principibus verò & regibus, ipsam imperij vim ac potestatem. Porro de marinis & fluuiatilibus dijs singulatim ex ordine sic res se habet.

De Diis marinis.

CAP. 43.

NEptunus & Amphitrite, & Nereus, & Nereides, tum ipsi, tum statuæ ipsorum conspecti, ita vt nihil mali faciant, aut dicant, boni sunt omnibus in mari operantibus, & his qui moueri volunt, sed & ad reliquas agressiones nihilo minus boni sunt. Ex omnibus autem vel maximè his qui ad turbas progrediuntur, valde conducibiles esse obseruatum est. Si verò moueantur aut turbentur, aut mali quippiam dicant aut faciant, aut patiantur, aut minentur, contraria prædictis significant. Sæpe etiam terræ motum & imbrem futurum præsagiuerunt.

De Leucothea.

LEucothea his qui in mari operantur bona est, ad reliqua mala, & tristitiæ ac luctus significatiua, propter historiam quam de ipsa narrant. Proteus autem & Glaucus, & Phorcys, & dæmones qui circa hos sunt, dolos ac deceptiones significant, propter facilem adspectus transmutationē. Vatibus autem

Περὶ πειθοῦς, καὶ τῶν ἄλλων τινῶν.

ΠΕιθὼ δὲ καὶ χάριτες καὶ ὧραι, καὶ νύμφαι, πρὸς πάντα καὶ πᾶσιν εἰσὶν ἀγαθαί.
Ἀριστοβούλη δὲ καὶ εὐνομία, τὰ αὐτὰ τῇ νεμέσει σημαίνουσιν.

Περὶ Ἑστίας.

ἙΣτία αὐτή τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῆς πόλεως μὲν τὴν βουλὴν καὶ τὴν ἐσθῆκην σημαίνει τῶν προσόδων. ἰδιώταις δὲ, αὐτὸ τὸ ζῆν. ἄρχουσι δὲ καὶ βασιλεῦσι, τὴν τῆς ἀρχῆς δύναμιν. περὶ δὲ θαλασσίων καὶ ποταμίων θεῶν, ἕκαστα ὧδε ἔχει.

Περὶ Θεῶν θαλασσίων. μγ'.

ΠΟσειδῶν καὶ Ἀμφιτρίτη καὶ Νηρεὺς, καὶ Νηρηΐδες αὐτοί τε ὁρώμενοι καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν, ἀτάραχοι καὶ μηδὲν πονηρὸν πράττοντες ἢ λέγοντες, ἀγαθοί εἰσι πᾶσι τοῖς τὴν θάλασσαν ἐργαζομένοις· καὶ τοῖς κινεῖσθαι βουλομένοις, καὶ πρὸς τὰς λοιπὰς ἐγχειρήσεις, οὐδὲν ἧττον εἰσὶν ἀγαθοί. πάντων δὲ μάλιστα τοῖς εἰς ὄχλον προϊοῦσι συμφορώταται τετήρηνται. κινούμενοι δὲ ἢ ταρασσόμενοι, ἢ κακόν τι λέγοντες ἢ δρῶντες ἢ πάσχοντες, ἢ ἀπειλοῦντες, τὰ ἐναντία τοῖς προειρημένοις σημαίνουσι. πολλάκις δὲ καὶ σεισμὸν καὶ ὄμβρον προηγόρευσαν ἐσόμενον.

Περὶ Λευκοθέας.

ΛΕυκοθέα τοῖς μὲν τὴν θάλασσαν ἐργαζομένοις, ἀγαθή· πρὸς δὲ τὰ ἄλλα, πονηρὰ, καὶ λύπης καὶ πένθους σημαντική, διὰ τὴν περὶ αὐτὴν ἱστορίαν. Πρωτεὺς δὲ καὶ Γλαῦκος καὶ Φόρκυς καὶ οἱ περὶ τούτους δαίμονες, δόλους καὶ ἀπάτας σημαίνουσι, διὰ τὸ εὐμετάβολον τῆς ὄψεως. μάντεσι δὲ

ἀγαθοί. Περὶ δὲ θαλάσσης καὶ κυμάτων, ἐν τῷ περὶ πλοῦ λόγῳ ἔμπροσθεν ἐν αὐτῷ τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἐπεμνήσθην.

Αἰγιαλοὶ δὲ καὶ λιμένες, ἐλπίδων εἰσὶ σημαντικοί, καὶ τοῖς κάμνουσι σωτηρίας· καὶ γὰρ οἱ ἐν μεγάλῳ χειμῶνι γενόμενοι, ἐπὰν ἴδωσιν αἰγιαλόν, ἐν ἡδίσταις ἐλπίσι γίνονται σωτηρίας.

Ποταμοὶ δὲ καὶ λίμναι, καὶ Νύμφαι, καὶ Ἐφυδρίδες, ἀγαθοὶ πρὸς παίδων γονήν. ἀκριβέστερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ εἴρηκα.

Ἀχελῷος δέ, τὰ αὐτὰ τοῖς ποταμοῖς καὶ παντὶ ποτίμῳ ὕδατι σημαίνει, καὶ ἰσχυρότερα τὰ ἀποτελέσματα ποιεῖ. ἐπειδὴ δὲ περὶ τούτων κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἱκανῶς εἴρηται, λοιπὸν ἂν εἴη περὶ χθονίων θεῶν εἰπεῖν καὶ τῶν πέριξ.

Περὶ χθονίων θεῶν καὶ τῶν πέριξ. μδʹ.

Πλούτων καὶ Περσεφόνη, τοῖς φοβουμένοις εἰσὶν ἀγαθοί. ἄρχουσι γὰρ τῶν οὐκέτι φοβουμένων. ἀγαθοὶ δὲ καὶ πένησι· πλοῦτον γὰρ καὶ προσκτῆσιν σημαίνουσιν, διὰ τὸ ἀνενδεεῖς τῶν ὑποτεταγμένων αὐτοῖς. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς γῆν ὠνήσασθαι βουλομένοις, καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ ἀρχὴν ὁρμωμένοις. πολλῶν γὰρ ἄρχουσιν οἱ θεοὶ οὗτοι. καὶ πρὸς τὰς μυστικὰς καὶ ἀπορρήτους χρείας, ἀγαθοὶ τετήρηνται. πράττοντες δέ τι δεινὸν ἢ ἀπειλοῦντες, τὰ ἐναντία σημαίνουσι.

Δημήτηρ δὲ καὶ Κόρη καὶ ὁ λεγόμενος Ἴακχος, τοῖς μεμυημένοις ταῖς θεαῖς, ἀγαθόν τι καὶ οὐ τὸ τυχὸν ἐσόμενον σημαίνουσι. τοῖς δὲ ἀμυήτοις, πρότερον τινὰ φόβον καὶ κίνδυνον ἐπάγουσιν· εἶτα δὲ οὐδὲν ἧττον τελέουσι καὶ τὸ ἀγαθόν. γεωργοῖς δὲ καὶ τοῖς κτήσασθαι γῆν προῃρημένοις ἀγαθαί, κρατῆσαι γὰρ τῆς γῆς καὶ διασώζειν προσημαίνουσι. καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀνιστᾶσι καὶ σώζουσι. καρπῶν γάρ εἰσιν ἀνθρώποις χρησίμων αἰτίαι. ὧν τοῖς ἀποθανοῦσιν οὐ μέτεστιν. ἔτι καὶ τὴν Δήμητρα τῇ γῇ τὴν αὐτὴν

boni sunt. De Mari porrò & Vndis, in sermone de nauigatione superius in hoc ipso libro mentionem feci.

Litora & portus, spei significationem habent, & salutis ipsis ægris. Nam qui in magna tempestate sunt, vbi litus viderint & portus, suauissimam spem potiundæ salutis secum nutriunt.

Fluuij deinde & stagna, & Nymphæ, & Ephydrides, boni sunt ad generandos liberos. Verùm exactius de ipsis in superiori sermone tractaui.

Achelous autem eadem quæ fluuij, & omnis potabilis aqua significat, & valdiores euentus facit. Quandoquidem verò de his quantum possibile fuit sufficienter dictum est, reliquum fuerit vt de subterraneis ac inferis dijs deinceps dicamus, itemque de his qui circumcirca ambiunt.

De Diis inferis, & de his qui circumcirca ambiunt.

CAP. 44.

PLuto & Proserpina timentibus boni sunt. imperant enim his qui non amplius timent. Boni sunt & pauperibus, Diuitias enim & acquisitionem significant, propterea quòd nullius rei indigi sunt ipsorum subditi. Boni sunt & his qui terram emere volunt, & ad principatum contendentibus. Multis enim imperant hæc numina. Sed & ad mysticos & arcanos vsus boni obseruati sunt hi dij. Verùm si quid graue ac dirum faciant aut minentur, contraria significant.

Ceres autem & Core, & qui Iacchus appellatur, his qui initiati sunt horum deorum sacris, bonum quiddam, atque id non vulgare, futurum significant. Non initiatis, prius timorem aliquem & periculum inducunt, deinde verò nihilo minus bonum ipsum perficiunt. Agricolis autem & his qui terram adipisci proposuerunt bonæ sunt, dominari enim & imperare terræ præsignificant. Et ægrotantes erigunt & seruant. Nam fructuum hominibus commodorum sunt causæ, quibus mortui non fruuntur. Insuper Cererem eandem cum terra

rationem habere sapientes aiunt. ζήδωρος enim & φερέσβιος vocatur terra, itémque βιόδωρος, ab eo quod vitam & victum mortalibus impertiatur, & fruges producat. Bona est etiam Ceres ad nuptias, & alias aggressiones omnes per se conspecta. Non vero item Core, propter historiam quæ de ipsa fertur. Hæc enim sæpe etiam oculis somniantis periculum induxit, propter nomen. Core enim appellatur etiam in oculo pupilla.

Serapis, & Isis, & Anubis, & Arpocrates, tum ipsi, tum statuæ ipsorum ac mysteria, & omnis de ipsis sermo, atque etiã de diis qui cum ipsis communia templa ac aras habent, turbationes & pericula, & minas, & infortunia significant, ex quibus præter expectationẽ præterque omnem spem seruant. Semper enim seruatores crediti sunt hi dij, eorum qui per omnia exercitati sunt, & ad extremum periculum peruenerunt. Nam eos qui iã in huiusmodi periculis constituti sunt, statim omnino seruant. Præcipuè autem mysteria ipsorũ luctus significationẽ habent. Tametsi enim naturalis ipsorum ratio aliud quid complectitur, fabulosa tamen narratio & historia hoc indicat.

Hecate subterranea, & Erinnyes, & dęmones qui circa hos sunt, terribiles sunt etiam his qui iustè agunt. Verùm hos qui pręter leges agunt, & quibusdam insidias struunt, disperdũt. Eadem cum his significat & mater deorum appellata. Nam & tumultus & luctus per se conspecta prædicit, & occulta reuelat. Agricolis autem bona est. Terra enim esse putatur.

Terror & Timor filij Martis, & ipse etiam Mars, belli ducibus, & militibus, & pugnám solitariam decertaturis, gladiatoribus & prædonibus, & aleatoribus, omnibus conducunt. Reliquis pugnas & clades significant. Harum enim causa existunt.

Oceanus autẽ & Thetys, Philosophis & vatibus solis boni sunt, quemadmodum iam dictum est. Reliquis tristitias inducunt, & ad finem vitæ peruenisse ostendunt, exceptis his qui ad Oceanum habitant illicque diuersantur.

Saturnus & Titanes, maleficis vincula significant, & eos qui alijs insidias parant perficere, impediunt. Verùm ad ea quæ latenter fiunt boni

ἔχειν λόγον φασὶν οἱ σοφοί. ζήδωρος γὰρ ἡ γῆ καὶ φερέσβιος καλεῖται, καὶ βιόδωρος, ἀγαθὴ δ' ἂν εἴη καὶ πρὸς γάμον. καὶ τὰς ἄλλας ἐγχειρήσεις πάσας κατ' ἰδίαν ὁρωμένη ἡ δημήτηρ, οὐκέτι δὲ ἡ κόρη διὰ τὴν περὶ αὐτὴν ἱστορίαν. αὕτη δὲ πολλάκις καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ ἰδόντος κίνδυνον ἐπήνεγκε διὰ τὸ ὄνομα. κόρη γὰρ καλεῖται καὶ ἡ γλήνη ἡ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ.

Σάραπις, καὶ Ἶσις, καὶ Ἄνουβις, καὶ Ἁρποκράτης, αὐτοί τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν καὶ τὰ μυστήρια, καὶ πᾶς ὁ περὶ αὐτῶν λόγος, καὶ τῶν τούτοις συνναόν τε καὶ συμβώμων θεῶν, ταραχὰς καὶ κινδύνους καὶ ἀπειλὰς καὶ περιστάσεις σημαίνουσιν· ἐξ ὧν καὶ παρὰ προσδοκίαν καὶ παρὰ τὰς ἐλπίδας σώζουσιν. ἀεὶ γὰρ σωτῆρες νενομισμένοι εἰσὶν οἱ θεοὶ, τῶν εἰς πάντα ἀφιγμένων, καὶ ἔσχατον ἥκόντων κίνδυνον. τοὺς δὲ ἤδη ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντας, αὐτίκα μάλα σώζουσιν. ἐξαιρέτως δὲ καὶ τὰ μυστήρια αὐτῶν, πένθους εἰσὶ σημαντικά. καὶ γὰρ εἰ ὁ φυσικὸς αὐτῶν λόγος ἄλλο τι περιέχει, ὅ γε μυθικὸς καὶ ὁ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦτο δείκνυσιν.

Ἑκάτη χθονία καὶ ἐριννύες καὶ δαίμονες καὶ οἱ περὶ τούτους, φοβεροὶ καὶ τοῖς δικαιοπραγοῦσι. τοὺς δὲ παρανομοῦντας καὶ τοῖς ἐπιβουλεύοντας τισὶ, διαφθείρουσι. Τὰ αὐτὰ τούτοις καὶ ἡ λεγομένη μήτηρ θεῶν. αὕτη καὶ θορύβους καὶ πένθη καθ' ἑαυτὴν ὁρωμένη προαγορεύει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. γεωργοῖς δὲ ἐστὶν ἀγαθή. γῆ γὰρ εἶναι νενόμισται.

Δεῖμος καὶ φόβος, ἄρεως υἱοί. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἄρης, στρατηγοῖς καὶ στρατιώταις καὶ μονομάχοις καὶ λησταῖς καὶ κυβευταῖς, πᾶσι συμφέρουσι. τοῖς δὲ λοιποῖς, μάχας καὶ βλάβας σημαίνουσι· τούτων γὰρ εἰσὶν αἴτιοι.

Ὠκεανὸς δὲ καὶ τηθὺς, φιλοσόφοις καὶ μάντεσι μόνοις ἀγαθοί, καθὼς ἤδη εἴρηται. τοῖς δὲ λοιποῖς, λύπας ἐπιφέρουσιν· ἀφῖχθαι τοῦ ζῆν δηλοῦσι, πλὴν τῶν παρὰ τῷ ὠκεανῷ ἀναστρεφομένων.

Κρόνος καὶ τιτᾶνες, κακούργοις μὲν, δεσμὰ σημαίνουσι, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύοντας τισὶ κωλύουσιν ἀνύσαι. πρὸς δὲ τὰ λάθρα πρασσόμενα, εἰσὶν

ἀγαθοί. οὔτε δὲ γαμεῖν ἐπιτρέπουσιν, οὔτε παῖδας ἐσομένους προαγορεύουσιν.

Ἡ δὲ τῶν ὅλων φύσις καὶ εἱμαρμένη καὶ πρόνοια, καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις ἰσοδυναμεῖ, πᾶσιν ἀγαθὸν προαγορεύουσι, πλὴν τῶν νοσούντων, τούτους δὲ ἀναιροῦσιν, ἐὰν μὴ εὔφημά τινα λέγωσι. κοινὸν δὲ λόγον ἔχουσιν οἱ θεοὶ καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. τούτων δὲ τὰ μὲν ἐξ ὕλης πεποιημένα στερεᾶς τε καὶ ἀσήπτου, ἀγαθὰ ἂν εἴη, οἷον τὰ χρυσοῦ πεποιημένα, ἢ ἀργύρου ἢ χαλκοῦ, ἢ ἐλέφαντος, ἢ λίθου, ἢ ἠλέκτρου, ἢ ἐβένου. τὰ δὲ ἐξ ὕλης ἄλλης πεποιημένα ἀγάλματα, ἧττον ἂν εἴη ἀγαθά. πολλάκις δὲ καὶ ταπεινά, ὀστράκινα καὶ πήλινα, καὶ κήρινα γραπτὰ καὶ τὰ ὅμοια. ἔτι καὶ τοῦτο. ὅσοι ἀγαθὰ σημαίνουσιν αὐτοί τε καὶ τὰ ἀγάλματα, ἀγαθὸν ἂν εἴη, μήτε συντριβόμενα ἰδεῖν, μήτε κατασπώμενα τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. τούτους δὲ ἀφανιζομένους ἰδεῖν, ἀγαθὸν ἂν εἴη πάντας, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν· μάλιστα δὲ Νεμέσει τὰ αὐτὰ σημαίνει.

Περὶ ἡρώων καὶ δαιμόνων. μέ.

ΠΕρὶ δὲ ἡρώων καὶ δαιμόνων, τί δεῖ λέγειν. τὰ γὰρ αὐτὰ τοῖς θεοῖς σημαίνουσι καὶ ἀγαθὰ καὶ κακά· ἥττονα μέντοι τῇ δυνάμει. μεμνῆσθαι δὲ χρή, ὅτι ἕκαστον αὐτῶν τὴν οἰκείαν σκευὴν ἔχειν χρή, καὶ μὴ διαλλάττειν, μηδὲ ἀποβάλλειν, μηδὲ ἁπλῶς ἑστάναι, μηδὲ ἄνευ τούτων εἶναι τῶν νενομισμένων. ἐπεὶ ὅταν σημαίνωσιν, ἐάν τε ἀγαθὸν ἐάν τε κακόν, ἐξαπατῶσι καὶ ψεύδονται.

Περὶ γῆς σεισμῶν καὶ χασμάτων. μς.

ΓΗ κινουμένη, τὰ πράγματα τοῦ ἰδόντος καὶ τὸν βίον κινηθήσεσθαι σημαίνει. χάσματα δὲ καὶ σεισμοὶ καὶ συμπτώσεις, πάντας ἀνθρώπους

sunt. Sed neque nuptias celebrare permittunt, neque filios futuros prædicunt.

At verò natura vniuersorum, & fatum, & prouidentia, & si quid aliud æqualem cum his potentiam habet, omnibus bonum prædicunt, exceptis ægrotantibus, hos enim occidunt, nisi aliqua valde benigna dixerint. Communem autem rationem & dij, & ipsorum statuæ habent. Ex ipsis verò statuis, hæ quæ ex materia solida & imputrescibili factæ sunt, bonę fuerint, velut quæ ex auro constant, aut argento, aut ære, aut ebore, aut lapide, aut Electro, aut Ebeno. Quæ verò ex alia materia fabricatæ sunt, minus bonæ censentur. Sæpè verò etiam quæ humiles ac viles sunt, testaceæ, fictiles, cereæ, itemq; imagines pictę, & similes. Insuper & hoc obseruare oportet. Quicunque dij bona significant, tum ipsi, tum ipsorum statuæ, eorum neque contritas neque confractas statuas videre bonum est. Quicunque verò mala significant, eos & destructos & dissipatos omnes videre, itemque statuas ipsorũ, bonum est, maximè verò eadem cum Nemesi significant.

De Heroibus, & Dæmonibus.

CAP. 45.

DE Heroibus porrò & dæmonibus quid opus est dicere? eadem enim quæ dij significant tum bona, tum mala, viribus tamen minora. Meminisse autem oportet, quòd singulos ipsorũ proprium habitum habere conuenit, & non permutare, neque abijcere, neque simpliciter stare, neque sine his quæ ipsis solenni more dicata sunt esse. Quoniam quicquid significant siue bonum, siue malum fuerit, decipiunt & mentiuntur.

De Terræ motibus, ac Hiatibus.

CAP. 46.

TErra si moueatur, res & negotia ac vitam somniantis motum iri significat. Hiatus autem & concussiones, collapsiones, omnes homines

iniuria afficiunt, ipsósque perdunt, aut bona ipsorum corrumpunt. Solis autem his qui peregrinari proposuerunt, & obæratis, fortunata & dextera omnia huiusmodi obseruata sunt. Quæ enim dissoluuntur & non coniuncta sunt, non amplius in priore loco continent somniantes. Quare & ex debito, & ex vinculis liberant. Cæterùm de relictis & prætermissis in vtrisque libris superfluum fuerit dicere. Quoniam ex scriptis & relatis iuxta similitudinem coniecturam facere oportet. Et tamen adhuc de ipsis dicetur.

De Scala, Sartagine, Mola, Pila, & Gallo.

CAP. 47.

Scala peregrinationis signum est, & transitionis in alium locum. Gradus verò eius, promotionem significant: quidam dicunt quòd etiam periculum significant.

Sartago verò damnum significat, & mulierem gulosam.

Mola semper duorum & difficilium negotiorum solutionem portendit, & fidelem seruum significat.

Pila vxorem significat. Pistillum autem virum.

Gallus in domo pauperis, patremfamiliâs. In domo diuitis, œconomum siue villicum significat, propterea quòd eos qui in domo sunt excitet ad operas obeundas.

Depilari aut pice illini, detrimentum ac damnum significat.

De Ouis. CAP. 48.

Oua medicis, & pictoribus, & his qui ex ipsis quæstum faciunt commoda sunt. Reliquis pauci quidem, lucri sunt significatiua, ob alendi facultatem. Multa verò, curarum & anxietatis. Sæpè verò & litium. Quoniam qui ex ipsis nascuntur fœtus ferè semper terram pedibus effodiunt, & occultata inuestigant.

ἀδικοῦσι, καὶ διαφθείρουσιν αὐτούς, ἢ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν. μόνοις δὲ τοῖς ἀποδημεῖν προῃρημένοις καὶ τοῖς καταχρέοις, αἴσια καὶ δεξιὰ πάντα τὰ τοιαῦτα τετήρηται. τὰ γὰρ διαλυόμενα καὶ συνάπτοντα, οὐκέτι κατέχει ἐν τῇ προτέρᾳ χώρᾳ τοὺς ἰδόντας. ὅθεν καὶ δανείων καὶ δεσμῶν ἀπαλλάττει. Περὶ δὲ τῶν παραλελειμμένων ἐν ἀμφοτέραις ταῖς βίβλοις, περισσὸν μὲν λέγειν. ἐπειδὴ ἀπὸ τῶν γεγραμμένων κατὰ τὸ ὅμοιον τεκμαίρεσθαι χρή. ὅμως δὲ ἔτι εἰρήσεται περὶ αὐτῶν.

Περὶ Κλίμακος, Τηγάνου, Μύλου, Ὅλμου, καὶ Ἀλεκτρυόνος. μζʹ.

Κλίμαξ, ἀποδημίας ἐστὶ σημαντική, καὶ μεταβάσεως. οἱ δὲ βαθμοὶ αὐτῆς, καὶ προκοπὴν σημαίνουσι· λέγουσι δὲ ἔνιοι, ὅτι καὶ κίνδυνον σημαίνουσι.

Τήγανον δὲ, ζημίαν σημαίνει, καὶ γυναῖκα λίχνον.

Μύλος δὲ ἀεὶ, τῶν σκληρῶν καὶ πονηρῶν πραγμάτων λύσιν, καὶ πιστὸν θεράποντα σημαίνει.

Ὅλμος γυναῖκα σημαίνει. ὕπερον δὲ, ἄνδρα.

Ἀλεκτρυὼν ἐν μὲν πένητος οἰκίᾳ, τὸν οἰκοδεσπότην. ἐν δὲ πλουσίου, τὸν οἰκονόμον σημαίνει, διὰ τὸ ἀνιστᾶν τοὺς ἔνδον ἐπὶ τὰ ἔργα.

Ψιλοῦσθαι ἢ πίσσῃ χρίεσθαι, βλάβας καὶ ζημίας σημαίνει.

Περὶ ᾠῶν. μηʹ.

Ὠὰ ἰατροῖς, καὶ ζωγράφοις, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν πορίζομένοις, σύμφορα. τοῖς δὲ λοιποῖς, τὰ μὲν ὀλίγα, κέρδους ἐστὶ σημαντικά, διὰ τὸ τρόφιμον. τὰ δὲ πολλὰ, φροντίδων καὶ αἰτίας. πολλάκις δὲ καὶ δικῶν. ὅτι τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα, σκαλεύει διόλου, καὶ τὰ κεκρυμμένα ἐρευνᾷ.

Περὶ Ἱπποκενταύρου, καὶ Σκύλλης, καὶ Θεῶν ἀνθρωποειδῶν. μθ'.

ΕΤι καὶ τοῦτο μεμνῆσθαι χρὴ, ὅτι ὅσα τεράστιά ἐστι, καὶ οὐδαμῶς ἐνδεχόμενα, παρὰ φύσιν νοεῖται, καὶ λόγον οὐκ ἔχοντα μεθ' ἡμέραν γίνεσθαι, ὡς Ἱπποκένταυροι, καὶ Σκύλλα, καὶ τὰ ὅμοια, ψευδεῖς τὰς ἐλπίδας καὶ ἀτελέστους ποιοῦσι.

Φαίνονται δὲ οἱ θεοὶ ἐν ἀνθρώπων εἴδει τε καὶ μορφῇ, ἐπειδὴ νενομίκαμεν αὐτοῖς τὰ εἴδη ἡμῖν ἐοικέναι. γνωρίζειν οὖν χρὴ τοὺς ὁρωμένους ἀγνοουμένους θεούς τε καὶ θεὰς, ἀπὸ ἡλικίας, ἢ ἀπὸ τῆς σκευῆς, ἢ ἀπὸ τῶν τεχνῶν, οὕτως. ἀπὸ μὲν ἡλικίας, ὡς παιδάριον ὀφθὲν, καιρὸν σημαίνει τὸν μέλλοντα. νεανίσκος δὲ, τὸν ἐνεστῶτα. καὶ πάλιν μειράκιον νέον, τὸν ἑρμῆν. νεανίσκος δὲ, τὸν ἡρακλέα. ἀνὴρ δὲ, τὸν δία. πρεσβύτης δὲ, τὸν κρόνον. δύο μειράκια, τοὺς διοσκούρους. παρθένος, ἐλπίδα, ἢ ἄρτεμιν, ἢ ἀθηνᾶν. ἐλπίδα μὲν, γελῶσα. ἄρτεμιν δὲ, σεμνοπροσωποῦσα. ἀθηνᾶν δὲ, γοργὸν ἐμβλέπουσα. γυνὴ δὲ νέα, τύχην. πρεσβύτης δὲ, ἑστίαν. τρεῖς γυναῖκες, μοίρας ὅταν ὦσιν ἐνδεδυμέναι. γυμναὶ δὲ, ὥρας. λουόμεναι δὲ, νύμφας. ἀπὸ δὲ τῆς σκευῆς, οἱ θεοὶ ἔχουσι παράσημα οἱ τὰ αὐτὰ ἔχοντες, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, δήλου ὄντος τοῦ λόγου, τοὺς θεοὺς τούτους σημαίνουσιν. ἀπὸ δὲ τεχνῶν, οἱ τὰς ἐπωνύμους τοῖς θεοῖς τέχνας ἔχοντες, τοὺς τῶν τεχνῶν προεστώτας θεοὺς σημαίνουσιν. ὀνείρους δὲ ἀποβεβηκότας καὶ τὰς ἀποβάσεις αὐτῶν, οὐκ ἐνεδέχετο γράφειν ἐν τέχνῃ ὀνειροκριτικῇ καὶ ὑποθήκαις θεωρημάτων. οὐδ' εἰμοὶ πάνυ ἐπιτήδεια ἐδόκει ταῦτα. καίτοι Γεμίνου τοῦ τυρίου, καὶ δημητρίου τοῦ φαληρέως, καὶ ἀρτεμιδώρου τοῦ μιλησίου, τοῦ μὲν ἐν τρισὶ βιβλίοις, τοῦ δὲ ἐν πέντε, τοῦ δὲ ἐν εἰκοσιδύο, πολλοὺς ὀνείρους ἀναγραψαμένων. καὶ μάλιστα συνταγὰς καὶ θεραπείας τὰς ἀπὸ σαράπιδος δοθείσας.

De Hippocentauro, & Scylla, & Diis humana specie.

CAP. 49.

QVin & huius meminisse oportet, quòd quæcunque monstrosa sunt, & nequaquam possibilia præter naturam intelliguntur, & rationem non habent, vt interdiu fiant, velut Hippocentauri, & similia, ea mendaces spes, & nunquam perficiendas inducunt.

Apparent autem Dij in humana specie & forma, quandoquidem credimus ipsos nobis specie similes esse. Si itaque ignoti Dij ac Deæ, conspiciantur per somnium, dinoscere eos oportet ab ætate, aut ab externis, aut ab artibus, hoc modo. Ab ætate quidem, velut puerulus cõspectus, tempus futurũ significat, adolescens autem præsens, & rursus. Adolescentulus valde iuuenis, Mercurium. Adolescens, Herculem. Vir, Iouem. Senex, Saturnum. Duo adolescentes, dioscuros, hoc est Castorem & Pollucem. Virgo, Spem, aut Dianam aut Mineruam. Spem quidem, ridens. Dianam verò, reuerendam faciem præferens. Mineruam autem, acribus oculis intuens. Fœmina iuuencula, fortunam. Senex, Vestam. Tres fœminæ, Parcas, vbi fuerint vestibus indutæ. Nudæ, Horas, Lauantes, Nymphas. Ab externis autem sic: Dij habent insignia, qui ergo ea insignia habent, pro illis ipsis dijs agnoscendi sunt. Neque enim est necesse singulatim ea recensere, cùm res satis manifesta existat. Ab artibus postremùm. Qui cognomines Dijs artes habent, hi Deos artibus ipsis præfectos significant. Porrò somnia iam visa, & ipsorum euentus, non conuenit scribere in arte ipsa iudicandi somnia, & in doctrina speculationum, neque videbantur mihi idonea esse hæc huic loco. Et quidem quum Geminus Tyrius, & Demetrius Phalereus, & Artemõ Milesius, multa somnia conscripserint, primus in tribus libris, secundus in quinque, tertius in viginti duobus, & præsertim compositiones medicamentorum ac curationes à Serapide datas,

De Tabula, & Libris.

CAP. 50.

TAbula vxorem significat, propterea quòd omnigenas literarum formas suscipiat. Typos autem, hoc est formas, in consueto vsu etiam ipsos liberos vocamus. Liber autem vitam eius qui somniū vidit significat, percurrunt enim homines libros, quemadmodum etiam vitam ipsam. Sed & veterum res gestas in memoriam reuocat liber, quandoquidem quæ olim facta sunt, in libris scripta continentur.

Comedere libros, præceptoribus puerorum, & sophistis, & omnibus qui ex eloquentia aut libris victum ac rem sibi comparant, conducit. Reliquis mortem repentinam prodicit.

Περὶ πινακίδος καὶ βιβλίων. ν'.

ΠΙνακὶς, γυναῖκα σημαίνει, διὰ τὸ τύπους παντοδαποὺς γραμμάτων ἐπιδέχεσθαι. τύπους δὲ ἐν τῇ συνηθείᾳ, καὶ τὰ τέκνα καλοῦμεν. Βιβλίον δὲ, τὸν βίον τοῦ ἰδόντος σημαίνει, διέρχονται γὰρ τὰ βιβλία οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ καὶ τὸν βίον. καὶ παλαιῶν ὑπόμνησιν γραμμάτων, ἐπειδὴ τὰ πάλαι πραχθέντα, τοῖς βιβλίοις ἐγγέγραπται.

Ἐσθίειν δὲ βιβλία, παιδευταῖς καὶ σοφισταῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἀπὸ λόγων ἢ βιβλίων πορι-ζομένοις, συμφέρει. τοῖς δὲ λοιποῖς, θάνατον σύντομον προαγορεύει.

De Perdicibus. CAP. 51.

PErdices & viros & mulieres significant, vt plurimùm verò mulieres magis, impias & religionis negligentes, quæ nunquam nutritoribus suis beneuolentiam mutuam exhibent. Nam & ægre mansuefiunt, & variæ sunt perdices, & solæ ex auium generibus Deorum cultum non habent.

Περὶ περδίκων. να'.

ΠΈρδικες καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας σημαίνουσιν. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, γυναῖκας μᾶλλον ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, οὐδέποτε τοῖς τρέφουσιν εὐνοούσας, καὶ γὰρ δυστιθάσευτοι εἰσὶ καὶ ποικίλοι, καὶ μόνοι τῶν ὀρνίθων, θεῶν σέβας οὐκ ἔχουσι.

De Pedicis. CAP. 52.

PEdicæ detentionis & impedimenti signum sunt & morbi, propter detentionem. Seruis autem, fidem & autoritatem magnam prædicunt, ex quibus ingrati excident. Innuptis verò nuptias, & liberos non habentibus, liberos promittunt. At verò ab ipsa pedicarum materia, coniecturam de nuptiarum sumptuositate facere oportet.

Περὶ πεδῶν. νβ'.

ΠΈδαι, κατοχῆς καὶ ἐμποδισμοῦ εἰσὶ σημαντικαί. καὶ νόσου διὰ τὸ καθεκτικόν. δούλοις δὲ, πίστεις μεγάλας προαγορεύουσιν, ὧν ἀχάριστοι ἔσονται. καὶ γάμον ἀγάμοις, καὶ τέκνα τοῖς οὐκ ἔχουσιν. ἀπὸ δὲ τῆς ὕλης αὐτῆς, τὸ πολυτελὲς τοῦ γάμου ἐστὶ τεκμήρασθαι.

De Plagis. CAP. 53.

VErberare eos solùm bonum est quibus quis imperat, excepta vxore. Nam hæc si verberatur, adultera fit, reliqui ipsius verberantis commodo

Περὶ πληγῶν. νγ'.

ΠΑίειν τούτους μόνον ἀγαθόν ἐστιν, ὧν ἄρχει τις πλὴν γυναικός· αὕτη γὰρ εἰ παίοιτο, μοιχεύεται. οἱ δὲ λοιποὶ, ἐπ' ὠφελείᾳ

τοῦ παίοντος τὰς πληγὰς λαμβάνουσιν. ὧν δὲ τις οὐκ ἄρχει, τούτους παίειν οὐκ ἀγαθόν. ζημίαν γὰρ διὰ τὸν νόμον προαγορεύει. παίεσθαι δὲ οὐκ ἀγαθόν, μήτε ὑπὸ θεῶν, μήτε ὑπὸ νεκρῶν, μήτε ὑπὸ τῶν ὑποτασσομένων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν λοιπῶν. ἀεὶ δὲ ἀγαθὸν ξύλοις ἢ χειρὶ παίεσθαι. πονηρὸν δὲ ἱμάντι διὰ τοὺς μώλωπας, καὶ καλάμῳ διὰ τὸν ψόφον, καὶ νάρθηκι. ψοφῶδες γὰρ ἐστὶ τὸ ξύλον. ἐπειδὴ δὲ οἱ παιόμενοι λαμβάνουσι τὰς πληγάς, ἐντεῦθεν τὰς ὠφελείας συμβέβηκε γίνεσθαι παρὰ τὸ λαμβάνειν. Ἐγὼ δὲ ἐτήρησα καὶ τοῦτο ἐπ' ἐμαυτοῦ συμβάν. ποτὲ γὰρ δόξας ὑπὸ τῆς ἐμαυτοῦ γυναικὸς ἐν ὕπνοις ὑβρίζεσθαι, τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἀκαταθυμίου τινός μοι ὑπαντήσαντος, ἐταράχθην καὶ ἐδυσφόρησα, καὶ οὐκ ἦν ἀεικὸς τὸν ὑπὸ προσώπου ὑποτεταγμένου, καὶ ὑφ' οὗ τιμᾶσθαι ὀφείλει ὑβρισθέντα, μὴ ἀνιαθῆναι, ἢ λυπηθῆναι ἐν πράγματι.

plagas accipiunt. At verò eos percutere quibus quis non imperat, bonum non est. damnum enim ex lege irrogatum prædicit. Verberari autem bonum non est, neque à diis, neque à mortuis, neque à subditis, sed à reliquis. Semper verò bonum est lignis aut manu verberari, malum autem loro, propter vibices inflictos, & calamo, propter strepitum & ferula. Nam & hoc lignum & strepitum edit. Quandoquidem verò verberati plagas accipiunt, inde adeò vtilitatem accedere contingit, ab accipiendo videlicet. Ego verò obseruaui hoc quod mihi ipsi accidit. Aliquādo enim per somnium visus sum mihi, ab vxore mea vituperiis & plagis impeti, illa die obuiam veniente mihi quodam, à quo animus meus planè dissidebat, turbatus sum & valde ægrè tuli: neque enim erat verisimile, eum qui à persona sibi subiecta, & à qua coli ac honorari debebat, contumelia affectus erat, non tristari, aut non molestiam in aliqua re concipere.

Περὶ θανάτου. νδʹ.

Ἀποθανεῖν δοκεῖν καὶ ἐκκομισθῆναι καὶ κατορυγῆναι, δούλῳ μὲν οὐχ ὄντι ἐν πίστει, ἐλευθερίαν προαγορεύει. ἀδέσποτος γὰρ ὁ ἀποθανών, καὶ πέπαυται καμάτων καὶ ὑπηρεσιῶν. τὸν δὲ ἐν πίστει ὄντα δοῦλον, παραιρεῖται πίστεως ὁ θάνατος. ἀνδρὶ δὲ ἀγάμῳ γάμον προαγορεύει. τέλη μὲν γὰρ ἀμφότερα τοῖς ἀνθρώποις εἶναι νενόμισται, καὶ ὁ γάμος καὶ ὁ θάνατος. ἀεὶ δὲ δείκνυνται ὑπ' ἀλλήλων. ὅθεν καὶ τοῖς νοσοῦσι τὸ γαμεῖν θάνατον προαγορεύει, καὶ γὰρ τὰ αὐτὰ ἀμφοτέροις συμβαίνει, τῷ τε γαμοῦντι καὶ τῷ ἀποθνήσκοντι. οἷον προπομπὴ φίλων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ στέφανοι, καὶ ἀρρώματα, καὶ μύρα, καὶ συγγραφὴ κτημάτων. τὸν δὲ γεγαμηκότα διΐστησι τῆς γυναικὸς ὁ θάνατος, καὶ κοινωνοὺς δὲ καὶ φίλους καὶ ἀδελφοὺς διαλύει καὶ διΐστησιν ἀλλήλων. οἱ γὰρ ἀποθανόντες, τοῖς ζῶσιν οὐ συναναστρέφονται. οὐδ' αὖ οἱ ζῶντες τοῖς ἀποθανοῦσι. τὸν δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ ὄντα,

De Morte. CAP. 54.

Mortuum esse sibi videri, & elatum, & defossum, seruo quidem cui res & domus heri non concredita est, libertatem significat. Mortuus enim nullum dominum habet, & laborum & ministeriorum requiem inuenit. Verùm seruo cui bona domini commissa sunt, fidem adimit mors. Viro autem vxorem non habenti nuptias prædicit. Nam & nuptiæ & mors, vtraque fines hominibus esse putantur, & semper se mutuò indicant. Vnde etiam ægrotantibus vxorem ducere, ac nuptias celebrare, mortem præsagit. Nam eadem vtrisque contingunt, tum nuptias celebranti, tum morienti. Velut verbi causa, deductio & comitatus amicorum, tum virorum, tum fœminarum, & coronæ, & aromata, & vnguenta, & cautio de bonis. At verò eum qui vxorem habet, mors ab vxore separat, & socios, & amicos, & fratres dissoluit, inuicémque separat. Mortui enim cum viuis non conuersantur, neque viui cum mortuis. Eum verò qui domi est ad

ad exteros extrudit, propterea quòd non in iisdem amplius maneat mortuus: & apud exteros degentem, domum reducit. Nam mortuus in terram deponitur, quæ communis est omnium patria. Athletis autem sacrorum certaminum victoribus, mortem inducit. Perfecti enim & absoluti sunt mortui, quemadmodum & victores. Bonum est autem & philologis & patribus mortuum esse sibi videri. Habebunt enim monumenta, hi liberos, illi verò sapientiæ suæ scripta ac libros. Obseruaui denique & tristibus & timentibus mortem bonam esse. Timoris enim & tristitiæ expertes sunt mortui. Item his qui de terra litem habent, & qui terrā emere volunt. Terræ enim domini sunt mortui. In aliis autem litibus, malum est mortuum esse. Nam in rebus efficiendis impotentes sunt mortui, & in virorū potestate positi. Si verò quis ægrotans aut dolens aliqua parte, videatur sibi mortuus esse, à morbo & dolore liber erit. Nam & mortui neque dolent, neque ægrotant. Nihil autem differt siue quis mortuus esse solummodo sibi videatur, siue elatus aut sepultus. Viuum sepeliri sibi videri, nemini confert: vt plurimùm enim carcerem aut vincula significat. Quicquid autem boni siue mali significauerit mors, idipsum si quidem quis seipsum occidat, continget ei suiipsius causa. Sin ab alio interimatur, euenient ob alterius causam etiam euentus. Omnes mortes lege irrogatæ, ea quæ significant tum bona, tum mala vehementiora faciunt. De quibus speciatim dicere operæpretium existimo.

ἐπὶ ξένην ἄγει, διὰ τὸ μὴ τὸν ἀποθανόντα ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔτι μένειν· τὸν δὲ ἐπὶ ξένης ὄντα, εἰς τὴν οἰκίαν ἄγει. καὶ γὰρ ὁ ἀποθανὼν εἰς τὴν γῆν κατατίθεται, ἥ τις ἐστὶ κοινὴ πάντων πατρίς. ἀθληταῖς δὲ ἱερονίκαις, θάνατον ποιεῖ. τέλειοι γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ὡς καὶ οἱ νικήσαντες. ἀγαθὸν δὲ καὶ φιλολόγοις τὸ ἀποθανεῖν καὶ πατράσι. μνημεῖα γὰρ ἕξουσιν οἱ μὲν, τοὺς παῖδας, οἱ δὲ, τῆς αὐτῶν σοφίας τὰ συγγράμματα, ἀγαθὸν δὲ τὸν θάνατον ἐτήρησα καὶ τοῖς λυπουμένοις, καὶ τοῖς φοβουμένοις, ἄφοβοι γὰρ καὶ ἄλυποι οἱ ἀποθανόντες. καὶ τοῖς περί τι δίκην ἔχουσι, καὶ τοῖς βουλομένοις γῆν πρίασθαι. γῆς γὰρ δεσπόται οἱ ἀποθανόντες. ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις δίκαις, πονηρὸν τὸ ἀποθανεῖν. ἄπρακτοι γὰρ οἱ ἀποθανόντες, καὶ ἐν τῇ τῶν ζώντων ἐξουσίᾳ διακείμενοι. εἰ δέ τις νοσῶν ἢ ἀλγῶν τι δόξειε τεθνάναι, ἄπονος ἔσται καὶ ἄνοσος. καὶ οἱ ἀποθανόντες γάρ. οὐδὲν διαφέρει ἢ αὐτὸν μόνον δοκεῖν ἀποθανεῖν, ἢ ἐκκομισθῆναι, ἢ ταφῆναι. ζῶντα δὲ θάπτεσθαι δοκεῖν, οὐδενὶ συμφέρει. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ, εἱρκτὴν ἢ δεσμὰ σημαίνει. ὅτι δ' ἂν σημαίνοι κακὸν ὁ θάνατος ἢ ἀγαθὸν, τοῦτο ἐὰν μέν τις ἑαυτὸν ἀποκτείνῃ, ἔσται αὐτῷ διὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν. ἐὰν δὲ ὑπὸ ἄλλου ἀποθάνῃ, διὰ τὴν ἄλλου αἰτίαν καὶ τὰ ἀποτελέσματα ἔσται. πάντες οἱ ἐκ καταδίκης θάνατοι, τὰ σημαινόμενα καὶ ἀγαθὰ καὶ κακὰ, σφοδρότερα ποιοῦσι. περὶ ὧν καὶ κατ' εἶδος εἰπεῖν ἄξιον.

De Strangulatione.

CAP. 55.

STrangulari & seipsum suspendere, tribulationes & angustias significat, propter id quòd his qui strangulantur contingere videmus. Insuper etiam non mansurum esse in domo, neque vbi quis erat dum somnium vidit. Nam strangulatus non amplius terram contingit, neque est in firma sede.

Περὶ ἀγχόνης. νε.

ΑΠάγξασθαι καὶ ἑαυτὸν ἀναρτῆσαι, θλίψεις καὶ στενοχωρίας σημαίνει, διὰ τὸ συμβαῖνον τοῖς ἀπαγχομένοις, καὶ προσέτι μὴ μένειν ἐν τῇ οἰκίᾳ, μηδὲ ὅπου τις ὢν τὸν ὄνειρον ἐθεάσατο. καὶ γὰρ ὁ ἀπαγξάμενος, οὐκέτι τῇ γῇ ἐπιβαίνει, οὐδὲ ἔστιν ἐπὶ ἕδρας.

Περὶ σφαγῆς. νϛʹ.

Σφάξαι δέ τινα ἑαυτὸν ἢ ὑπό τινος σφαγῆναι, τὰ αὐτὰ σημαίνει τοῖς ἔμπροσθεν περὶ θανάτου εἰρημένοις· τάχιον δὲ πληροῖ. ἱερευθῆναι δὲ καὶ σφαγιασθῆναι παρὰ βωμῷ θεοῦ, ἢ δημοσίᾳ ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ἐν ἀγορᾷ, ἀγαθὸν πᾶσι, μάλιστα δούλοις, ἐνδόξως γὰρ καὶ ἐπιφανῶς ἔσονται ἐλεύθεροι.

Περὶ τοῦ ζῶντα καίεσθαι. νζ.

Ζῶντα καίεσθαι, τὰ αὐτὰ τῷ κεραυνοῦσθαι σημαίνει, περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται. ἰδίως δὲ τὸ ζῶντα κατακαίεσθαι, τοῖς νοσοῦσι διὰ τὸ σύνθετον τοῦ ὀνόματος, σωτηρίαν σημαίνει. τοῖς δὲ νέοις, συμφορὰς ἀλόγους, καὶ ἐπιθυμίας ἐρωτικὰς σημαίνει.

Περὶ σταυροῦ. νή.

Σταυροῦσθαι, πᾶσι μὲν τοῖς ναυτίλλεσθαι προῃρημένοις ἀγαθόν. καὶ γὰρ ἐκ ξύλων καὶ ἥλων γέγονεν ὁ σταυρός, ὡς καὶ τὸ πλοῖον· καὶ ἡ κατάρτι αὐτοῦ, ὁμοία ἐστὶ σταυρῷ. ἀγαθὸν δὲ καὶ πένητι. καὶ γὰρ ὑψηλὸς ὁ σταυρωθείς. τοῖς δὲ πλουσίοις βλάπτει. γυμνοὶ γὰρ σταυροῦνται. καὶ τὰς σάρκας ἀπολλύουσιν οἱ σταυρωθέντες. ἀνδρὶ δὲ ἀγάμῳ, γάμον προαγορεύει, διὰ τὴν δέσιν πλὴν οὐ πάνυ τοι συμφέροντα. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ φιλίας καὶ κοινωνίας. δούλοις δὲ ἐλευθεροῖ. ἀνυπότακτοι γὰρ οἱ σταυρωθέντες. τοὺς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ διατρίβειν βουλομένους, καὶ τοὺς ἰδίαν γῆν γεωργοῦντας, καὶ τοὺς ἐκβληθῆναι ποθὲν φοβουμένους, ἐκβάλλει, καὶ οὐκ ἐᾷ μένειν ἐν οἷς εἰσίν. εἴργει γὰρ ὁ σταυρὸς τῆς γῆς ἐπιβαίνειν. ἐν πόλει δὲ δοκεῖν ἐσταυρῶσθαι, ἀρχὴν τοιαύτην σημαίνει, οἷος ἂν ᾖ ὁ τόπος ἐν ᾧ ὁ σταυρὸς ἕστηκεν.

De Mactatione, siue Cæde.

CAP. 56.

MActare aliquẽ seipsum, aut ab aliquo mactari, eadem significat quæ antea de morte relata sunt: verùm citius perficit euetus. Sacrificari autẽ, & pro victima tractari ad arã Dei, aut publicè in congregatione siue ecclesia, aut in foro, omnibus bonum est, maximè seruis, qui inde præclarè & splendide liberi erunt.

De Viuentis combustione.

CAP. 57.

VIuentem comburi, eadem significat quæ fulmine feriri, de quibus in superioribus diximus. Priuatim autem & propriè viuentem comburi, ægrotis salutem significat, propter ipsius verbi κατακαίεσθαι compositionem. Cæterùm iuuenibus, calamitates irrationabiles, & concupiscentias amatorias significat.

De Cruce. CAP. 58.

CRucifigi omnibus qui nauigare proposuerunt bonum est. Nam ex lignis & clauis constat crux, quemadmodum etiam nauis: & malus eius similis est cruci. Bonum est & pauperi. Nam altus est crucifixus. Verùm diuitibus damnosum est. Nudi enim crucifiguntur, & carnes deperdunt crucifixi. Cæterùm viro vxorem non habenti nuptias prædicit, ob ligationem, sed tamen non adeò commodas. Eadem autem ratio est amicitiæ & sodalitatis. Seruos verò liberos facit. Nemini enim subiecti sunt crucifixi. Qui autem domi agere volunt, & qui propriam terram colunt, & qui alicunde eijci timent, eos eijcit, & non finit in locis in quibus sunt manere: prohibet enim crux terram contingere. Porrò in ciuitate crucifixum esse sibi videri, talem magistratum significat, qualis fuerit locus in quo crux posita fuit.

De Pugna cum feris. CAP. 59.

PVgnare cum feris pauperi bonũ est, multos enim habebit quos nutriat. Nam & qui cum feris pugnat à propriis carnibus feras nutrit. Verùm viro opulento iniurias futuras à talibus denuntiat, quales fuerint ipsæ feræ. Multis etiam morbum significauit. Nam vt à bestiis sic etiam à morbo corrumpuntur carnes. Seruos autem liberos facit somnium hoc, si sibi videantur à bestiis occisi esse.

De Descensu ad inferos. CAP. 60.

AD inferos descendere indéque redire, & speculari quæ istic solenni more instituta sunt, his quidem qui feliciter agunt damnosum est. Nam ad res gerendas impotentes sunt inferi, & frigidi & immobiles. Verùm cauentibus & verentibus, aut curiosis, aut tristatis, curarum & tristitiæ alleuiationem promittit. Sunt enim omnis tristitiæ ac curæ expertes inferi. Reliquis peregrinationis significatiui sunt, aut eos omnino ex locis in quibus sunt expellunt. atque hoc partim veteres declarant, qui eos qui longam peregrinationem profecti essent, ad inferos profectos esse dicebant: partim etiam ipsa ratio commonstrat, quòd nõ in iisdem conuersationibus mortui existant. Quòd si quis ab inferis rursus ascendere sibi videatur, ab exteris in patriam reuertetur. Si verò non, apud exteros vitam finiet. Sæpe verò etiam eos qui apud exteros sunt, descensus ad orcum ad domum reducit. At verò si quis ad inferos profectus videatur sibi prohibere violenter à regressu ad superos in humanis degentes, huic detentionem ab aliquibus somnium significat, aut inclusionem in carcerem. Multis verò morbum longum prædixit, & ob morbum mortem. Cæterùm ascendere perfugio aliquo reperto, ab extremo periculo ægrotum seruat. Cõsueto enim sermone eũ qui præter expectationẽ seruatus est, ab inferis reuersũ esse dicimus.

Περὶ τοῦ θηριομαχεῖν. νθ'.

ΘΗριομαχεῖν πένητι, ἀγαθόν, πολλοὺς γὰρ ἕξει τρέφειν. καὶ γὰρ ὁ θηριομαχῶν, ἀπὸ τῶν ἰδίων σαρκῶν τὰ θηρία τρέφει. ἀνδρὶ δὲ εὐπόρῳ, ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀδικίας ἐσομένας προαγορεύει, οἷα ἂν ᾖ τὰ θηρία. πολλοῖς δὲ νόσον ἐσήμανεν. ὡς γὰρ ὑπὸ θηρίων, οὕτω καὶ ὑπὸ νόσου φθείρονται αἱ σάρκες. δούλους δὲ ἐλευθεροῖ ἐὰν δόξωσιν ἀποτεθνηκέναι ὑπὸ τῶν θηρίων.

Περὶ τῆς εἰς ᾅδου καταβάσεως. ξ'.

ΕΙ'ς ᾅδου καταβῆναι καὶ ἀναβῆναι καὶ θεωρεῖν ὅσα ἐκεῖ γινόμενα, τοῖς μὲν ἐν εὐπραξίαις, βλάβας σημαίνει. ἄπρακτοι γὰρ οἱ ἐν ᾅδου, καὶ ψυχροὶ καὶ ἀκίνητοι. τοῖς δὲ εὐλαβουμένοις ἢ φροντίζουσιν, ἢ λυπουμένοις, ἀμεριμνίας καὶ ἀλυπίας προαγορεύει. καὶ γὰρ ἄλυποι καὶ πάσης ἐκτὸς φροντίδος εἰσὶν οἱ ἐν ᾅδου. τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀποδημίας εἰσὶ σημαντικοί. ἢ πάντως γε τῶν τόπων ἐν οἷς εἰσιν ἐκβάλλει· τοῦτο μὲν καὶ οἱ παλαιοὶ τοὺς μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ᾅδου πορεύεσθαι ἔλεγον. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ λόγος ἐπιδείκνυσιν· ὅτι μὴ ἐν ταῖς αὐταῖς διατριβαῖς εἰσὶν οἱ ἐν ᾅδου. καὶ εἰ μέν τις ἀναβαίνειν ἐξ ᾅδου πάλιν ὑπολάβοι, ἀνακομισθήσεται ἀπὸ τῆς ξένης εἰς τὴν οἰκείαν. εἰ δὲ μή, ἐπὶ ξένης καταβιώσει. πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ ξένης ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανάγει. τὸ δὲ δοκεῖν εἰς ᾅδου καταβάντα εἴργεσθαι τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀνόδου βίᾳ, κατασχεθῆναι πρός τινων σημαίνει, ἢ εἰς εἱρκτὴν ἐμβληθῆναι. πολλοῖς δὲ νόσον μακρὰν προηγόρευσε, καὶ ἐπὶ τῇ νόσῳ, θάνατον. τὸ δὲ ἀναβαίνειν διαφυγήν τινα πορισάμενον, ἀπὸ ἐσχάτου κινδύνου τινὸς, σώζει τὸν ἄρρωστον. φαμὲν γὰρ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸν παρὰ προσδοκίαν σωθέντα, ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι.

Περὶ τοῦ βαστάζειν ἢ βαστάζεσθαι. ξά.

Βαστάζειν τινὰ τῶν δαιμόνων τῶν χθονίων, ἢ αὐτὸν τὸν Πλούτωνα, ἢ τὸν Κέρβερον, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν ἐν ᾅδου, κακούργῳ μὲν ἰδόντι, σταυρὸν αὐτῷ σημαίνει. ἔοικε γὰρ καὶ ὁ σταυρὸς θανάτῳ, καὶ ὁ μέλλων αὐτῷ προσηλοῦσθαι, πρότερον αὐτὸν βαστάζει. ἀνδρὶ δὲ μὴ κακούργῳ, θηρίον βαστάσαι σημαίνει, καὶ εἰ μὲν βαρυνοίτο, δηχθῆναι καὶ ἀποθανεῖν. εἰ δὲ μή, αἰσθόμενον ἀποθέσθαι τε μὴ διαφθαρῆναι. βαστάζειν δὲ τινὰ τῶν ζώντων ἄμεινον, ἢ βαστάζεσθαι. ὅσῳ κρεῖττον ἀμύνειν τινὰ δύνασθαι τοῦ ἐπιδεῖσθαι βοηθείας καὶ τιμωρίας. ἔοικε γὰρ ὁ μὲν βαστάζων συναιρουμένῳ τινὶ καὶ εὐεργετοῦντι· ὁ δὲ βασταζόμενος, εὐεργετουμένῳ, ὅσῳ ἀσθενέστερος ἢ ὁ βαστάζων. οἷον γυνὴ ἢ παιδίον τοσούτῳ χεῖρον τῷ βασταζομένῳ. καὶ γὰρ τῶν εὐτελεστέρων καὶ ἧττον ἀμύνειν δυναμένων, ἐπιδεηθήσεται. μόνῳ οἰκέτῃ ὑπὸ δεσπότου βαστάζεσθαι ἀγαθόν, καὶ τῷ παντελῶς πένητι ὑπὸ πλουσίου. πολλὰ γὰρ ὠφεληθήσονται ὑπὸ τῶν βασταζόντων.

Portare, aut Portari.

CAP. 61.

POrtare aliquem dæmonem subterraneum, siue ipsum Plutonem, siue Cerberum, aut alium quendam ex inferis, si quidem maleficus id somnium viderit, crucem ipsi significat. Similis est enim & crux morti, & qui crucifigendus est prius ipsam portat. Si verò non maleficus vir somniũ viderit, ferã portabit, & si quidem grauabitur, ab ipsa mordebitur & morietur. Sin minus, gaudens eã deponet, & ab ipsa non lædetur. Portare aliquem viuentium melius est quàm portari, quantò præstantius est alicui auxiliari posse, quàm auxilio & ope alterius opus habere. Similis est enim is qui portat subleuanti & beneficium danti, qui verò portatur, beneficium accipienti. Quantò debilior est is qui portat, veluti si sit mulier aut puer, tantò peius est ei qui portatur. Nam vilium & minus auxiliari potentium opem implorabit. Soli seruo bonum est ab hero portari, & penitus pauperi ab opulento. Multum enim opis ferent à portantibus.

Περὶ νεκρῶν. ξβ'.

Νεκροὺς ὁρᾶν αὐτὸ μόνον καὶ μηδὲν ἀξιόλογον δρᾶν ἢ πάσχειν, οὕτω διατεθῆναι σημαίνει, ὅπως εἶχον ἀρεστῶς οἱ νεκροὶ ὅτι ἔζων πρὸς τὸν ἰδόντα. εἰ μὲν γὰρ ἐγένοντο ἡδεῖς ἢ εὐεργέται, ἀγαθὰ σημαίνουσι καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ἡδέως διάγειν. εἰ δὲ μή, τὰ ἐναντία. εἰ δέ τι οἱ νεκροὶ λαμβάνουσιν, * οἷα νεκροῖς συνάπτεται, ἀσύμφορον. πάντων δὲ χαλεπώτατοι, οἱ ἱμάτια περιαιρούμενοι, ἢ ἀργύριον, ἢ τροφάς. ἢ γὰρ αὐτῷ τῷ ἰδόντι θάνατον σημαίνουσιν, ἢ τινὶ τῶν τούτῳ προσηκόντων. ὅ, τι δ' ἂν ἄλλο ἁρπάξωσι, κατὰ ἀναλογίαν κρίνειν χρή. διδόντες δὲ οἱ νεκροὶ καὶ οὕτω πονηροί εἰσιν, εἰ μὴ ἄρα τροφὰς ἢ ἀργύριον ἢ ἱμάτια ἐπιδοῖεν.

De Mortuis. CAP. 62.

MOrtuos videre, atque id solùm, & nihil aliud memorabile facere aut pati, sic affectum iri significat, quomodo affecti fuerunt mortui dum viuebant erga somniantem. Si enim fuerunt iucundi & benefici, bona significant, & præsens tempus suauiter transigendum. Si verò non, contraria. Si verò acceperint quid tale mortui qualia mortuis dicantur, incommodum est. Sed omnium perniciosissimi sunt qui vestes auferunt, aut argentum, aut cibos. Aut enim ipsi somnianti mortem significant, aut alicui ex cognatis, aut affinibus ipsius. Quicquid autem aliud rapuerint, iuxta proportionem iudicare oportet. Quin & dantes mortui, etiam sic mali sunt, nisi sanè cibos, aut argentum, aut vestes dederint.

Ego autem obseruaui quẽdam qui suam vxorem defunctam in somniis vidit, procul stantem in domo, & lectos sternentem, & postridie contigit plures ex præminentibus illius amicis ægrotare, & apparuit manifestè somnium post euentum. Ægrotantes enim indigent pro necessitate sua præparatione lectorum, & non sani.

De Numismatis.

CAP. 63.

ALiqui tradunt argentum esse malum, & numismata omnia: ego verò obseruaui, tenuia quidem & ærea numismata tristitiæ esse causas, & sermonum molestorum. Verùm argentea verborum in paucis de rebus grauibus ac seriis significationem habere. Aurea verò adhuc de magis grauibus. Semper autem melius, paucas pecunias & numismata habere, putandum est. Quoniam multæ pecuniæ propterea quòd ægre dispensari possunt curas & tristitias significant, quemadmodum etiam thesaurus.

De Thesauro. CAP. 64.

SI quis putet se thesaurum effodere paucas pecunias habentem, minora mala significat. Verùm thesaurus multarum pecuniarum, tristitias & curas significat, & mortem prædicit. Neque enim absque terræ effossione thesaurus reperitur, quemadmodum neque mortuus deponitur. Atque ego sanè hoc obseruaui. Cùm enim aliquando in tristitia ac cura essem, vidi me in sportula habere tenuem valde monetam, & ingressus in officinam quandam, eam ipsam furto amisi ac perdidi: & contigit vt illa die mihi nuntius lætus adueniret, de rebus quarum cura angebar, atque sic exhilarabar, & melius afficiebar. Porrò in conuẽtu quodam cùm aliquãdo tales narrationes mouerentur, memini quendam dicere, quòd quandoque ad comparandas, & exigendas pecunias proprium filiũ suum ablegarit, & eo adhuc apud exteros degente, in somnis ipsum viderit reuersum

Ἐγὼ δὲ ἐτήρησά τινα τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προτελευτήσασαν θεασάμενον ἐν ὕπνοις, ὅτι δ᾽ ἦθεν καθισᾶ τὸν οἶκον, στρωννύουσα κλίνας, καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ συνέβη τοὺς πλείστους τῶν διαφερόντων τοῦ θεασαμένου τὸ ὄναρ νοσῆσαι, καὶ ἐφάνη πρόδηλον τὸ ὄναρ μετὰ τὴν ἀπόβασιν. οἱ γὰρ νοσοῦντες, δέονται κατὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἑτοιμασίας τῶν κλιναρίων, οὐχ οἱ ὑγιαίνοντες.

Περὶ νομισμάτων. ξγ'.

ΦΑσί τινες τὸ ἀργύριον εἶναι πονηρὸν, καὶ τὰ νομίσματα πάντα· ἐγὼ δὲ ἐτήρησα τὰ μὲν λεπτὰ καὶ χάλκεα νομίσματα, δυσθυμιῶν αἴτια, καὶ λόγων ἐπιλύπων. τὰ δὲ ἀργυρέα λόγων τῶν ἐν συνθήκαις περὶ σπουδαίων πραγμάτων σημαντικά. τὰ δὲ χρύσεα, σπουδαιοτέρων. ἀεὶ δὲ ἄμεινον ὀλίγα χρήματα ἔχειν καὶ νομίσματα. ἐπεὶ τά γε πολλὰ διὰ τὸ δυσοικονόμητον, φροντίδας καὶ λύπας σημαίνει, ὥσπερ καὶ ὁ θησαυρός.

Περὶ θησαυροῦ. ξδ'.

ΕΙ΄ τις ὑπολάβοι θησαυρὸν ὀρύσσειν ὀλίγα χρήματα ἔχοντα, ἥττονα τὰ χαλεπὰ σημαίνει. ὁ δὲ πολυχρήματος θησαυρὸς, λύπας καὶ μερίμνας σημαίνει καὶ θάνατον προαγορεύει. οὐ γὰρ ἄνευ τοῦ τὴν γῆν ἀνασκαφῆναι θησαυρὸς εὑρίσκεται, ὥσπερ οὐδὲ ὁ νεκρὸς κατατίθεται. Κἀγὼ τοῦτο παρεφυλαξάμην. ποτὲ οὖν ἐν δυσθυμίᾳ ὢν καὶ φροντίδι, ἐθεασάμην ἐμαυτὸν ἐν σπυρίδι ἔχοντα λεπτὰ κερμάτια, καὶ εἰσελθὼν ἐν ἐργαστηρίῳ τινὶ, ταῦτα ἀποκλάπην καὶ ἀπώλεσα· καὶ συνέβη μοι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ αἰσίων μοι ἀγγελθέντων περὶ ὧν ἐφρόντιζον, εὐθυμῆσαι καὶ ῥᾷον διατεθῆναι. Ἔλεγε δέ τις ἐν συνουσίᾳ, περὶ διηγημάτων τοιούτων κινουμένων, ὅτι ποτὲ ἐπὶ δανεισμῷ χρημάτων πέμψαι τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱὸν, ἔτι ἀποδημοῦ αὐτοῦ ὄντος, ἐθεάσατο αὐτὸν ἐν ὕπνοις ἥκοντα

καὶ λέγοντα, τρισχίλια ὀκτακόσια νομίσματα ἤνεγκα· καὶ ἀναθέμενός τινι τῶν ἐπιστημόνων τὸ ὄναρ, ἔμαθεν ὡς ἄπρακτος ὑποστρέψει αὐτοῦ υἱός· ᾧ καὶ ἀπήντησε· πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ἐναντία ἀεὶ ἀποβαίνουσι· δεύτερον δὲ καὶ ὅτι ἀεὶ εἰώθαμεν διὰ τῆς τοιαύτης θέσεως τῶν δακτύλων τῶν τρισχιλίων ὀκτακοσίων σημαίνειν τὸ οὐδέν.

& dicentem, tria milia octingenta numismata attuli: & delato ad quendam somniorum doctum interpretem hoc ipso somnio, responsum tulerit, quòd re infecta filius ipsius reuersurus esset, quòd ipsum etiam sic euenerit: ac primum quidem quòd contraria semper euenire solent: deinde quòd etiam semper per eiusmodi positionem digitorum trium milium octingentorum, nihil significare consueuimus.

Περὶ δακρύων. ξέ.

Δακρύειν καὶ ὀδύρεσθαι καὶ ἐπὶ νεκρῷ καὶ ἐπὶ ἄλλῳ τινὶ καὶ αὐτὸ τὸ λυπεῖσθαι χαρὰν ἐπί τινι καὶ ἡδονὴν ἐπὶ κατορθώματι ἐσομένην προαγορεύει ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον. ἔχει γὰρ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ συγγενές τι πρὸς τὸ περιέχον καὶ τὸν ἀέρα τὸν ἐκτός. ὥσπερ οὖν καὶ τὸ περιέχον καὶ ὁ ἀὴρ ἀεὶ τρέπεται ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἀπὸ χειμῶνος εἰς εὐδίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ εὐδίας εἰς χειμῶνα, οὕτως εἰκὸς καὶ τὴν ἡμετέραν γνώμην ἀπὸ λύπης εἰς ἡδονὴν καὶ χαρὰν τρέπεσθαι, καὶ ἀπὸ χαρᾶς εἰς λύπην. ὅθεν καὶ τὸ χαίρειν εἰς τὸ ἐναντίον τρεπόμενον, λύπην προαγορεύει. ἀεὶ δὲ χρὴ ἐπί τινι λυπεῖσθαι καὶ μὴ ἄνευ ὑποθέσεως. ἐπεὶ τό γε εἰκῆ λυπεῖσθαι ἔν τινι, ἐπί τινι λυπηθήσεσθαι σημαίνει.

De Lachrymis. CAP. 65.

Lachrymari & dolere tum ob mortuum, tum propter aliud quiddam, & ipsum adeò tristari, gaudium ob aliquam rem, & voluptatem propter rectè factum quoddam futuram prædicit, atque id rectè & iusta ratione. Habet enim anima nostra cognatum quiddam ad ambientem & aërem externum. Quemadmodũ igitur ambiens & aer, in contrarium mutatur semper, à tempestate in serenitatem, & rursus à serenitate in tempestatem: Sic verisimile est & mentem nostram, à tristitia in voluptatem & gaudiũ mutari, & à gaudio in mœrorem. Quare etiam gaudere in contrarium mutatum, tristitiam significat. Semper autem ob aliquid tristari oportet, & non sine causa, quoniam frustra tristari, ob aliquid tristem fore præsagit.

Περὶ μνημείου. ξϛ'.

Μνημεῖον δὲ ἔχειν ἢ οἰκοδομεῖν, ἀγαθὸν δούλῳ καὶ ἀπαιδί· ὁ μὲν γὰρ ἐλεύθερος ἔσται· ἐπεὶ μὴ δοῦλοι μνημεῖα κτῶνται, ἀλλὰ ἐλεύθεροι. ὁ δὲ, καταλείψεται παῖδα μνημεῖον ἑαυτοῦ. Πολλάκις δὲ γάμον προηγόρευσε τὸ τοιοῦτον ὄναρ. ἐπειδὴ τὸ μνημεῖον ὡς ἡ γυνὴ πολλὰ σώματα χωρεῖ· καὶ γῆς περίκτησιν, καὶ καθόλου πᾶσιν ἐστὶν ἀγαθὸν, καὶ τοῖς εὐδαιμονοῦσι καὶ τοῖς ἀπόροις. συντριβόμενα δὲ μνημεῖα ἢ καταπίπτοντα, τὰ ἐναντία σημαίνει.

De Monumento. CAP. 66.

Monumentum habere, aut ædificare, bonum est seruo, & liberos non habenti: alter enim liber erit, quoniam non serui, sed liberi monumenta exstruunt ac possident: alter filium relinquet monumentum sui. Sæpe verò & nuptias prædixit eiusmodi somnium. Quoniam monumentum velut mulier, multa corpora complectitur: & terræ acquisitionem, & in vniuersum omnibus bonum est hoc somnium, tum diuitibus & fortunatis, tum inopibus & infelicibus. At verò monumenta contrita, aut collabentia, contraria significant.

Si mortui reuiuiscant.

CAP. 67.

MOrtui reuiuiscentes, turbationes significant & detrimenta. Etenim velut res supposita esset cogitare oportet, qualis turbatio futura sit, si mortui reuiuiscant. Verisimile est enim quòd sua bona sint repetituri. Vnde & detrimenta, & damna, ac contentiones sint oriturae.

Si mortui denuo moriantur.

CAP. 68.

MOrtui denuo morientes, cognominibus, aut similibus, aut propinquis genere, mortem praesagiunt, vt hoc modo iidem bis mori videantur.

De Medicamento letali.

CAP. 69.

MEdicamentum letale, eadem quae mors ipsa significat. Eadem significatio est ferarum omnis generis, & bestiarum lectos subeuntium, quae celeriter occidunt.

De Nuptiis. CAP. 70.

QVandoquidē & nuptiae similes sunt morti, & à morte significantur, etiam hoc loco de ipsis mentionem facere conueniens esse putaui. Virginem ducere, aegrotanti mortem significat: quaecunque enim vxorem ducenti, eadem etiam mortuo contingunt. Bonum est autem ei qui nouam negotiationem aggredi proposuit, propositum enim assecuturum esse significat: & speranti alicunde vtilitatem, accessuram esse promittit. Omnino enim accipit bona aliqua, quae sponsa adducit, is qui vxorem

Περὶ τοῦ νεκροὺς ἀναβιῶσαι. ξζ.

Νεκροὶ ἀναβιοῦντες, ταραχὰς σημαίνουσι καὶ βλάβας. καθ' ὑπόθεσιν γὰρ ἐπινοῆσαι χρή, οἵα ἔσται ταραχὴ τῶν νεκρῶν ἀναβιωσάντων. ὡς εἰκὸς γὰρ καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτήσουσιν. ὅθεν δὲ βλάβαι καὶ φιλονεικίαι γίνονται.

Περὶ τοῦ νεκροὺς αὖθις τελευτᾶν. ξή.

Νεκροὶ ἐκ δευτέρου ἀποθνήσκοντες, ὁμωνύμων ἢ ὁμοίων, ἢ τῶν ἔγγιστα γένους, θάνατον προαγορεύουσιν, ἵνα οὕτως οἱ αὐτοὶ δὶς δόξωσιν ἀποθνήσκειν.

Περὶ φαρμάκου θανασίμου. ξθ.

Φάρμακον θανάσιμον, τὰ αὐτὰ τῷ θανάτῳ σημαίνει. ὁμοίως καὶ περὶ τῶν κνωδάλων, καὶ τῶν κοιτοπετῶν * θηρίων, ὅσα ταχέως ἀναιροῦσι.

Περὶ γάμου. ό.

Ἐπειδὴ καὶ ὁ γάμος ἔοικε θανάτῳ, καὶ ὑπὸ θανάτου σημαίνεται, ἐνταῦθα καλῶς ἔχειν ἡγησάμην ἐπιμνησθῆναι αὐτοῦ. Γαμεῖν παρθένον, τῷ νοσοῦντι θάνατον σημαίνει· ὅσα γὰρ τῷ γαμοῦντι συμβαίνει, τὰ αὐτὰ καὶ τῷ ἀποθανόντι. ἀγαθὸν δὲ τῷ καινῇ πραγματείᾳ ἐγχειρεῖν βουλομένῳ, τυχεῖν γὰρ σημαίνει τοῦ προκειμένου· καὶ τῷ ἐλπίζοντι πόθεν ὠφεληθῆναι. πάντως γὰρ ὁ γαμήσας προσλαμβάνεταί τινα οὐσίαν ἣν ἐπάγεται ἡ

ἡ νύμφη. τοῖς δὲ λοιποῖς ταραχὰς καὶ περιβενσίας σημαίνει. οὐ γὰρ ἄνευ ταραχῆς συντελεῖται γάμος. εἰ δέ τις γυναῖκα διαπεπαρθενευμένην πρὸς γάμον λαμβάνοι, οὐ καιναῖς ἐπιθέμενος, ἀλλὰ παλαιαῖς ἐγχειρήσεσιν, οὐκ ἂν μεταμέλοιτο. εἰ δέ τις τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἴδοι ἄλλῳ γαμουμένην, ἐναλλαγὴν πράξεως ἢ χωρισμὸν δηλοῖ. εἰ δὲ γυνὴ ἄνδρα ἔχουσα, δόξειεν ἄλλῳ γαμεῖσθαι, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι, κατορύξει τὸν ἄνδρα, ἢ ἄλλως πῶς αὐτοῦ χωρισθήσεται. ὡς δὲ ἐγὼ ἐτήρησα, οὐκ ἀεὶ τοῦτο γίνεται. ἀλλ' ὅταν ἡ γυνὴ ἢ μὴ ἐν γαστρὶ ἔχει, ἢ ἄτεκνος ᾖ, ἢ μηδὲν ἔχει πράσιμον. εἰ δὲ μὴ, ἐὰν μὲν θυγάτριον ἔχει, τοῦτο ἀνδρὶ δίδωσιν. ἐὰν δὲ ἔγκυος ᾖ, θῆλυ τέξεται, ὅπερ ἀναβραφὲν ἀνδρὶ δίδωσι, καὶ οὕτως οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀλλ' ἡ τῆς αὐτῆς μετέχουσα φύσεως ἄλλῳ γαμηθήσεται. καὶ ἡ πωλοῦσά τι, συνάλλαγμα ὥσπερ ἐν γάμῳ κατὰ τὴν πρᾶσιν ποιήσεται πρός τινα.

Περὶ χελιδόνος, καὶ ἀηδόνος. οα'.

Ἐπειδὴ περὶ χελιδόνος ἐν τῷ περὶ ὀρνίθων λόγῳ οὐκ ἐμνήσθην, ἀλλ' ἑκὼν παρέλιπον, ἐνθάδε ἐπιμνησθήσομαι, φασὶ γὰρ τὸ ζῶον θάνατόν τε σημαίνειν ἀώρων σωμάτων, καὶ πένθος, καὶ μεγάλην τινὰ λύπην. ἀπὸ τοιούτων γὰρ κακῶν καὶ τὴν ὄρνιν ταύτην λόγος ἔχει γενέσθαι. φησὶ γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, δεῖν ταῖς ἱστορίαις πείθεσθαι, καὶ Διονύσιος ὁ Ἡλιουπολίτης. φασὶ γὰρ ὅτι κἂν ᾖ ψευδής τις ἱστορία, διὰ τὸ προειλῆφθαι οὕτως ἔχειν, ἐπειδὰν ὁμοιόν τι τῇ περιοχῇ μέλλον ἀποβήσεσθαι ἡ ψυχὴ θέλῃ προαγορεύσαι, τὴν ἱστορίαν ταύτην ὀκείνην εἰς τὸ μέσον παράγει. ἐγὼ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πλείστων ἱστοριῶν συμφωνοῦντα τὸν λόγον εὗρον, οὐδαμῶς δὲ ἐπὶ πασῶν. ὅθεν προεστησάμενος ἐν ἅπαντι τῷ λόγῳ, οὐ τῷ πιθανῷ τῶν λεγομένων ἠκολούθησα, ἀλλὰ τῇ πείρᾳ τῆς

ducit. Reliquis perturbationes & diuulgationes significat. Non enim sine turbatione nuptiæ perficiuntur. Si verò quis mulierem deuirginatam in vxorem duxerit, non noua sed vetera negotia, nulla pœnitentia aggredietur. Si autem quis suam vxorem alteri nuptam viderit, immutationem actionum, aut separationem significat. Si verò mulier virum habens, sibi videatur alteri nupsisse, quemadmodum multi produnt, virum defodiet, aut aliter quomodocunque ab ipso separabitur. Verùm vt ego obseruaui, hoc non semper contingit, sed cùm aut vterum non gestat mulier, aut liberis caret, aut nihil venale habet. Si verò nihil horum fuerit, siquidem filiolã habuerit, eam ipsam viro collocabit. Si verò grauida fuerit, filiam pariet, quam educatam viro in matrimonium dabit, atque sic non ipsa, sed quæ eius naturæ particeps est alteri nubet: & quæ aliquid venale habet, communicationem & contractum, velut in nuptiis, circa venditionem cum aliquo faciet.

De Hirundine, & Luscinia.

CAP. 71.

QVãdoquidẽ de hirundine in sermone de auibus nõ memini, sed libenter reliqui, hîc sanè eius mentionem faciam. Aiunt enim animal hoc mortem significare intempestiuorum corporum, & luctum, & magnam aliquam tristitiam. Ab eiusmodi enim malis etiam auẽ hanc natam esse ferunt. Etenim Alexander Myndius historiis fidem habere oportere dicit, cui consentit etiam Dionysius Heliopolites. Aiunt enim quòd etiam si mendax sit historia quædam, tamen propter præsumptam de ea opinionem, quòd sic habeat, cùm simile quid eius argumẽto euenturum est, atque id anima prædicere velit, tunc illam ipsam historiam in medium adducit. Ego verò in plurimis quidem historiis hunc sermonem consonum reperi, verùm nequaquam in omnibus. Quare in omni sermone, non verisimilitudini eorum quę dicuntur addictus, eam sequor, sed experientiam euentuum ample-

amplector. Et nunc de hirundine dico, quòd non est mala, nisi quid absurdi faciat, aut permittetur in alium colorem prçter naturam ipsi existentem. Est enim vox eius, non lamentatio, sed cantilena remissa, & exhortatoria ad operas obeũdas. Quòd autem hoc verum est, vel inde cognosci potest. Quod hyeme hirundo neque volat, neque canora est, sed & ipsa terra, & mare quieta sunt, & homines, & alia omnia animalia sub tecto & in lustris suis degunt, & nihil aliud operantur. Vbi autem ver accesserit, prima hirundo apparet, subindicans, vt ita dixerim, singula opera aggredienda: & sanè vbi apparuerit, nunquam vespere canit, sed manè sole emergente, eos quos viuentes depreheńderit operum admonens. Est igitur commoda & ad opera, & ad actiones, & ad musicam, & maximè omnium ad nuptias. Fidam enim & domus custodem futuram vxorem promittit, eamque ferè græcam, aut musicam. Nam ipsa Hirundo eodem cum nobis tecto viuit. Atqui luscinia eadem quæ hirundo significat, sed minora. Minus enim nobis familiaris est.

De Dentibus. CAP. 72.

DE dentibus exactè tradidi lib. 1. Verùm etiam hic breue quiddam ex his quæ istic relicta sunt dicam. Dentes in manus sumere ex ore elapsos, aut etiam in proprium sinum colligere, depositionem filiorum futuram significat, aut non permanentium, aut non educandorum. Dentes lingua sua eiicere, significat ea quæ in vita dura & aduersa sunt, propria eloquentia dissoluere. Deinceps verò de volatu, & de fidedignis dicemus, & de tempore vitæ.

De Volatu. CAP. 73.

VOlare sibi videri paululum à terra distanti, figuraque recta, bonum est somnianti. Quantum enim abfuerit à terra, tantò altior est his qui vtrinque circumambulant. Semper autem feliciores altiores appellamus. Bonum est autem

ἀποτελεσμάτων. καὶ νῦν περὶ χελιδόνος λέγω, ὅτι οὐκ ἔστι πονηρά, εἰ μή τι ἄτοπον πάσχοι, ἢ διαλλάσσοι εἴς τι χρῶμα παρὰ φύσιν ὂν αὐτῇ. ἔστι γὰρ αὐτῆς ἡ φωνή, οὐ θρῆνος, ἀλλ᾽ ᾆσμα ἐνδόσιμον καὶ κελευστικὸν πρὸς ἔργα, ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστιν, ἴδοι τις ἂν ἐντεῦθεν. χειμῶνος χελιδὼν οὔτε ἵπταται, οὔτε φθέγγεται κατὰ τὴν ὥραν ταύτην. ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα, ἀργή ἐστι, καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ ἄλλα πάντα ζῶα καταδύεται, καὶ οὐδὲν ἄλλο πράττει. ὅταν δὲ τὸ ἔαρ παραβάλλῃ, πρώτη πρόεισιν. ὡς ἂν εἴποι τις ὑποδεικνύουσα τῶν ἔργων ἕκαστα, καὶ ὅταν γε φαίνηται, οὐδέποτε ἑσπέρας ᾄδει. ἀλλ᾽ ἕωθεν ἡλίου ἀνίσχοντος, οὓς ἂν ζῶντας καταλαμβάνει ὑπομιμνήσκουσα τῶν ἔργων. ἔστιν οὖν ἀγαθὴ καὶ πρὸς ἔργα καὶ πράξεις, καὶ πρὸς μουσικήν, μάλιστα δὲ πάντων πρὸς γάμον. πιστὴν γὰρ καὶ οἰκουρὸν ἔσεσθαι τὴν γυναῖκα σημαίνει, καὶ ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἑλληνίδα, ἢ μουσικήν. καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ χελιδὼν ὁμορόφιος ἡμῖν διαιτᾶται. ἀηδὼν δέ, τὰ μὲν αὐτὰ τῇ χελιδόνι. ἥσσονα δέ. καὶ γὰρ ἧττον ἡμῖν ἐστι συνώροφος.

Περὶ ὀδόντων. οβ'.

ΠΕρὶ δὲ ὀδόντων, ἠκρίβωσα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. βραχὺ δέ τι καὶ ἐνταῦθα τῶν πάλαι λειφθέντων ἐρῶ. ὀδόντας εἰς χεῖρας λαβεῖν τοῦ στόματος ἐκπεσόντας, ἢ εἰς τὸν κόλπον τὸν ἴδιον, ἀπόθεσιν τέκνων σημαίνει γενέσθαι, οὐ παραμενόντων, ἢ οὐκ ἀνατραφησομένων. ὀδόντας τῇ γλώσσῃ τῇ ἑαυτοῦ ἐκβάλλειν, σημαίνει τὰ ἐν τῷ βίῳ σκληρὰ τοῖς ἰδίοις λόγοις διαλύσαι. λοιπὸν δὲ περὶ πτήσεως καὶ τῶν ἀξιοπίστων ἐροῦμεν, καὶ περὶ χρόνου ζωῆς.

Περὶ πτήσεως. ογ'.

ἽΠτασθαι δοκεῖν ὀλίγον τῆς γῆς ἀπέχοντα ὀρθὸν τῷ σχήματι, ἀγαθὸν τῷ ἰδόντι. ὅσον γὰρ ἄν τις ἀπέχοι τῆς γῆς, τοσούτῳ ὑψηλότερος ἐστι τῶν ἑκατέρωθεν περιπατούντων. ἀεὶ δὲ ὑψηλοτέρους τοὺς εὐδαιμονεστέρους καλοῦμεν. ἀγαθὸν δὲ

μὴ ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι τοῦτο πράττειν, ἐπεὶ μετανάστασιν σημαίνει, διὰ τὸ μὴ τῇ γῇ ἐπιβαίνειν. ὥσπερ γάρ τινα φησὶ τὸν ἰδόντα τὸν ὄνειρον, ἄβατον εἶναι τὴν πατρίδα. ἵπτασθαι δὲ πτερὰ ἔχοντα, ἀγαθὸν ἐπίσης πᾶσιν. οἱ μὲν γὰρ δοῦλοι ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ ἐλευθεροῦνται. ἐπειδὴ καὶ πάντες οἱ ἱπτάμενοι ὄρνιθες, ἀδέσποτοί τινες εἰσὶ καὶ ἡγεμόνα οὐκ ἔχουσι. πένητες δὲ, χρήματα πολλὰ πορίζουσιν. ὥσπερ γὰρ τὰ χρήματα τοὺς ἀνθρώπους βαστάζει, οὕτω καὶ τὰ πτερὰ τοὺς ὄρνιθας. πλουσίοις δὲ καὶ τοῖς μέγα δυναμένοις, ἀρχὰς προλέγει. ὥσπερ γὰρ τὰ ἱπτάμενα τῶν ἐπὶ γῆς ἑρπόντων ὑπερέχει, οὕτω καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἰδιωτῶν. ἄνευ δὲ πτερῶν δοκεῖν ἵπτασθαι καὶ πολὺ τῆς γῆς ἀπέχειν, κίνδυνον καὶ φόβον τῷ ἰδόντι σημαίνει· καὶ τὸ περὶ τοὺς κεράμους ἵπτασθαι καὶ τὰς οἰκίας καὶ τὰ ἄμφοδα, ἀκαταστασίας τῆς ψυχῆς καὶ ταραχὰς προμαντεύεται. τὸ δὲ δοκεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτῆναι, δούλους μὲν αἰεὶ εἰς μείζονας οἰκίας μεταβῆναι σημαίνει· πολλάκις καὶ εἰς βασιλέων αὐλὴν ἥκειν. ἐλευθέρους δὲ καὶ μὴ βουλομένους πολλάκις ἐτήρησα εἰς τὴν Ἰταλίαν ἥκοντας. ὥσπερ γὰρ ὁ οὐρανὸς θεῶν ἐστὶν οἶκος, οὕτω καὶ ἡ Ἰταλία βασιλέων. τοὺς δὲ λανθάνειν πειρωμένους καὶ τοὺς ἀποκρυπτομένους ἐλέγχει. πάντα γὰρ τὰ ἐν οὐρανῷ, φανερὰ καὶ εὐσύνοπτα ἐστὶ πᾶσι. ἵπτασθαι μετ᾽ ὀρνέων, σημαίνει μετ᾽ ἀλλοεθνῶν καὶ ξένων ἀναστραφῆναι. πανούργοις δὲ πονηρόν, τοὺς δὲ [illegible] κολάζει. πολλάκις δὲ καὶ διὰ σταυροῦ πέτεσθαι, μήτε δὲ πολὺ τῆς γῆς ἀπέχοντα, μήτε αὖ ταπεινὸν σφόδρα, ἀλλ᾽ ὡς δύνασθαι διαγινώσκειν τὰ ἐν τῇ γῇ, ἀποδημίαν τινὰ καὶ μετανάστασιν σημαίνει. ἔξεστι δὲ μαθεῖν τὸν ἰδόντα ἐν τῇ ἀποδημίᾳ ποταπὰ τὰ πάντα ἀπαντήσει ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ βλεπομένων. πεδία μὲν γὰρ καὶ ἄρουραι καὶ πόλεις καὶ κῶμαι καὶ ἀγροί, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπων ἔργα, καὶ ποταμοὶ καλοί, καὶ λειμῶνες καὶ λίμναι καὶ λιμένες, καὶ θάλασσα εὔδιος, καὶ ὅρμοι καὶ νῆες οὐριοδρομοῦσαι, ταῦτα πάντα βλεπόμενα, ἀγαθὴν τὴν ἀποδημίαν μαντεύεται. ἄγκη δὲ καὶ φάραγγες, καὶ νάπαι, καὶ πέτραι, καὶ θηρία, καὶ ποταμοὶ χείμαρροι, καὶ ὄρη, καὶ κρημνοί, πονηρὰ πάντα τὰ ἐν τῇ ἀπο-

non in sua patria hoc facere, quoniam transmigrationem significat, propterea quòd terram non contingat. Quodam enim modò dicit somnianti somnium, quòd patriam cōtingere & accedere non possit. Volare alas habētem, ex æquo omnibus bonum est. Nam serui ob hoc somnium manumittuntur, quoniam omnes volantes auiculæ, neque dominum habent, neque ducem aliquem sequuntur. Pauperes autem multas pecunias acquirunt. Quemadmodum enim pecuniæ portant ac vehunt homines, sic etiam alæ aues. Diuitibus verò & valde potentibus principatus portendit. Quemadmodum enim ea quæ volant supereminent ea quæ per terram repunt, sic principes priuatos præcellunt. At verò absque alis volare, & multum à terra distare, periculum & timore somnianti significat. Sed & circum tegulas volare, ac domos, & biuia, seditiones ac turbationes animæ præsagit. Verùm videri sibi in cœlum euolare, seruos quidem in maiores domos transituros esse significat, & sæpe in regiam aulam peruenturos. Liberos autem etiam inuitos sæpe obseruaui, ob hoc somnium in Italiam profectos. Quemadmodum enim cœlum domus est deorum, sic Italia regum. Eos verò qui latere cupiunt, & occultantur reuelat. Omnia enim quæ in cœlo sunt, manifesta & conspicua omnibus sunt. Volare cùm auibus, significat cùm aliis gentibus & externis conuersationem fore. Maleficis autem malum est, scelestos enim punit. Sæpe verò & per crucem volare, ita vt neque multum à terra quis distet, neque rursus valde humilis volet, sed vt ea quæ in terra sunt cognoscere possit, peregrinationem quandam ac transmigrationem significat. Qualia autem obuentura sint in peregrinatione ipsi somnianti, ea omnia promptum est discere ex his quæ in terra videt. Campi enim & arua, & vrbes, & villæ, & agri, & omnia hominum opera, & fluuij pulchri, & prata, & stagna, & portus, & mare tranquillum, & portus arte parari, & naues secundo vento vtentes. Hæc omnia si videntur bonam peregrinationem præsagiunt. Valles autem & cōualles, & saltus, & petræ, & feræ, & fluuij torrentes, & montes, & rupes, omnia mala in peregri-

natione futura prædicunt. Semper autem bonum est vbi quis à volatu sursum facto rursus deuolet, & sic expergesiat. Omnium verò optimum est, volentem volare, & non inuitum in aërem ferri, & rursus vltro quiescere. Multam enim facilitatem & promptitudinem in rebus agendis prædicit. Verùm si quis persequentibus feris, aut homine, aut dæmone, volet, minimè bonum est. Timores enim ingentes & pericula magna inducit. Nam in somnis tantus erat timor, vt non sufficere ad fugam terram putaret, sed cœlum peteret. Bonum est seruo intra heri domum volare, multis enim in domo præeminebit. Si verò extra domum volarit, post prosperitatem è domo exibit, mortuus quidem si per atrium domus euolauerit, venditus verò si per ianuam, fugitiuus, si per fenestram. Supinum volare, nauiganti aut nauigare volenti, non est malum. Vt plurimum enim etiam in naui, vbi non tempestas, supini homines sunt: reliquis ocium prædicit. Supinos enim ociosos dicimus: ægrotos autem occidit. Omnium porrò pessimum & sinistimum, volare velle & non posse, aut etiam volantem caput ad terram habere, & pedes versus cœlum. Multam enim infelicitatem somnianti significat. Quomodocunque autem volarit homo ægrotus, morietur. Aiunt enim etiam animas à corporibus separatas in cœlum abire, superexcellenti velocitate vtentes, & vt ita dicam, volucrium similes. Qui verò sedentarias exercent artes, ex hoc somnio ab operis cessant, quo mobiles reddantur, & in sellis non maneant, propter volatum. Vincti autem soluuntur. Est enim & pedibus & manibus exolutus qui volat. Multi verò etiam cæci facti sunt. Similes enim sunt volantibus cæci, propter timorem casus. In curru, aut sella, aut lecto, aut sede, siue aliquo alio fulcri aut fundamenti loco subiecto sedentem volare, magnum morbum aut resolutionem siue paralysim significat, aut crurum vsum interceptum iri, & sic curru portari, propterea quod terram contingere non possit. At verò si quis peregrinari velit, ei hoc somnium non ita malum est. Nam cum tota domo, omnique instrumento do-

δημία προαγορεύουσιν. ἀεὶ δὲ ἀναπτάντα πάλιν καταπτῆναι καὶ οὕτω διυπνίζεσθαι, ἀγαθόν. πάντων δὲ ἄριστον, τὸ ἑκόντα πέτεσθαι καὶ βουλόμενον ἀνίπτασθαι, καὶ ἑκόντα παύεσθαι. πολλὴν γὰρ ῥᾳστώνην καὶ εὐχέρειαν τοῖς πραττομένοις προαγορεύει. διωκόμενον δὲ ὑπὸ θηρίων, ἢ ὑπὸ ἀνθρώπου ἵπτασθαι ἢ ὑπὸ δαίμονος, οὐκ ἀγαθόν. φόβους γὰρ μεγάλους καὶ κινδύνους ἐπάγει. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις τοσοῦτον ἦν τὸ δέος, ὡς τὸ μὴ ἱκανὴν ἡγήσασθαι εἰς τὸ φεύγειν τὴν γῆν, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιλαβέσθαι. ἀγαθὸν δὲ δούλῳ, τὸ ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ δεσπότου πέτεσθαι. πολλῶν γὰρ ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑπερέξει, εἰ δὲ ἐκτὸς πέτοιτο τῆς οἰκίας, μετὰ τὴν εὐημερίαν ἐξελεύσεσθαι τῆς οἰκίας. ἀποθανεῖται μὲν, ἐὰν διὰ τῆς αὐλῆς ἢ τῆς οἰκίας ἐκπέτηται. πραθήσεται δὲ, ἂν διὰ πυλῶνος. ἐὰν δὲ διὰ θυρίδος, ἀποδράσεται. πέτεσθαι δὲ ὕπτιον, πλέοντι μὲν ἢ βουλομένῳ πλεῦσαι, οὐ πονηρόν. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐν πλοίῳ ὅταν γε μὴ χειμάζωνται, ὕπτιοι εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι· τοῖς δὲ λοιποῖς, ἀπραξίαν προαγορεύει. ὑπτίους γὰρ τοὺς ἀπράκτους λέγομεν· νοσοῦντας δὲ ἀναιρεῖ. πάντων δ' ἂν εἴη πονηρότατον καὶ σκαιότατον, τὸ βούλεσθαι πέτεσθαι καὶ μὴ δύνασθαι, ἢ καὶ πετόμενον, πρὸς τῇ γῇ τὴν κεφαλὴν ἔχειν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν τοὺς πόδας. πολλὴν γὰρ κακοδαιμονίαν σημαίνει τῷ ἰδόντι. ὅπως δ' ἂν πέτηται νοσῶν ὁ ἄνθρωπος, τεθνήξεται. φασὶ γὰρ καὶ τὰς ψυχὰς ἀπαλλαγείσας τῶν σωμάτων, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι, τάχει χρωμένας ὑπερβάλλοντι, καὶ ὡς εἰπεῖν πτηνῶν ὁμοίας. οἱ δὲ τὰς ἐπιδιφρίους ἐργαζόμενοι τέχνας, παύονται τῆς ἐργασίας. ἵνα εὐκίνητοι γένωνται, καὶ μὴ μένωσιν ἐφ' ἕδρας διὰ τὴν πτῆσιν. καὶ οἱ δεδεμένοι λύονται. ἄλυτος γὰρ ὁ ἱπτάμενος καὶ ποσὶ καὶ χερσί. πολλοὶ δὲ καὶ ἐτυφλώθησαν. ἐοίκασι γὰρ καὶ οἱ τυφλοὶ τοῖς ἱπταμένοις, διὰ τὸ ἀεὶ φοβεῖσθαι καταπεσεῖν. ἐπὶ δίφρου δὲ ἢ βαθμοῦ ἢ κλίνης ἢ βάθρου ἢ ἄλλου τινὸς καθεζόμενον ἵπτασθαι, μεγάλην νόσον νοσῆσαι ἢ παραλυθῆναι σημαίνει, ἢ τοῖς σκέλεσιν οὐκέτι χρῆσθαι, ἀλλ' ἐπὶ δίφρου βασταχθήσεται, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τῆς γῆς ψαύειν. ἀποδημεῖν δὲ βουλομένῳ τὸ ὄναρ τοῦτο, οὐκέτι πονηρὸν γίνεται. μετὰ γὰρ ὅλου τοῦ οἴκου καὶ τῆς ἐνθήκης τῆς

ἰδίας ἀποδημήσει, ἢ καὶ ὀχήμασι φερόμενος.

Περὶ ἀξιοπίστων. οδʹ.

ΤΩΝ δὲ ἀξιοπίστων λεγομένων, οἷς λέγουσί τι κατ᾽ ὄναρ πιστεύειν χρὴ καὶ πείθεσθαι, φημὶ πρώτους εἶναι θεούς. ἀλλότριον γὰρ θεῷ τὸ ψεύδεσθαι. ἔπειτα ἱερεῖς· τῆς γὰρ αὐτῆς τοῖς θεοῖς παρὰ ἀνθρώποις τετυχήκασι τιμῆς. εἶτα βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας· τὸ κρατοῦν γὰρ δύναμιν ἔχει θεοῦ. εἶτα γονεῖς καὶ διδασκάλους, καὶ γὰρ οὗτοι, ὅμοιοι εἰσὶ θεοῖς. οἱ μὲν, εἰσάγοντες εἰς τὸ ζῆν. οἱ δὲ, ὅπως χρὴ τῷ ζῆν χρῆσθαι διδάσκοντες. εἶτα μάντεις, μάντεων δὲ, τοὺς μὴ ἀπατεῶνας, μὴ δὲ ψευδομάντεις. ὅσα γὰρ ἂν λέγωσι πυθαγορικοί, φυσιογνωμονικοί, ἀστραγαλομάντεις, τυρομάντεις, γυρομάντεις, κοσκινομάντεις, μορφοσκόποι, χειροσκόποι, λεκανομάντεις, νεκυομάντεις, ψευδῆ πάντα καὶ ἀνυπόστατα νομίζειν χρή. καὶ γὰρ αἱ τέχναι αὐτῶν εἰσὶ τοιαῦται, καὶ αὐτοὶ μὲν μαντικῆς οὐδὲ βραχὺ ἴσασι. γοητεύοντες δὲ καὶ ἐξαπατῶντες, ἀποδιδύσκουσι τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὑπολείπεται δὴ μόνα ἀληθῆ εἶναι, τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα, καὶ οἰωνιστῶν, καὶ ἀστεροσκόπων, καὶ ὀνειροκριτῶν, καὶ ἡπατοσκόπων. Περὶ δὲ μαθηματικῶν τῶν γενεθλιαλόγων, ἐπισκεψόμεθα. ἔτι τῶν ἀξιοπίστων εἰσὶ καὶ οἱ νεκροί, ἐπεὶ πάντως ἀληθεύουσι. διὰ γὰρ δύο ταῦτα οἱ ψευδόμενοι ἀπατῶσιν· ἢ διὰ τὸ ἐλπίζειν τι, ἢ διὰ τὸ φοβεῖσθαι. οἱ δὲ μήτε ἐλπίζοντες τι, μήτε φοβούμενοι, εἰκότως ἀληθῆ λέγουσι. μάλιστα δὲ οἱ νεκροί εἰσι τοιοῦτοι. Ἔτι καὶ τὰ παιδία ἀληθῆ λέγει· οὐδέπω γὰρ οἶδε ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν. καὶ οἱ παντελῶς πρεσβύται· τὸ ἀξιόπιστον γὰρ διὰ τὸ γήρως ἐνδείκνυνται, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα πάντως ἀληθῆ λέγει. διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐν μεθόδῳ λόγου. οἱ δὲ λοιποί, ἵνα μὴ καθ᾽ ἕκαστον λέγω, πάντες ὅ, τι ἂν λέγωσι, ψεύδονται, πλὴν τῶν ἐν τῷ ἀναχωρέα βίῳ πιστῶν, καὶ τοῖς ἤθεσι χρηστῶν.

mestico proficiscetur, aut etiam vehiculis perferetur.

De Fide dignis.

CAP. 74.

EX his qui fide digni dicuntur, quibus aliquid per somnium dicentibus credere oportet & obedire, primos esse deos sentio. Nam alienum à deo est mentiri. Deinde sacerdotes: eundē enim quem diis honorē homines ipsis habent: postea reges, & principes. Quicquid enim dominatur vim habet Dei. Deinde parentes & præceptores Nam hi similes sunt diis, illi ad vitam inducentes, hi quomodo viuere oporteat docentes. Deinde Vates, & ex vatibus non deceptores, neque vanos vates. Quæcunque enim dixerint Pythagorici, physiognomonici, talorum vates, ignium vates, circulorum vates, cribrorum vates, formispices, manuspices, peluium vates, mortuorum vates, ea omnia falsa & nullo fundamento nixa putare oportet. Nam ipsorum artes tales sunt, atque ipsi ne minimum quidem Vaticinationis sciunt, verùm præstigiis illudentes & defraudantes, obuenientes exuunt ac denudant. Reliquum itaque est solum ea vera esse, quæ ab his dicuntur, veluti sunt Augures, Astrorum inspectores, somniorum interpretes, & hepatispices. Verùm de mathematicis genealogiarum ac natiuitatum rationem inquirentibus, suspensa sententia considerabimus. Insuper autem fide digni sunt mortui, quoniam omnino vera dicunt. Duæ enim causæ sunt propter quas mentientes decipiunt, aut quòd aliquid sperent, aut quòd timeant. Atqui neque sperantes quid, neque timentes, meritò vera dicūt. Tales autem sunt vel maximè mortui ipsi. Amplius verò & pueri vera dicūt, Neque enim adhuc nouerunt mentiri & fallere. Et omnino Senes, Nā fide dignū per senectutē indicatur. Sed & alia animalia penitus vera dicunt, propterea quòd sermonis rationē non tenent. Reliqui autē, vt ne singula recensendo sermonem extendam, omnes, quicquid tandem dixerint, mentiuntur, exceptis his qui vitam in secessu degunt, & bonos mores habēt.

At verò theatris seruientes, & in pulpita & orchestras ascendentes, inde ad eò propter simulatas personas apud omnes fidem perdunt, item sophistæ, & pauperes, & galli, & exsecti & spadones. Hi enim etiam non dicentes quicquam, vanas spes esse significant, propterea quòd natura neque inter viros, neque inter fœminas numerari possunt. Oportet igitur fide dignis de omnibus quæ dicunt fidem habere.

θεατρικοὶ δὲ καὶ οἱ ἐπὶ θυμέλην ἀναβαίνοντες, αὐτόθεν διὰ τὰς ὑποκρίσεις πᾶσιν ἄπιστοι, καὶ σοφισταί, καὶ πένητες, καὶ γάλλοι, οἱ ἀπόκοποι καὶ σπάδοντες. οὗτοι γὰρ καὶ μὴ λέγοντές τι, ψευδεῖς τὰς ἐλπίδας εἶναι μηνύουσι, διὰ τὸ φύσει μήτε ἐν ἀνδράσι, μήτε ἐν γυναιξὶν ἀριθμεῖσθαι. χρὴ οὖν τοῖς ἀξιοπίστοις καὶ περὶ τῶν ἄλλων πάντων λέγουσι πιστεύειν.

De Temporibus vitæ.

CAP. 75.

HVmana ætas iuxta aliquos, annos septem habet. Vnde & medici dicunt, nemini duarum ætatum venam secandam esse, decem & quatuor annos natum significantes, tanquam qui adhuc ampliore sanguine opus habeat, & superfluum sanguinem nondum habeat: secundum quosdam annos triginta habet. Vnde & Nestorem aliqui sexaginta annos transgressum esse volunt, & in tertia ætate fuisse, atque ad nonaginta annos peruenisse, de quo sane poëta ait:

Ætatis qui hominum duo secula vixerat ætas
Tertia sed regem cernebat.

Cæterùm apud nos centum anni perfectum vitæ humanæ tempus censentur, quandoquidem plurimos tam diu viuere videmus, aut paulò minus annorum implentes, aut paulò amplius transgredientes, & alioqui rationem euentuũ ad hunc numerum correspondentem ipsa experientia ostendit, & propterea etiam nos ætate vsi sumus velut centum annos cõplectente. Quicunque igitur per integras literas scripti numeri, calculum intra cẽtenarium perficiunt, eos scribere & computare oportet, & opinari tot annos significare, quot videlicet ipse numerus indicat. Sunt autem hi soli apud Græcos. ἕν, μία, ἕξ, δέκα, ἕνδεκα, δεκάκις, δέκα. significat quidem ἕν, quinquaginta quinque. Scribitur enim per ε, quinarij numeri notam, & per ν, quinquagenarij. Verùm μία, quinquaginta vnum significat, scribitur enim per μ. quadragenarij numeri, & per ι, denarij, & per α, vnitatis notam. ἕξ, deinceps sexaginta quinque significat.

Περὶ χρόνων ζωῆς. οε.

ΕΧει ἡ ἀνθρωπίνη γενεὰ κατ' ἐνίους μὲν, ἔτη ἑπτά. ὅθεν καὶ λέγουσιν ἰατρικοί, τῶν δύο γενεῶν μηδένα φλεβοτομεῖν, τὸν τεσσαρεσκαιδεκαετῆ λέγοντες, ὡς ἔτι προσδεόμενον αἵματος, καὶ οὐδέπω ἔχοντα περιττὸν αἷμα· κατ' ἐνίους δὲ, τριάκοντα. ὅθεν καὶ τὸν Νέστορα βούλονταί τινες ὑπερβαίνειν τὰ ἑξήκοντα ἔτη, εἶναι δὲ ἐν τῇ τρίτῃ γενεᾷ, καὶ εἰς ἐνενήκοντα ἔτη γεγονέναι, ὅν φησιν ὁ ποιητής;

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίατο, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσε.

Καθ' ἡμᾶς δὲ ἑκατὸν ἔτη εἶναι τὸν τέλειον τῆς ζωῆς χρόνον, ἐπειδὴ τοὺς πλείστους ἢ ὀλίγῳ ἀποδέοντας ζῶντας ὁρῶμεν, ἢ ὀλίγῳ ὑπεραίροντας. ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ τὸν λόγον τῶν ἀποτελεσμάτων πρὸς τοῦτον τὸν ἀριθμὸν συμφωνοῦντα ἡ πεῖρα δείκνυσι, διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τῇ γενεᾷ ἐχρησάμεθα, ὡς δὴ ἐχούσῃ ἔτη ἑκατόν. ὅσοι οὖν τῶν ἀριθμῶν γραφέντες δι' ὅλων τῶν γραμμάτων ἀποτελοῦσι ψῆφον ἐντὸς τῶν ἑκατὸν, τούτους χρὴ γράφειν καὶ ψηφίζειν, καὶ ἡγεῖσθαι τοσαῦτα ἔτη σημαίνειν, ὅσα ἂν ἡ ψῆφος μηνύῃ. εἰσὶ δὲ οὗτοι μόνοι. ἕν, μία, ἕξ, δέκα, ἕνδεκα, δεκάκις, δέκα, καὶ ἔστι τὸ μὲν ἕν, πεντηκονταπέντε. γράφεται γὰρ διὰ τοῦ ε. καὶ τοῦ ν. Τὸ δὲ μία, πεντηκονταέν, γράφεται γὰρ διὰ τοῦ μ, καὶ τοῦ ι, καὶ τοῦ α, τὸ δὲ ἕξ, ἑξηκονταπέντε.

γράφεται γὰρ διὰ τοῦ ε, καὶ τοῦ ξ. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ δίκα, καὶ τὰ ἔνδικα, καὶ τὰ δικάκι δίκα, τῇ αὐτῇ ἐπινοίᾳ γράφειν καὶ ψηφίζειν χρή. ἀριθμήσεται γὰρ τὰ μὲν δίκα ὄντα, τριάκοντα. τὰ δὲ ἔνδικα, ὀγδοηκονταπέντε. τὰ δὲ δικάκι δίκα, ἐνενήκοντα, συντεθειμένων τῶν γραμμάτων καθ' ἓν ἕκαστον. καὶ οὕτως μὲν ἐκλαμβάνειν τούτους τοὺς ἀριθμοὺς χρή. ὅσοι δὲ τῶν ἀριθμῶν γραφέντες δι' ὅλων τῶν γραμμάτων καὶ ψηφισθέντες ὑπερβάλλουσι τὴν ἀνθρωπίνην γενεάν, οἷα τὰ δύο γίνεται· τετρακόσια ἑβδομηκοντατέσσαρα ταῦτα δὲ οὔτε ἐνδέχεται, οὔτε λόγον ἔχει ζῆσαι τοσαῦτα ἔτη τινά. τούτους οὖν τοὺς ἀριθμοὺς κατὰ τὴν ἀνάβασιν τῶν στοιχείων λαμβάνομεν οὕτως. ἐπὶ τὸ σημαῖνον στοιχεῖον καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐλθόντες, ψηφίζομεν ἑκάστου τῶν προηγούντων στοιχείων τὸν ἀριθμόν. οἷα τὰ δύο, δείκνυται ἀπὸ τοῦ β, προσθέντες τὸ α, φαμὲν εἶναι τρία. τὰ δὲ τρία συναριθμήσαντες τῷ ἑνὶ καὶ τοῖς δυσί, φαμὲν εἶναι ἕξ, ὁμοίως τὰ τέσσαρα σὺν τῷ τῶν ἔμπροσθεν στοιχείων ἀριθμῷ, γίνεται δέκα. τὰ πέντε ὁμοίως γίνεται δεκαπέντε. τὰ δὲ ἓξ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ ἐπεδείξαμεν ὄντα ἑξηκονταπέντε. τὰ δὲ ἑπτὰ σὺν τῷ ἔμπροσθεν ἀριθμῷ, τῶν ἓξ μὴ συναριθμουμένων διὰ τὸ καὶ σημαίνειν κατ' ἰδίαν τὰ ἑξηκονταπέντε, καὶ ὑπὸ στοιχείου μὴ δείκνυσθαι, ἀλλ' ὑπὸ χαρακτῆρος, γίνεται εἰκοσιδύο. ἔτι τὰ ὀκτώ, τριάκοντα. τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ τὰ ἐννέα, τριακονταεννέα. τὰ δὲ δέκα, ἴδιον φασὶν ἔχειν λόγον. τὰ γὰρ γραφέντα δι' ὅλων τῶν γραμμάτων καὶ ψηφισθέντα, καταμόνας σημαίνειν· καὶ πάλιν ὅτι οὐχ ὑπὸ χαρακτῆρος, ὡς τὰ ἕξ, ἀλλ' ὑπὸ στοιχείου δείκνυται, κατὰ τὴν ἀνάβασιν τῶν στοιχείων, γίνεται τεσσαρακονταεννέα. ἵνα δὲ μή τις ἀμφιβολοίη πῶς, ἐὰν μὲν ἀκούσῃ φωνὴν λέγοντος τινὸς δίκα, σημαίνει τριάκοντα. διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ δίκα γραφομένην καὶ συναγομένην ψῆφον. ἐὰν ἰῶτα ἴδῃ που γεγραμμένον, λέγοιτο ἂν τεσσαρακονταεννέα, κατὰ τὴν προειρημένην ἔννοιαν. συναριθμουμένης τῆς δεκάδος τῶν ἔμπροσθεν στοιχείων ψήφου. οὕτως τὰ εἴκοσι, ἑξηκονταεννέα γίνεται. καὶ τὰ τριάκοντα,

Scribitur enim per ε, quinatij, & ξ, sexagenarij numeri notam. Similiter & δίκα, & ἔνδικα, δικάκι, δίκα, iuxta eundem intellectum & scribere & supputare oportet. Reperientur enim in δίκα voce, triginta, in ἔνδικα, octoginta quinque, in δικάκι δίκα, nonaginta, ita vt compositas literas singulatim singulas excerpamus, atque sic numeros ex ipsis colligamus. Quicũque verò numeri per integras literas scripti & computati, humanam ætatem excedunt, velut δύο, quod efficit quadringẽta septuaginta quatuor, iuxta eos neque possibile est, neque rationi cõsentaneum, vt aliquis tot annos viuat: hos igitur numeros iuxta ascensum elementorum accipimus hoc modo. Adsignificans elementum ac numerum progressi, singulorum præcedentium elementorum numerum supputamus, veluti δύο quæ indicãtur per β apposita α, dicimus esse tria. τρία verò connumeratis vno & duobus, dicimus esse sex. Similiter τέσσαρα cum præcedentium elementorum numero fiunt decem. πέντε similiter fiunt quindecim. Verum ἕξ in superiore sermone indicauimus esse sexaginta quinque. At verò ἑπτὰ cum præcedenti numero, ἕξ non cõnumeratis, propterea quod priuatim sexaginta quinque significent, & per elementum non iudicetur, sed per integram characterum scripturam, fiunt viginti duo. Amplius autem ὀκτὼ fiunt triginta. Eadémque ratione ἐννέα fiunt triginta nouem. δέκα verò propriam aiunt habere rationem. Nam qui per integras literas scripti ac supputati sunt numeri, singulatim & per se significant. Et rursus, quia non per scripturam characterum, velut ἕξ, sed per elementum significantur, δέκα fiunt quadraginta nouem, secundum ascensum præcedentium elementorum numero simul supputato. Quo verò omnis ambiguitas remoueatur, Si quid audieris vocem alicuius dicentis δέκα, significat triginta, propter supputationem quæ colligitur ex δέκα voce scripta. Si verò ι alicubi videris scriptum, accipies per ipsum quadraginta nouem, iuxta prædictum intellectum, vt præcedentium elementorum numerus simul cum denario complicetur. Atque hoc modo εἴκοσι sexaginta nouem fiunt, & τριάκοντα,

nonaginta nouem. Cæterùm τεσσαράκοντα non amplius iuxta eundem modum accipere oportet. Neque enim centum triginta nouem annos vllus aliquis vixerit. Quæ ratio etiam in πεντήκοντα, & adhuc maioribus numeris est obseruanda. Oportet igitur hos, non iuxta ascensum numeri elementorum, sed iuxta positionem elementorum accipere ac interpretari. Velut τεσσαράκοντα notantur per elementum μ quod ipsum indicabit duodecim. Est enim duodecim elementum μ quod τεσσαράκοντα significat. quando autem sequitur ex ordine ν consequens est vt quandoquidem ipsum μ duodecimum est elementum, & ν decimum tertium, siue tredecim, fiat sanè & ξ decimum quartum & significet quatuor & decem, & reliqua eodem modo. Sunt porrò & quidam compositi numeri, quos diuidere oportet velut in primis quidem sic, decem bis dicta significant viginti, & decem ter, triginta, & quater decem, quadraginta, & quinquies decem, quinquaginta, & sexies decem, sexaginta, & septies decem, septuaginta, & octies decem, octoaginta, & nouies decem, nonaginta. Et rursus, viginti bis, quadraginta. Viginti ter, sexaginta. Viginti quater, octoaginta. Viginti quinquies, centum. Sic & triginta bis, sexaginta, triginta ter, nonaginta, Et quadraginta bis, octoaginta, & quinquaginta bis, centum. At verò in alijs plurium annorum numeris, velut si quis audisset aliquem dicentem, viues annos viginti sex, diuidere oportet, & viginti quidem vt viginti accipere, verum ἕξ id est sex, iuxta superiorem rationem accipere. Fiunt igitur omnes anni octoginta quinque. Si verò viginti septem, viginti quidem per se, septem verò iuxta priorem rationem viginti duo accipere oportet, fiunt igitur omnes quadraginta duo. Sic & viginti octo, quinquaginta, & quicunque alius numerus cùm vicenario coniunctus, supra quinque per se calculum & supputationem subeat. Similiter & quicunque numerus cum tricenario copulabitur, supra tria, & quicunque cum quadraginta, supra duo, & quicunque cum quinquaginta, supra duo, velut exépli gratia. Si quis audisset aliquem dicentem, viues annos quinquaginta septem,

ἐνενηκονταεννέα. οὐκέτι δὲ τὰ τεσσαράκοντα κατὰ τὸν αὐτὸν ἐκλαμβάνειν χρὴ τρόπον. οὐ γὰρ ἑκατὸν τριακονταεννέα ζήσεταί τις ἔτη. Ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν πεντήκοντα, καὶ ἐπὶ τῶν ἔτι μειζόνων ἀριθμῶν. χρὴ οὖν τούτους, οὐ κατὰ τὴν ἀνάβασιν τῆς ψήφου τῶν στοιχείων, ἀλλὰ κατὰ τὴν θέσιν τῶν στοιχείων ἐκλαμβάνειν. οἷον τεσσαράκοντα ἐστί, μ. ἣ ἐνδείξεται δεκαδύο· δωδέκατον γάρ ἐστι στοιχεῖον τὸ μ, τὸ τεσσαράκοντα σημαῖνον. ὅτε δὲ δέχεται τὸ ν, ὁ ἑπόμενος λόγος σημαίνει ἐπειδὴ τὸ μ δωδέκατόν ἐστι στοιχεῖον, καὶ τὸ ν ἐστι τρισκαιδέκατον ἤτοι δεκατρία. γένοιτ' ἂν καὶ τὸ ξ, ἤτοι δεκατέσσαρα, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. Εἰσὶ δέ τινες καὶ σύνθετοι ἀριθμοὶ οὓς χρὴ διαιρεῖν· οἷον ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων, οὕτω. τὰ δέκα δὶς λεγόμενα, σημαίνει εἴκοσι, καὶ τὰ δέκα τρίς, τριάκοντα, καὶ τὰ τετράκις δέκα, τεσσαράκοντα, καὶ τὰ πεντάκις δέκα, πεντήκοντα, καὶ τὰ ἑξάκις δέκα, ἑξήκοντα· καὶ τὰ ἑπτάκις, ἑβδομήκοντα· καὶ τὰ ὀκτάκις, ὀγδοήκοντα· καὶ τὰ ἐννάκις, ἐνενήκοντα. καὶ πάλιν τὰ εἴκοσι δίς, τεσσαράκοντα· καὶ τὰ εἴκοσι τρίς, ἑξήκοντα· καὶ τὰ εἴκοσι τετράκις, ὀγδοήκοντα· καὶ τὰ εἴκοσι πεντάκις, ἑκατόν. πεντάκις τῶν εἴκοσι γινομένων· οὕτω καὶ τριάκοντα δίς, ἑξήκοντα· καὶ τὰ τριάκοντα τρίς, ἐνενήκοντα· καὶ τὰ τεσσαράκοντα δίς, ὀγδοήκοντα. καὶ τὰ πεντήκοντα δίς, ἑκατόν. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων πλειόνων ἐτῶν, οἷον εἴ τις ἀκούσειέ τινος ἄλλου λέγοντος, ζήσεις ἔτη εἰκοσιέξ, χρὴ διαιρεῖν. καὶ τὰ μὲν εἴκοσι, ὡς εἴκοσι τίθεσθαι. τὰ δὲ ἕξ, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον τίθεσθαι, ἑξηκονταπέντε· γίνεται οὖν τὰ πάντα, ὀγδοηκονταπέντε. εἰ δὲ καὶ εἰκοσιεπτά, τὰ μὲν εἴκοσι, κατ' ἰδίαν. τὰ δὲ ἑπτά, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον, εἰκοσιδύο· γίνεται οὖν τὰ πάντα, τεσσαρακονταδύο. οὕτως καὶ τὰ εἰκοσιοκτώ, πεντήκοντα· καὶ ὅς τις ἂν ἄλλος ἀριθμὸς, σὺν τοῖς εἴκοσιν ὑπὲρ τὰ πέντε κατ' ἰδίαν ψηφιζέσθω. ὁμοίως καὶ ὁ μετὰ τῶν τριάκοντα, ὑπὲρ τὰ τρία. ὁ μετὰ τῶν τεσσαράκοντα, ὑπὲρ τὰ δύο. καὶ ὁ μετὰ τῶν πεντήκοντα, ὑπὲρ τὰ δύο. οἷον ὑποδείγματος χάριν. εἴ τις ἀκούσειε τινὸς λέγοντος, ζήσεις ἔτη πεντηκονταεπτά,

εὐήθης δ' ἂν ἑπτάκις πεντήκοντα προσδοκᾶν ἄνθρωπον ζῆσαι, ἅπερ γίνονται τριακόσια πεντήκοντα· ἀλλὰ δηλονότι τὰ ἑπτὰ κατ' ἰδίαν κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ψηφισθέντα σὺν τοῖς πεντήκοντα, γίνονται ἑβδομήκοντα-δύο. ὅταν μέν τοι τις ἐντὸς τοῦ εἰρημένου ἀριθμοῦ, οἷον εἴ τις ὢν ἐτῶν τριάκοντα, δόξειε λέγειν αὐτῷ τινὰ, ζήσεις ἔτη πεντήκοντα, οὗτος ζήσει λοιπὸν εἴκοσι· ἵνα αὐτῷ σὺν τοῖς τριάκοντα τοῖς πρὶν, τὰ εἴκοσι μέλλοντα γένηται πεντήκοντα. εἰ δέ τις ὢν ἐτῶν ἑβδομήκοντα, δόξειε λέγειν αὐτῷ τινὰ ζήσειν ἔτη πεντήκοντα, οὗτος ζήσει λοιπὰ δεκατρία· δηλονότι, οὔτε ἐν τοῖς προτέροις λέγει αὐτῷ διὰ τὸ εἶναι τὰ πρότερα πλείονα τῶν πεντήκοντα, οὔτε μὴν ἄλλα πεντήκοντα ἔτη ἐπὶ τοῖς ἑβδομήκοντα οἷόν τε ζῆσαι, οὔτε ἐνδέχεται. τοιγάρτοι λοιπὰ δεκατρία ζήσεται. ὅτι τὰ πεντήκοντα σημαίνοντα τρισκαιδέκατον τέτακται. ὁ δὲ παραπλήσιος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίων λόγος τηρείσθω. ὅταν ᾖ ὁ λεγόμενος ἀριθμὸς τοῦ μὲν ἔμπροσθεν χρόνου ἥττων, πρὸς δὲ τὸν μέλλοντα ἀνένδεκτος. Ἔτι καὶ τοῦτο, τὰς ἡμέρας καὶ τοὺς μῆνας καὶ τὰ ἔτη ὡς ἐπιτοπλεῖστον, οὕτως διακρίνειν. οὐ γὰρ πάντως ἀεὶ ἰσοδυναμοῦντα εὑρίσκεται, καὶ γὰρ ἀπὸ ἐτῶν μῆνες καὶ ἡμέραι δείκνυνται, καὶ ἀπὸ μηνῶν, ἔτη καὶ ἡμέραι, καὶ ἀπὸ ἡμερῶν, μῆνες καὶ ἔτη. Ἵνα δὲ τοῦτο μὴ εἰς ἀμφίβολον πίπτῃ, ὅταν εἴπῃ τις ἔτη, ἐὰν μὲν σύμμετρα ᾖ καὶ ἐνδεχόμενα, ἔτη νομιζέσθωσαν. ἐὰν δὲ πολλὰ, μῆνες. ἐὰν δὲ ὑπέρμετρα, ἡμέραι. ἀναστρέφει δὲ ὁ λόγος καὶ ἀπὸ ἡμερῶν· ἐὰν γὰρ ὦσι πολλαὶ, ἡμέραι νομιζέσθωσαν. ἐὰν δὲ σύμμετροι, μῆνες. ἐὰν δὲ ὀλίγαι, ἔτη. ὁμοίως καὶ οἱ μῆνες, πρὸς τὸ ἐνδεχόμενον ἐκλαμβανέσθωσαν. τὸ δὲ ἐνδεχόμενον ἢ μὴ, ἐνδείξει ἐπὶ τὸν περὶ χρόνου ζωῆς λόγον, ἡ ἡλικία τοῦ ἰδόντος. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων προθεσμιῶν, ἡ προσδοκία τῶν χρειῶν. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ καὶ τοῦτο. ὅτι πολλάκις οἱ θεοὶ ἀποφαίνονται μὲν ὡς περὶ χρόνου ζωῆς. σημαίνουσι δὲ οὐ πάντοτε περὶ χρόνου ζωῆς. ἀλλὰ ἔστιν ὅτε καὶ περὶ μεταβολῆς τῶν πραγμάτων, καὶ περὶ ἐλευθερίας τοῖς δούλοις, καὶ

ſtolidum eſſet ſperare hominem ſepties quinquaginta annos victurum eſſe, qui eſſent trecenti quinquaginta. Sed ſanè ſeptem per ſe iuxta ſuperiorem rationem, vnà cum quinquaginta ſupputati, fiunt ſeptuaginta duo anni. Quum tamẽ quis fuerit intra prædictum numerum, velut ſi quis annorum exiſtens triginta, putaret aliquem ſibi dicere, viues annos quinquaginta, hic viuet in poſterum viginti, quo vnà cum prioribus trigintã annis, viginti ſucceſſura quinquaginta fiant. Si verò quis annos habens ſeptuaginta videatur ſibi quendam ipſi dicere, viues annos quinquaginta, hic de cætero tredecem annos viuet. Neque enim de primis ipſi dicit, propterea quòd primi plures quàm quinquaginta ſint, neque tamen alios quinquaginta annos ſupra ſeptuaginta viuere poſſibile eſt, aut contingens. Proinde reliquos tredecim annos viuet quoniam ν elementum quinquaginta ſignificans, decimum tertium ex ordine locum obtinet. Conſimilis autem & in aliis ſimilibus ratio obſeruetur, quum numerus qui alicui denuntiatur, prius tranſacto tempore fuerit minor, ad futurum verò tempus impoſſibilis. Inſuper verò & dies, & menſes, & annos vt plurimum ſic diiudicare oportet. Neque enim ſemper æqualis penitus valoris reperiũtur. Nã & per annos, menſes ac dies indicantur, & per menſes, anni ac dies, & per dies, menſes ac anni. Ne verò & hic in ambiguitatem delabamur, vbi quis annos dixerit, ſiquidem fuerint moderati & poſſibiles, pro annis iudicentur. Si verò multi, pro menſibus. Si autem penitus modum exceſſerint, pro diebus. Reuertit autem ratio à diebus. Si enim multi fuerint, pro diebus iudicentur. Si verò moderati, pro menſibus. Sin pauci, pro annis. Similiter & menſes iuxta poſſibilitatem accipere ac interpretari oportet, poſſibilitatem autem & impoſſibilitatem iudicabit, quod ad temporis vitæ rationem attinet, ipſa ſomniantis ætas. In aliis verò præfinitis temporibus, expectatio & reſpectus neceſſitatum. Quin & huius meminiſſe oportet. Quod dij ſæpe pronunciant quidem vt de temporibus vitæ, ſignificant autem non ſemper de tempore vitæ, ſed aliquando de permutatione rerũ, & ſeruis, de libertate, & de aliis,

de aliis, quæ sermo supra de morte relatus complectitur.

Hæc quidē igitur quantū possibile fuit, pro viribus nostris, citra defectū, & vt mihi videtur ex integro, omnia dicta ac enumerata sunt tibi, Maxime, vir sapientissime. Si verò quispiā ex his quibus hi libri obueniēt, ex relatis quicquam ab alio aliquo acceptū esse, & nō à me per experiētiā cognitū putat, is vanā & temerariam alit suspicionem. Verùm vbi inciderit in huius libri præfationē eamq; diligentius expenderit, intelliget sanè meū propositū ac voluntatē. Insuper si cuipiā ad contrarium vergere videtur aliquid ex relatis, vt mihi videtur propterea quòd ab aliqua probabili ratione commoueatur, is sciat quòd inueniet quidem quæ dicat, & quæ credibilia fiāt, ad quæ inuenienda neque mihi facultas deerat. Verùm non his qui in theatris applausum captant, & verborū negociationē exercēt, vnquā placere volēs conuersatus sum, sed semper experiētiā & regulā testes meorū sermonum aduoco. Ego itaq; ad omniū experiētiā iam perueni. Neq; enim quicquam aliud feci, verùm semper & noctu & interdiu circa somniorū iudicationē ac interpretationē versatus sum. Tibi verò nō est necesse vt tēpus expectes, sed mox istuc per teipsum (quę tua sapientia atq; excellens prudētia est) de singulis ipsis iudicare poteris, num rectè an secus habeant. Est autē exiguum quiddā, quod rogo, omnes qui in hos libros inciderint, nimirū, vt neq; deponant quicquā, neque ex præsentibus quid adimāt. Siue enim quis poterit meis aliquid addere, facilius vtique propria fecerit. Si verò quædā ex scriptis in his libris superflua iudicauerit, his tantū quæ sibi placēt vtatur, reliquis ex libris non exēptis, deū inspectorē & custodē omnium reueritus Apollinē, à quo persuasus ego, vt qui patriū numen mihi existat, ad hanc tractationē progressus sum. Sæpe enim me cohortatus est, & maximè nunc manifestè institit mihi, quando tibi notus factus sum, & tantū nō iussit me hæc conscribere. Nihil igitur miri est Apollinē in Daldia, quē nos patrio nomine Mysten vocamus, ad hæc prodēda me cohortatum esse, vt qui virtuti & sapientiæ tuæ consultum velit. Nam Lydis quandam hospitij necessitudinem cum Phœnicibus esse, hi qui patriæ res ac historiam prodiderunt narrant.

περὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἐμπεριέχει ὁ περὶ θανάτου λόγος περιέχει.

Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἴσον ἔχον δυνάμεως, ἀνελλειπῶς τε ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐξ ὁλοκλήρου πάντα εἴρηταί σοι Κάσσιε Μάξιμε ἀνδρῶν σοφώτατε. εἰ δέ τις τῶν ἐντυγχανόντων ταῖσδε ταῖς βίβλοις, τῶν εἰρημένων τι ὑπ' ἐμοῦ, παρά τινος τῶν ἄλλων εἰλῆφθαι, καὶ μὴ ὑπὸ τῆς πείρας ἡγεῖται, ματαίως ὑπείληφεν. ἐπιμελέστερον δὲ ἐντυχὼν αὐτὸ τοῦτο τοῦ βιβλίου τῷ προοιμίῳ, καταγνώσεται τὴν προαίρεσιν τὴν ἐμήν. ἔτι καὶ εἴ τινι πρὸς τὸ ἐναντίον ῥέπειν τι τῶν εἰρημένων φαίνεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ διὰ τὸ ὑπό τινος πιθανοῦ λόγου κινεῖσθαι, ἴστω ὅτι εὑρήσει λέγειν μὲν καὶ πιθανεύεσθαι. Κἀγὼ πάνυ μὲν ἱκανὸς ὤν· ἀλλὰ οὐ θεατροκοπίαις τε τοῖς λογεμπόροις ἀρέσκειν ποτὲ μετῆλθον. ἀλλ' ἀεὶ τὴν πεῖραν, καὶ κανόνα τε μάρτυρα τῶν ἐμῶν λόγων ἐπιβοῶμαι. Ἐγὼ μὲν οὖν πάντων ἤδη διὰ πείρας ἐλήλυθα· τῷ μηδὲν ἄλλο πράττειν, ἀεὶ δὲ καὶ νύκτας τε μεθ' ἡμέρας πρὸς ὀνειροκρισίαν εἶναι. σὺ δὲ οὐκ ἀναμένεις χρόνον, ἀλλ' αὐτόθεν διὰ τὴν σοφίαν καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν σύνεσιν, δυνήσῃ ἐπικρῖναι ἕκαστον αὐτῶν, εἴτε εὖ, εἴτε μὴ καλῶς ἔχει. δέομαι δὲ ὀλίγα τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς βιβλίοις, μήτε προσθεῖναι, μήτε τῶν ὄντων ἀφελεῖν. εἴτε γὰρ δυνατό τις τοῖς ἐμοῖς προσθεῖναι, ῥᾷον ἂν ἴδια ποιήσειεν. εἰ δέ τινα τῶν γεγραμμένων ταῖσδε ταῖς βίβλοις περισσὰ δοκεῖ, οἷς ἀρέσκεται μόνοις χρήσθω, τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων μὴ ἐξαίρων. θεὸν ἐπόπτην τε φύλακα πάντων νομίζων τὸν Ἀπόλλωνα. ᾧ πειθόμενος ἐγὼ πατρίῳ ὄντι θεῷ εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν παρῆλθον, πολλάκις με προτρεψαμένῳ· μάλιστα δὲ νῦν ἐναργῶς ἐπιστάντι μοι, ἡνίκα σοι ἐγνωρίσθην, καὶ μονονουχὶ κελεύσαντι ταῦτα συγγράψαι. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα, ὃν μύστην καλοῦμεν ἡμεῖς πατρῴῳ ὀνόματι, ταῦτά με προτρέψασθαι, τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας προνοούμενον· καὶ γὰρ εἶναί τινα Λυδοῖς προξενίαν πρὸς Φοίνικας, οἱ τὰ πάτρια ἡμῖν ἐξηγούμενοι φασίν.

ΤΑ ΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΤΡΙΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ ΤΩΝ

Ἀρτεμιδώρου Ὀνειροκριτικῶν.

QVÆ IN TERTIO LIBRO ARTEMIDORI DE SOMNIORVM interpretatione contineantur.

Τοῦτο τὸ βιβλίον, ἐπισυναγωγή ἐστι τῶν παραλειπομένων ἐν τοῖς προτέροις δύο βιβλίοις. διὸ οὐδὲ κυρίως ἐπιγράφεται τρίτον, ἀλλὰ Φιλαλήθης ἢ ἐνόδιον.

Hic liber congregatio & collectio est eorum, quæ in prioribus duobus libris sunt relicta. Quare neque propriè tertius inscribitur, sed Philalethes: hoc est, veritatis amator, aut Enodius, hoc est, Inuitatorius, siue Mercurialis in via positus.

Περὶ τοῦ κυβεύειν. α'.
Περὶ τοῦ κλέπτειν. β'.
Περὶ τοῦ ἱεροσυλεῖν. γ'.
Περὶ τοῦ ψεύδεσθαι. δ'.
Περὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων μαχίμων. ε'.
Περὶ μυρμήκων. ϛ'.
Περὶ φθειρῶν καὶ ἑλμίνθων. ζ'.
Περὶ κορέων καὶ κωνώπων καὶ ἐμπίδων. η'.
Περὶ μάχης καὶ μίσους. θ'.
Περὶ σφαγῆς. ι'.
Περὶ κροκοδείλου καὶ αἰλούρου. ια'.
Περὶ ἰχνεύμονος καὶ ἴκτιδος. ιβ'.
Περὶ τοῦ θεὸν γενέσθαι. ιγ'.
Περὶ τοῦ θεὸν ὑποδέχεσθαι ἢ θεοῦ σχῆμα ἔχειν. ιδ'.

De ludo cuborum siue tesserarum. *cap.*1.
De furto. *cap.*2.
De sacrilegio. *cap.*3.
De mendacio. *cap.*4.
De coturnicibus & gallis pugnacibus. *cap.*5.
De formicis. *cap.*6.
De pediculis & lumbricis. *cap.*7.
De cimicibus & culicibus. *cap.*8.
De pugna & odio. *cap.*9.
De mactatione siue cæde. *cap.*10.
De crocodilis & fele. *cap.*11.
De ichneumone & viuerra. *cap.*12.
Deum factum esse. *cap.*13.
Deum suscipere, aut Dei habitum habere. *cap.*14.

De gralis. cap.15.
De deambulatione super mari. cap.16.
Homines fingere. cap.17.
Vehiculo subiugatum esse. cap.18.
Vehi in curru. cap.19.
De vaticinatione. cap.20.
Vatem factum esse. cap.21.
De morbo. cap.22.
Suas ipsius carnes edere. cap.23.
Sinistrè amictum esse. cap.24.
Sinistra scribere. cap.25.
De nouerca & vitrico. cap.26.
De prædecessorib. & successorib. c.27.
De mure & mustela. cap.28.
De luto. cap.29.
De pelui. cap.30.
De imagine. cap.31.
De obstetrice. cap.32.
De spina & aculeis. cap.33.
De litera ρ & numero centenario. c.34.
De catena. cap.35.
De tela & auxiliaribus instrumentis. cap.36.
De coticula. cap.37.
De etymologia & originatione nominum. cap.38.
De consolatione. cap.39.
De vulneribus & cicatrice. 40.
De debito, & creditore, & locatore domus. cap.41.
De insania & ebrietate. cap.42.
De timore. cap.43.
De epistola. cap.44.
De hernia. cap.45.
De plantis in corpore nascentibus. c.46
De scabie, & lepra, & elephante corporis vitio. cap.47.
Lapidibus iacere aut ici. cap.48.
De cicadis. cap.49.
De scilla & hastula regia. cap.50.
Eadem cum alio pati. cap.51.
De sterquilinio. cap.52.
De oratione. cap.53.
De claue. cap.54.

Περὶ κολοβάθρων. ιε'.
Περὶ τοῦ ἐπὶ θαλάσσης περιπατεῖν. ις'.
Περὶ τοῦ ἀνθρώπους πλάσσειν. ιζ'.
Περὶ τοῦ ὑποζεῦχθαι ὀχήματι. ιη'.
Περὶ τοῦ ὀχεῖσθαι ἐπὶ ἅρματι. ιθ'.
Περὶ τοῦ μαντεύεσθαι. κ'.
Περὶ τοῦ μάντιν γενέσθαι. κα'.
Περὶ νόσου. κβ'.
Περὶ τοῦ τὰς ἑαυτοῦ σάρκας ἐσθίειν. κγ'.
Περὶ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ περιβεβλῆσθαι. κδ'.
Περὶ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ γράφειν. κε'.
Περὶ μητρυιᾶς καὶ πατρῴου. κς'.
Περὶ προγόνων καὶ ἐπιγόνων. κζ'.
Περὶ μυὸς καὶ γαλῆς. κη'.
Περὶ πηλοῦ. κθ'.
Περὶ λεκάνης. λ'.
Περὶ εἰκόνος. λα'.
Περὶ μαίας. λβ'.
Περὶ ἀκάνθης καὶ σκολόπων. λγ'.
Περὶ τοῦ ἑκατόν. λδ'.
Περὶ ἁλύσεως. λε'.
Περὶ ἱστοῦ καὶ συνέργων. λς'.
Περὶ ἀκόνης. λζ'.
Περὶ ὀνομάτων ἐτυμολογίας. λη'.
Περὶ παραμυθίας. λθ'.
Περὶ τραύματος καὶ οὐλῆς. μ'.
Περὶ δανείου καὶ δανειστοῦ ἐνοικιολόγου. μα'.
Περὶ μανίας καὶ μέθης. μβ'.
Περὶ φόβου. μγ'.
Περὶ ἐπιστολῆς. μδ'.
Περὶ κήλης. με'.
Περὶ φυτῶν τῶν ἐν τῷ σώματι φυομένων. μς'.
Περὶ ψώρας λέπρας καὶ ἐλέφαντος τοῦ πάθους. μζ'.
Περὶ τοῦ λιθοβολεῖν ἢ λιθοβολεῖσθαι. μη'.
Περὶ τεττίγων. μθ'.
Περὶ σκίλλης καὶ ἀσφοδέλου. ν'.
Περὶ τοῦ τὰ αὐτὰ ἄλλῳ πάσχειν. να'.
Περὶ κοπρίας. νβ'.
Περὶ προσευχῆς. νγ'.
Περὶ κλειδός. νδ'.

Περὶ μαγείρου.	νε'.	De coco.	cap.55.
Περὶ τοῦ ψηφοπαίκτου.	νϛ'.	De ludo calculorum siue latrũcul.	c.56.
Περὶ κρεοπώλου.	νζ'.	De lanio siue macellario.	57.
Περὶ πανδοχέως.	νη'.	De stabulario siue hospite publico.	c.58.
Περὶ τελώνου.	νθ'.	De publicano.	cap.59.
Περὶ λευκαίας λίνου καὶ κανάβεως.	ξ'.	De leucea, & lino, & cannabe.	c.60.
Περὶ τοῦ τηρεῖσθαι.	ξα'.	Seruari.	cap.61.
Περὶ παννυχίδων.	ξβ'.	De excubiis.	cap.62.
Περὶ ἀγορᾶς.	ξγ'.	De foro.	cap.63.
Περὶ ἀνδριάντων.	ξδ'.	De statuis.	cap.64.
Περὶ ἀσπάλακος.	ξε'.	De talpa.	cap.65.
Περὶ νυκτερινῶν ὀρνέων.	ξϛ'.	De nocturnis auibus.	cap.66.
Περὶ ὡρολογίου.	ξζ'.	De horologio.	cap.67.

ἈΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΔΑΛΔΙΑΝΟΥ ὈΝΕΙΡΩΝ ΚΡΙΣΕΩΣ, Βιβλίον τρίτον.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ARTEMIDORI DE SOMNIORVM INTERPRETAT. LIB. III.

PRÆFATIO.

Ἐπειδὴ Κάσσιε Μάξιμε ἀποβλέψας εἰς τὸ μεγαλεῖον τῆς σῆς σοφίας προετράπην πραγματείαν συγγράψαι, ἣν ἐν τοῖς δυσὶ βιβλίοις ἐπραγματευσάμην, τὴν ἐπιδοθεῖσάν σοι ἔχουσαν τάξιν καὶ ἀκολουθίαν καὶ κατὰ μηδὲν κοινωνοῦσαν τῇ τῶν παλαιῶν ὑποθέσει, καὶ καθ' ὅσον ἐνεδέχετο, τὰ μὲν, ἐξ ὁλοκλήρου, τὰ δὲ, καὶ συμφωνούμενα πῃ, τὰ δὲ, καὶ κατὰ τὸ παρεῖκον ἐκφωνούμενα ἐξεῖπον, ἔδοξε δέ μοι

Quandoquidem magnitudinis sapientię tuę, Cassi Maxime, respectu, ad hanc tractationem conscribendam prouocatus sum, quam in duobus libris pertractaui, ita vt promissum tibi ordinem & consequentiam teneat, & nulla parte cum veterum proposito quicquam commune habeat, & sanè quantum possibile fuit, alia quidem ex asse & integro, alia verò cum quibusdam concordantia, alia autem etiam iuxta assimilationem pronunciata, prodidi & expressi: videbatur autem mihi

adhuc aliquid toti argumento deesse, verùm his quæ in vtrisque libris scripta sunt nihil adscribi posse aut decere, quandoquidem velut si sano & formoso corpori aliquid attextum esset, futurum id erat, ad formositatis ac prioris pulchritudinis conseruationem, seorsim & singulatim singulis relictis, sparsim & non coaceruatis, hunc libellum tibi feci, vt ne quis accessum & quasi scalam nactus, ad eiusmodi quippiam conscribendum progrediatur.

τῇ μὲν ὅλῃ ὑποθέσει προσδεῖν τι, τοῖς δὲ ἐν ἀμφοτέροις βιβλίοις γεγραμμένοις μηδὲν ἐπιδέχεσθαι προσγράφεσθαι, ἐπειδὴ ἔμελλεν ὥσπερ ὑγιεῖ σώματι καὶ εὐμόρφῳ προσπλακέν τι, καὶ εἰς εὔμορφον εἶναι τοῦ προτέρου παρατήρησιν κάλλους, ἰδίᾳ καὶ κατὰ μόνας ἕκαστον τῶν παραλελειμμένων σποράδην καὶ οὐ συνημμένα κεφάλαια συναγαγὼν, τοῦτό σοι τὸ βιβλίον ἐποίησα, ὡς ἂν μή τις ἀνθρώπων πάροδον καὶ ἐπιβάθραν τοῦ συγγράψαι τι τοιοῦτον εὕρῃ.

De Ludo cuborum, siue tesserarum. CAP. I.

Cvbis ludere sibi videri, contentionem futuram significat cum aliquo de argento. Nam cubi siue tesseræ numerum continent, & calculi vocantur, quibus ludus is perficitur. Semper autem bonum est vincere. Si verò quis ægrotans suspicetur se calculis ludere, aut alium ludentem videre, pessimum est si ipse relinquatur. Quoniam victus non plures calculos habens, relinquitur. Ipsi autem cubi conspecti, seditiones & inimicitias prædicunt: perditi verò, seditiones eminentes soluunt, & aucti augent. At verò puerum videre ludentem cubis, aut talis, aut calculis, non est malum. Est enim puerorum consuetudo semper ludere. Verùm viro perfecto & mulieri malum est, talis ludere sibi videri, nisi sanè quis hoc somnium videat qui alicuius hæreditatem speret. Ex mortuis enim corporibus facti sunt tali, quapropter pericula reliquis præsagiunt.

Περὶ τοῦ κυβεύειν. α′.

Κυβεύειν δοκεῖν, φιλονεικῆσαι πρός τινα σημαίνει περὶ ἀργυρίου· καὶ γὰρ οἱ κύβοι, ἀριθμὸν περιέχουσι καὶ ψῆφοι λέγονται, οἷς οἱ κυβεύοντες παίζουσι. ἀεὶ δὲ νικᾶν ἀγαθόν. εἰ δέ τις νοσῶν παίζειν ὑπολάβοι ψήφοις, ἢ ἄλλον παίζοντα * κακόν, μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸς λείποιτο· ἐπειδὴ πλείονας ἔχων ψήφους καταλείπεται ὁ νικώμενος. αὐτοὶ δὲ οἱ κύβοι ὁρώμενοι στάσεις καὶ ἔχθρας προαγορεύουσιν. ἀπολύμενοι δὲ, λύουσι τὰς ἐν ποσὶ στάσεις, καὶ αὐξανόμενοι, ἐπιτείνουσι. παιδίον δὲ παίζειν ἰδεῖν κύβοις ἢ ἀστραγάλοις, ἢ ψήφοις, οὐ πονηρόν. ἔθος γὰρ τοῖς παισὶν ἀεὶ παίζειν. ἀνδρὶ δὲ τελείῳ καὶ γυναικὶ, πονηρὸν τὸ ἀστραγάλοις δοκεῖν παίζειν, εἰ μὴ ἄρα κληρονομῆσαί τινα ἐλπίζων ἴδοι τις τὸν ὄνειρον. ἐκ νεκρῶν γὰρ σωμάτων γεγόνασιν οἱ ἀστράγαλοι, διὸ κινδύνους τοῖς λοιποῖς προαγορεύουσιν.

De Furto. CAP. 2.

Fvrari sibi videri, nemini bonum est, exceptis his qui aliquos decipere volunt. Furari enim, quod κλέπτειν Græcis hodie est, veteres pro παραλογίζεσθαι, hoc est falsa supputatione decipere vsurpabant. Quanto autem maiora & pretiosiora, aut securius custodita, quis furetur, tātò maius periculū sustinebit. Verisimile est enim vt quibus periculis lex furē obiicit, iisdē somniū somniantem subiiciat.

Περὶ τοῦ κλέπτειν. β′.

Κλέπτειν δοκεῖν, οὐδενὶ ἀγαθὸν, πλὴν τῶν ἐξαπατᾶν τινας ἐθελόντων. κλέπτειν γὰρ καὶ τὸ παραλογίζεσθαι ἔλεγον οἱ παλαιοί. ὅσῳ δ᾽ ἂν μείζονα ἢ καὶ πολυτελέστερα ἢ ἀσφαλέστερον τηρούμενα κλέπτῃ τις, τοσούτῳ μείζονα κίνδυνον ὑπομενεῖ. εἰκὸς γὰρ οἷς ὁ νόμος ὑπάγει τὴν κλέπτην, τοῖς αὐτοῖς καὶ τὸν ὄνειρον τὸν θεασάμενον ὑπάγειν.

Περὶ τοῦ ἱεροσυλεῖν. γ'.

Ἱεροσυλεῖν δὲ καὶ θεῶν ἀναθήματα κλέπτειν, πᾶσι φύσει πονηρόν. μόνοις δὲ τοῖς ἱερεῦσι καὶ μάντεσι συμφέρει, καὶ γὰρ τὰς τῶν θεῶν ἀπαρχὰς τὸ ἔθος ἐπιτρέπει αὐτοῖς λαμβάνειν, καὶ τρόπον τινὰ ἀπὸ θεῶν τρέφονται, καὶ οὐ πάντες φανερῶς λαμβάνουσι.

Περὶ τοῦ ψεύδεσθαι. δ'.

Ψεύδεσθαι οὐκ ἐπιτήδειον, πλὴν τῶν ἐπὶ θυμέλην ἐρχομένων, καὶ ἀγυρτῶν, καὶ ὧν ἔθος ἐστὶ ψεύδεσθαι. ἧττον δὲ πονηρὸν τοὺς ἀλλοτρίους ψεύδεσθαι, ἢ τοὺς ἰδίους. μεγάλας γὰρ τούτοις συμφορὰς σημαίνει, κἂν ἐπὶ μικροῖς δοκῇ τις ψεύδεσθαι.

Περὶ ὀρτύγων, καὶ ἀλεκτρυόνων μαχίμων. ε'.

Ὄρτυγες τοῖς μὲν φιλοτροφοῦσι ἀγγελίας σημαίνουσι διαποντίους ἀκούσειν ἀηδεῖς καὶ πονηράς. διαποντίους μὲν, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ μὲν ἐγχώριοι εἰσὶν, ἀλλὰ διαπόντιοι παραγίνονται. ἀηδεῖς δὲ, ὅτι καὶ μάχιμοί εἰσι καὶ ὀλιγόψυχοι, καὶ ἐν ταῖς κοινωνίαις καὶ φιλίαις, καὶ γάμοις, καὶ τοῖς βιωτικοῖς συμβολαίοις πᾶσι, στάσεων εἰσὶ καὶ φιλονεικιῶν σημαντικοί· καὶ τοὺς νοσοῦντας εἰ μὲν μετακομισθεῖεν, ἀποθανεῖσθαι σημαίνουσι διὰ τὸ ὀλιγόψυχον. μὴ μετακομισθέντας δὲ, ἧττον κινδυνεύουσιν. καὶ πρὸς ἀποδημίαν εἰσὶ πονηροί, δόλους γὰρ καὶ ἐνέδρας καὶ λῃστείαν προαγορεύουσι, καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς οἰκείας μεθιστάμενοι, περιπίπτουσι τοῖς θηρᾶν αὐτοὺς βουλομένοις.

Ἀλεκτρυόνες δὲ οἱ μάχιμοι, στάσεων καὶ φιλονεικιῶν μόνον εἰσὶ σημαντικοί. πρὸς δὲ τὰ ἄλλα, οὐκέτι ὁμοίως τοῖς ὄρτυξιν ἀποβαίνουσιν.

De Sacrilegio. CAP. 3.

Sacrilegium perpetrare, & dijs oblata donaria furari, omnibus natura malum est, solis autem sacrificulis & vatibus conducit. Etenim primitias deorum consuetudine permissum est ipsis diripere, & quodam modo à dijs nutriuntur, & non omnes manifestè accipiunt.

De Mendacio. CAP. 4.

Mentiri non est idoneum, nisi his qui ad orchestram ascendunt, & præstigiatoribus, & quibus mos est mentiri. Minus autem malum est alienis mentiri, quàm proprijs & suis. Magnas enim calamitates significat, etiam si ob paruas res quis mentiri sibi videatur.

De Coturnicibus, & Gallis pugnacibus.

CAP. 5.

Coturnices his qui eas libenter alunt, nuncios significant per mare affuturos iniucũdos & malos. & per mare quidem, quoniam etiam si ipsæ quidem vernaculæ regionis incolæ sint, tamen per mare accedunt. Iniucundos verò, quod & pugnaces sint & breuis vitæ, & in sodalitatibus, & amicitijs, & nuptijs, & vitæ commercijs, seditionum & contentionum significationem habent: & ægrotis si quidem traijciant, mortem significant, propter vitę breuitatem non traijcientes, minus periculum. Sed & ad peregrinationem malę sunt, dolos enim & insidias, & deprædationem significant. Nam & ipsæ è domibus discedentes, in manus incidunt eorum qui ipsis insidias struunt.

Galli verò pugnaces, seditionum & contentionum solummodo significatiui sunt. Verùm non ad alia ita similem cum coturnicibus euentum habent.

De Formicis.

CAP. 6.

FOrmicas alas habentes videre, nequaquam bonum est. perniciem enim & peregrinationes periculosas prædicũt. Reliquæ operariæ appellatæ bonæ sunt agricolis. fertilitatem enim præsagiunt. Quoniam vbi non sunt semina, ibi nemo viderit formicas. Bonæ sunt eædem etiam his qui ex turba rem quærunt, & ægrotis, quando sanè non circa corpus somniantis diuersentur. Operariæ enim appellantur, & operari non cessant, quod proprium est viuentium. Quum autem circum corpus diuersantur, interitum præsagiunt, propterea quòd terræ filiæ sunt, & frigidæ & nigræ.

De Pediculis, & Lumbricis.

CAP. 7.

PEdiculos paucos habere, & in corpore aut vestibus inuenire, eosque occidere, bonum est. Omni enim tristitia ac cura liberatum iri somnium prædicit. Multos autem & copia excedentes, malum. Significat enim morbum longum, aut vincula, aut multam inopiam. In his enim malis pediculi abundant. & si quidem quis abijcit & depurgat omnes, spes est ipsi vt aliquando his liberetur. Si verò quis habens ipsos expergefiat, nunquam seruabitur.

Lumbricos excernere per sedem, aut per os, à domesticis hominibus & cohabitantibus, & vt plurimum eadem mensa vtentibus iniuria affectum, suos hostes & iniuriatores cogniturum esse & expulsurum significat, aut iuxta alium modum ipsis priuatum iri. Inhabitant enim corpori lumbrici, sed nihilo minus ipsum corpus lædunt. Postquam autem excreti fuerint, excretionem & expulsionem huiusmodi hominibus significant.

Περὶ μυρμήκων. ς'.

ΜΥρμηκας τοὺς μὲν πτερὰ ἔχοντας, οὐδαμῶς ἰδεῖν ἀγαθόν· ὄλεθρον γὰρ προαγορεύουσι καὶ ἀποδημίας ἐπικινδύνους. τοὺς δὲ ἑτέρους ἐργάτας καλουμένους, ἀγαθὸν γεωργοῖς, εὐφορίαν γὰρ προμαντεύονται· ἐπειδὴ ὅπου μὴ ἔστι σπέρματα, οὐκ ἂν ἴδοι τις μύρμηκας. ἀγαθοὶ δὲ οὗτοι καὶ τοῖς ἐξ ὄχλου πορίζομένοις, καὶ τοῖς νοσοῦσιν, ὅταν γε μὴ περὶ τὸ σῶμα τοῦ ἰδόντος ἀναστρέφωνται. ἐργάται γὰρ καλοῦνται, καὶ ἐργοποιούμενοι οὐ διαλείπουσιν, ὅπερ ἴδιον ἐστὶ τῶν ζώντων. ἐπειδὰν δὲ περὶ τὸ σῶμα ἀναστρέφωνται, ὄλεθρον προαγορεύουσιν, ὅτι γῆς εἰσὶ παῖδες, καὶ ψυχροὶ καὶ μέλανες.

Περὶ φθειρῶν καὶ ἑλμίνθων. ζ'.

ΦΘεῖρας ὀλίγους ἔχειν καὶ εὑρίσκειν ἐν τῷ σώματι ἢ ἐν τοῖς ἱματίοις, καὶ τούτους ἀναιρεῖν, ἀγαθόν. πάσης γὰρ λύπης καὶ φροντίδος ἀπαλλαγῆναι προαγορεύει τὸ ὄναρ. πολλοὺς δὲ καὶ ὑπερβάλλοντας πλήθει, πονηρὸν ἰδεῖν. σημαίνει δὲ καὶ νόσον μακρὰν, ἢ δεσμὰ, ἢ πολλήν γε ἀπορίαν. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις πληθύνουσι καὶ οἱ φθεῖρες. καὶ εἰ μέν τις ἀποβάλλει καὶ ἀποκαθαίρει πάντας, ἐλπὶς αὐτῷ ποτε τούτων ἀπαλλαγῆναι. εἰ δέ τις ἔχων αὐτοὺς ἐξυπνισθῇ, οὐκ ἂν ποτε σωθείη.

Ἕλμινθας ἀποκρίνειν διὰ τῆς ἕδρας ἢ διὰ τοῦ στόματος, ὑπὸ οἰκείων ἀνθρώπων, καὶ συνοικούντων, καὶ ὡς ἐπιτοπλεῖστον τραπέζῃ τῇ αὐτῇ χρωμένων ἀδικούμενον, μαθεῖν δηλοῖ καὶ ἀπώσασθαι τοὺς ἀδικοῦντας, ἢ κατ' ἄλλον τρόπον στερηθῆναι αὐτῶν. ἐνοικοῦσι μὲν γὰρ τῷ σώματι οἱ ἕλμινθες, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον αὐτὸ τὸ σῶμα λυμαίνονται. ἐπειδὰν δὲ ἀποκριθῶσι, ἀποβληθῆναι τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους σημαίνουσι.

Περὶ κόρεων, κωνώπων καὶ ἐμπίδων. η′.

Κόρεις δυσθυμίας καὶ φροντίδος εἰσὶ σημαντικοί. ἐπίσης γὰρ ταῖς φροντίσι καὶ οὗτοι ἀΰπνους ποιοῦσι καὶ πρός τινας τῶν οἰκείων. ὡς δὲ ἐπιτοπλεῖστον πρὸς γυναῖκας ἀηδίας καὶ δυσαρεστήσεις φέρουσι.

Κώνωπες δὲ καὶ αἱ λεγόμεναι ἐμπίδες καὶ εἴτι ἄλλο ὅμοιον, ἀνθρώπους ἐπιφοιτῆσαι τῷ ἰδόντι σημαίνουσι πονηρούς. βλάβην ἐνδεικνυμένους, καὶ προσέτι καταβοῶντας. καπήλοις δὲ καὶ οἰνεμπόροις, εἰς ὄξος τὸν οἶνον μεταβαλεῖν προαγορεύουσι· χαίρουσι γὰρ ὄξει.

Περὶ μάχης καὶ μίσους. θ′.

Μάχεσθαι τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἀγαθόν· οὐδὲ τοῖς ἐκτός. ἧττον δὲ πονηρὸν μάχεσθαι. νοσῶν τις ἐὰν δόξῃ μάχεσθαι, παρακόψει. μάχεσθαι δὲ τοῖς βελτίοσιν ὡς τοῖς δεσπόταις, βασιλεῦσι, μεγιστᾶσι, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπερέχουσι, κακῶς διατεθῆναι σημαίνει, πρὸς τῶν οἷς τις ἐμάχετο.

Μισεῖν ἢ μισεῖσθαι, οὐδενὶ συμφέρει. οὐδὲν δὲ διαφέρει τινὰ μισεῖν, ὑφ' οὗ μισεῖταί τις. ἐπειδὴ τὸ μῖσος ἐχθροὺς ποιεῖ. οἱ δὲ ἐχθροὶ οὔτε συναιροῦνται, οὔτε συλλαμβάνονται. δεῖ δὲ τοῖς ἀνθρώποις βοηθείας· δεῖ καὶ τῶν συλλαμβανομένων· ἐπειδὴ διὰ τῶν τοιούτων ὠφελοῦνται. πονηρὸν δὲ ἐτηρήσαμεν τὸ μῖσος.

Περὶ σφαγῆς. ι′.

Σφάζεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν ὅ, τι σημαίνει, ἐν τῷ περὶ θανάτου λόγῳ ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ προείρηται. σφαζομένους δὲ ἰδεῖν, ἀγαθόν. πάντα γὰρ τὰ προκείμενα ἐπὶ τὸ τέλος συμπερανθέντα ἤδη ἀφῖχθαι σημαίνει. ἐπειδὴ ἡ σφαγὴ τελευτῆς ἐστι σημεῖον.

De Cimicibus, & Culicibus.

CAP. 8.

Cimices anxietates & curas significant. Aequaliter enim velut curæ etiam hi somnium impediunt, insuperque erga quosdam domesticos, & ferè erga vxores, animum auersum & displicentiam inducunt.

Culices autem & si quid aliud simile est, homines malos somniantem aggressuros esse significant, damnum inferētes ampliúsque diuulgantes. Cauponibus autem & vinum vendentibus, vinum in acetum permutatum iri significant. Gaudent enim aceto.

De Pugna, & Odio. CAP. 9.

Pugnare cum domesticis, non est bonum: sed neque cum externis, minus tamen malum est. Si quis ægrotans putabit se pugnare, delirabit. Pugnare cum potioribus, velut dominis, regibus, magnatibus, & omnibus præminentibus potentia hominibus, malè affectum iri significat, pessimè enim de eo statuent hi contra quos pugnauit.

Odisse aut odio haberi, nemini conducit. Nihil autem refert nec differt quendam odisse à quo aliquis odio habetur, quandoquidem odium inimicos facit: inimici autem neque subleuant, neque adiuuant. Opus est autem hominibus auxilio, opus est & subleuātibus. Quoniam itaque per huiusmodi iuuantur, malum sanè odium obseruauimus.

De Mactatione, siue Cæde.

CAP. 10.

Mactari & mori quid significet, in sermone de morte libro secundo prædictum est. Mactatos autem & cæsos videre bonum est. Omnia enim proposita completa iam ad finem perducta esse significat. Quoniam cędes signū est finis.

De

De Crocodilo, & Felo.

CAP. II.

CRocodilus piratam aut homicidam, aut nihilo minus vecordem & nequam significat. Quomodocúque autem effecerit somniantem crocodilus, sic afficiet etiam is qui per crocodilum significatur.

Feles adulterum significat. Est enim fur auium. Aues autem assimilantur mulieribus, quemadmodum in primo libro admonui.

De Ichneumone, & Viuerra.

CAP. 12.

IChneumon & viuerra, homines dolosos & maleficos significant, qui nunquam videtibus somnium, beneuoli esse possunt, propter feritatem, & quòd ægre mansuefieri possint. Et Ichneumon quidem viros significat. Viuerra autem fœminas.

Deum factum esse. CAP. 13.

SI quis se deum factum esse putet, sacerdos fiet aut vates. Eundem enim honorem cum ipsis dijs habent. Si verò quis ægrotans se deum esse putet, morietur. Immortales enim dij sunt, itemque mortui, quoniam non amplius morientur. Si verò quis in paupertate, aut seruitute, aut vinculis, aut calamitatibus, aut quocunque malo constitutus, hoc somnium videat, liberabitur à malis ipsum prementibus. Facile est enim deo & promptum, vt ab omnibus malis seruet. At verò diuiti viro & magnati, principatum maximum pro ratione dignitatis prædicit. Aequaliter enim dijs etiam principes aliquibus bene aut malè facere possunt. Bonum est autem & in scenam progredientibus, propter consuetudinem repræsentanti personas, sæpe verò etiam deorum personas assumunt.

Περὶ κροκοδείλου καὶ αἰλούρου. ια'.

ΚΡοκόδειλος, πειρατὴν ἢ φονέα ἢ οὐδὲν ἧττον ἀπονενοημένον ἄνθρωπον σημαίνει. ὅπως δ' ἂν διαθῇ τὸν ἰδόντα ὁ κροκόδειλος, οὕτω διατεθήσεται, καὶ ὁ ὑπὸ τοῦ κροκοδείλου σημαινόμενος.

Αἴλουρος, μοιχὸν σημαίνει· κλέπτης γάρ ἐστιν ὀρνίθων. αἱ δὲ ὄρνιθες γυναιξὶν εἰκάζονται, καθὼς καὶ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ ὑπεμνήσθην.

Περὶ ἰχνεύμονος καὶ ἴκτινος. ιβ'.

Ἰχνεύμων καὶ ἴκτις, πανούργους σημαίνουσιν ἀνθρώπους καὶ δολίους, οὐδέποτε τοῖς ὁρῶσιν εὐνοῆσαι δυναμένους, διὰ τὸ ἄγριον καὶ δυσίθασον. καὶ ὁ μὲν ἰχνεύμων, ἄνδρας σημαίνει. ὁ δὲ ἴκτις, γυναῖκας.

Περὶ τοῦ θεὸν γενέσθαι. ιγ'.

ΘΕός τις ὑπολάβοι γενέσθαι, ἱερεὺς ἂν γένοιτο ἢ μάντις. τῆς γὰρ αὐτῆς τοῖς θεοῖς καὶ οὗτοι τυγχάνουσι τιμῆς. εἰ δέ τις νοσῶν θεὸς εἶναι νομίσειε, τεθνήξεται. ἀθάνατοι γὰρ οἱ θεοί, καὶ οἱ ἀποθανόντες, ἐπεὶ μηκέτι τεθνήξονται. εἰ δέ τις ἐν πενίᾳ, ἢ δουλείᾳ, ἢ δεσμοῖς, ἢ περιστάσει, ἢ ὁποιῳοῦν καθεστὼς κακῷ ἴδοι τὸν ὄνειρον τοῦτον, ἀπαλλαγήσεται τῶν περιεχόντων αὐτὸν δεινῶν. ποιηταὶ γὰρ καὶ εὐπετεῖς τῷ θεῷ αἱ ἀπὸ τῶν δεινῶν σωτηρίαι. ἀνδρὶ δὲ πλουσίῳ καὶ μεγιστᾶνι, ἀρχὴν μεγίστην κατὰ τὸ ἐπιβάλλον τοῦ ἀξιώματος προαγορεύει. ἐπίσης γὰρ τοῖς θεοῖς καὶ οἱ ἄρχοντες δύνανται εὖ καὶ κακῶς τινας ποιεῖν. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ σκηνὴν ἀνερχομένοις διὰ τὸ ἐν τῇ ὑποκρίσει ἔθος, πολλάκις δὲ καὶ θεῶν πρόσωπα ἀναλαμβάνουσιν.

Περὶ τοῦ θεὸν ὑποδέχεσθαι ἢ θεοῦ σχῆμα ἔχειν. ιδ'.

Θεὸν δοκεῖν ὑποδέχεσθαι, τῷ μὲν εὖ πράττοντι, φροντίδας καὶ λύπας καὶ δεινὰς πραγματείας προαγορεύει. οἱ γὰρ ἐν περιστάσει γενόμενοι, θύουσί τε τοῖς θεοῖς καὶ ὑποδέχονται αὐτούς. τῷ δὲ ἐν πενίᾳ ἢ στενοχωρίᾳ ὄντι, πολλὴν ἐπίδοσιν ἀγαθῶν προαγορεύει, τότε γὰρ μάλιστα οἱ πένητες εὐχαριστοῦσί τε τοῖς θεοῖς, καὶ ὑποδέχονται αὐτούς, ὅταν εὐπορήσωσι. Θεοῦ δὲ σχῆμα ἔχειν καὶ περικεῖσθαι, ἄλλου τινὸς ἐπιτροπεῦσαι σημαίνει πλουσίου, ὡς τὴν φαντασίαν μὲν ἔχειν πλούτου, ὑπόστασιν δὲ μή. τοῦτο πολλάκις οὕτως ἀποβὰν ἐτήρησα.

Περὶ κωλοβάθρων. ιε'.

Κωλίβαθρα ὑποδέξασθαι δοκεῖν, τοῖς μὲν πανούργοις, δεσμὰ σημαίνει. καὶ γὰρ προσδεῖται τὰ κωλίβαθρα τοῖς ποσί, καὶ τὸν περίπατον ἀλλοιοῖ. τοῖς δὲ λοιποῖς νόσον ἢ ξενιτείαν προδηλοῖ, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας.

Περὶ τοῦ ἐπὶ θαλάσσης περιπατεῖν. ις'.

Ἐπὶ θαλάσσης δοκεῖν περιπατεῖν, ἀποδημῆσαι βουλομένῳ ἀγαθόν· μάλιστα δὲ εἰ πλεῖν μέλλοι. πολλὴν γὰρ ἀσφάλειαν προσημαίνει τὸ ὄναρ. ἀγαθὸν δὲ καὶ δούλῳ καὶ τῷ γαμῆσαι βουλομένῳ, ὁ μὲν γὰρ τοῦ δεσπότου, ὁ δὲ, τῆς γυναικὸς ἄρξει. ἔοικε γὰρ καὶ δεσπότῃ ἡ θάλασσα διὰ τὸ δυνατόν, καὶ γυναικὶ, διὰ τὸ ὑγρόν. ἀγαθὸν δὲ καὶ τῷ δίκην ἔχοντι, ὑπέρτερος γὰρ τοῦ δικαστοῦ γενόμενος, ὡς εἰκὸς νικήσει, ἔοικε γὰρ δικαστῇ ἡ θάλασσα, διὰ τὸ τοὺς μὲν, εὖ, τοὺς δὲ κακῶς διατιθέναι. ἀνδρὶ δὲ νεωτέρῳ, ἑταίρας ἐρασθῆναι σημαίνει καὶ γυναικὶ ἰδούσῃ, ἑταιρικῷ χρήσασθαι βίῳ.

Deum suscipere, aut Dei habitum habere. CAP. 14.

DEum suscipere sibi videri, feliciter quidem agenti curas & tristitias, & grauia negotia prædicit Qui enim in calamitate constituti sunt, sacrificant dijs, eosque suscipiunt. Ei verò qui in paupertate aut angustia degit, magnum bonorum incrementum præsagit. Tunc enim maximè pauperes dijs gratias agunt, ipsosque suscipiunt, quum fuerint ditati. Dei porrò habitum habere, eiusque ornatu amictum esse, alterius cuiusdam diuitis procuratorem fore significat, vt apparentiam quidem diuitiarum quis habeat, verùm non substantiam. Hoc sæpe sic euentum habuisse obseruaui.

De gralis. CAP. 15.

GRalas assumpsisse sibi videri, maleficis quidem vincula significat. Nam alligantur gralæ pedibus, & deambulationem alterant. Reliquis morbum aut vagabundam apud exteros vitam prædicit, propter easdem causas.

De Deambulatione super mari. CAP. 16.

SI quis sibi videatur super mari deambulare, & peregrinari voluerit, bonum est, maximè si nauigaturus est. Multam enim securitatem somniũ præsagit. Bonum est & seruo, & vxorem ducere volenti, ille enim domino, hic vxori imperabit. Simile est enim domino ipsum mare, propter potentiam, & vxori, propter humorem. Bonum est & litiganti, superior enim iudice euadens vincet. neque id dissimile verò est; propterea quod iudici simile sit mare, quando alios bene, alios malè afficiat. Viro autem iuniori, amorem meretricum significat, & vxori somnium videnti, meretriciæ vitæ vsum.

Simile est enim mare meretrici, propterea quòd primas apparentias iucundas obijciat, verùm plurimos malè tractet. Omnibus verò qui victum & rem ex turba quærunt, & rempublicam administrantibus, & tribunis plebis, cum multa gloria non vulgarem quæstum prædicit. Simile enim & turbæ est mare, propter ordinis confusionem.

Homines fingere. CAP. 17.

HOmines fingere bonum est pædotribis & pædagogis, quorum alteri corpora, alteri animos puerorum exercent, atque sic quodam modò homines fingunt, illi ad concinnitatem corpora ipsorum aptando, hi mentes meliores reddendo. Bonum est & his qui liberos non habent, quoniam genuinorum filiorum generationẽ prædicit. Bonum est & mangonibus qui seruorum mercaturam exercent, itemque pauperibus, illi enim ex negotiatione multum & magnum quæstum facient, hi verò multos famulos acquirent. Maleficis autem perniciem præsagit. Nam & Prometheã ferunt ob id quòd homines finxerit, ignẽmque furatus sit, malè perijsse. Diuitibus verò & valde potentibus, regium aliquem magnum principatum prædicit.

Vehiculo subiugatum esse.

CAP. 18.

VEhiculo subiugatum esse, velut quoddam animal quadrupes, seruitutem & laborem & morbum præsagit, etiam si quis valde splendidæ & delicatæ vitæ somnium hoc videat.

Vehi super curru. CAP. 19.

VEhi super curru aut lectica, hominibus subiugatis ad trahendum, multis imperaturum esse significat, insuperq; liberos bonos somnianti somnium hoc promittit. Verùm ad peregrinationes nõ valde conducit. Securitatem enim indicat, multam autem tarditatem prædicit.

ἔοικε γὰρ καὶ ἡ θάλασσα ἑταίρᾳ, διὰ τὸ προσβάλλειν ἡδείας μὲν τὰς πρώτας φαντασίας, κακῶς δὲ διαπιθεῖναι τοὺς πλείστους. πᾶσι δὲ τοῖς ἐξ ὄχλου πορίζομένοις, καὶ πολιτευταῖς, καὶ δημαγωγοῖς, μετὰ πολλῆς εὐκλείας πορισμὸν οὐ τὸν τυχόντα προαγορεύει. ἔοικε γὰρ ὄχλῳ, διὰ τὴν ἀταξίαν.

Περὶ τοῦ ἀνθρώπους πλάττειν. ιζ΄.

ΑΝθρώπους πλάττειν, ἀγαθὸν παιδοτρίβαις καὶ παιδευταῖς, ἐοίκασι γὰρ πως καὶ οὗτοι τοὺς ἀνθρώπους πλάττειν, οἱ μὲν γάρ, διὰ τὸ ῥυθμίζειν, οἱ δέ, διὰ τὸ βελτίονας ποιεῖν. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἄπαισιν, ἐπεὶ γνησίων παίδων γένεσιν προαγορεύει. ἀγαθὸν δὲ καὶ σωματεμπόροις καὶ πένησιν, οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐμπορείας πολλὰ κερδανοῦσι καὶ μεγάλα. οἱ δέ, πολλοὺς κτήσονται οἰκέτας. κακούργοις δέ, ὄλεθρον προαγορεύει. καὶ γὰρ τὸν Προμηθέα λέγουσιν ἐπὶ τῷ πλάττειν τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸ πῦρ κλέψαι, κακῶς ἀπολέσθαι. πλουσίοις δὲ καὶ τοῖς μεγάλα δυναμένοις, βασιλείαν ἀρχήν τινα προαγορεύει μεγάλην.

Περὶ τοῦ ὑπεζεῦχθαι. ιη΄.

ΥΠεζεῦχθαι ὀχήματι ὥσπερ τι τῶν τετραπόδων, δουλείαν καὶ κάματον καὶ νόσον προαγορεύει, κἂν εἰ πάνυ τις λαμπρὸς καὶ ἁβροδίαιτος ὢν τὸν ὄνειρον ἴδοι.

Περὶ τοῦ ὀχεῖσθαι ἐπὶ ἅρματος. ιθ΄.

ΟΧεῖσθαι δὲ ἐπὶ ἅρματος ἢ ἀπήνης ἀνθρώπων ἐπεζευγμένων, πολλῶν ἄρξαι σημαίνει, καὶ προσέτι παῖδας ἀγαθοὺς τῷ ἰδόντι γενέσθαι μαντεύεται. πρὸς δὲ τὰς ἀποδημίας οὐ πάνυ συμφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἀσφαλὲς ἐνδείκνυται. πολλὴν δὲ βραδυτῆτα προαγορεύει.

Περὶ τοῦ μαντεύεσθαι. κ'.

Εἴ τις μάντεις δὲ φοιτᾶν καὶ μαντεύεσθαι, ἢ γοῦν συντυγχάνεσθαι περί τινος, φροντίδας οὐ τὰς τυχούσας τῷ ἰδόντι γενέσθαι σημαίνει. οὐ γὰρ δεῖ μαντικῆς μέλειν τοῖς μὴ φροντίζουσιν. ὅ,τι δ' ἂν ὁ μάντις ὄντι ἀληθὴς ἀποκρίνεται, τούτοις πιστεύειν χρή. περὶ δὲ διαφορᾶς μάντεων, οἷς τε προσέχειν καὶ οἷς μὴ προσήκειν, ἐν τῷ περὶ ἀξιοπίστων λόγῳ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ προείρηκα. μηδὲν δὲ ἀποκρινάμενος μάντις, πᾶσαν ἐγχείρησιν καὶ πᾶσαν ὁρμὴν ὑπερτίθεται. ἔστι γὰρ παρά γε τοῖς σοφισταῖς ἡ σιγή, οὐκ ἀπόκρισις, ἀλλ' ἀπαγόρευσις.

Περὶ τοῦ μάντιν γενέσθαι. κα'.

Εἰ δέ τις ὑπολάβοι μάντις γεγονέναι καὶ εὐδοκιμεῖν ἐν τῷ προαγορεύειν, πολλῶν ἔμπειρος ἔσται πραγμάτων, καὶ φροντίδας ἀναδέξεται, τὰς μὲν ἰδίας, τὰς δὲ ἀλλοτρίας. καὶ γὰρ τῷ μάντει μέλει καὶ τῶν οὐδὲν αὐτῷ προσηκόντων κακῶν, ἃ ἂν οἱ κἀκεῖνα μαντευόμενοι αὐτῷ φέρωσι. φέρει δὲ καὶ ἀποδημίας πολλάκις καὶ κινήσεις τῷ ἰδόντι τὸν ὄνειρον. διὰ τὸ τοὺς μάντεις περινοστεῖν. καὶ τοῖς πένησιν, εὐπορίαν. πολλοὶ γὰρ δέονται τοῦ μάντεως καὶ τῶν πλουσίων.

Περὶ νόσου. κβ'.

Νοσεῖν μόνοις τοῖς ἐν δεσμοῖς ἢ μεγάλῃ ἀνάγκῃ οὖσιν, ἀγαθόν, διὰ τὸ καὶ τὴν νόσον λύειν τοὺς ὄγκους· τοῖς δὲ ἄλλοις μεγάλην ἀπραξίαν προαγορεύει, ἄπρακτοι γὰρ οἱ νοσοῦντες· καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἔνδειαν· καὶ γὰρ ἐνδεεῖς τῷ σώματι οἱ νοσοῦντες γίνονται. καὶ πρὸς τὰς ἀποδημίας ἐμποδὼν ἵσταται· δυσκίνητοι γὰρ οἱ νοσοῦντες. καὶ τὰς ἐπιθυμίας οὐκ ἐᾷ πληρωθῆναι· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὰς ὀρέξεις

De Vaticinatione. CAP. 20.

Ad vates proficisci, & oraculum petere, siue de aliquo interrogare, curas non vulgares somnianti accessuras esse significat. Non enim curiosus est de vaticinatione qui nulla cura premitur. Quicquid autem vates verus responderit, fidem habere oportet. Verùm de differentia vatum, quibus credere, aut non credere conueniat, in secundo libro, capite De fidedignis prædixi. Si verò nihil respondeat vates, omnem aggressionem, omnémque conatum differt ac remoratur. Est enim apud sophistas, silentium, non responsio, sed renunciatio.

Vatem factum esse.

CAP. 21.

Si quis putet se vatem factum esse, & in prædicendo celebrem haberi, multarum rerum experientiam assequetur, & curas suscipiet, partim priuatas & proprias, partim alienas. Nam vates curiosus est de malis nihil ad ipsum pertinéntibus, quæ videlicet afferunt ipsi qui de illis vaticinium petunt. Inducit sæpe etiam peregrinationes & motus hoc somnium ei qui id vidit. Propterea quòd vates vagabundam vitam agant, hincinde circumuersantes. Inducit & pauperibus opulentiam. Multi enim opus habent vate, itémque opulento.

De Morbo. CAP. 22.

Aegrotare solis his qui in vinculis, aut magnas necessitates constituti sunt, bonum est, propterea quòd & morbus molem corporis soluat: reliquis magnum otium prædicit, otiosi enim sunt ægroti: & rerum necessariarum inopiam: Inopes enim corpore ægroti fiunt: & peregrinationibus obstat, difficulter enim moueri possunt ęgri: & cócupiscétias impleri non sinit, neque enim appetétias

ægroti explent medici, ob periculi formidinem. At verò si quis videatur sibi ægrotum quendam visitare, eadem ipsi ægroto significat, si quidem is notus & familiaris existat. Si verò ignotus, ipsi somnianti. Nihil enim refert, siue quis ipse ægrotare, siue alium ignotum ægrotantem videre sibi videatur. Imagines enim rerum somniantibus euenturarum ipsos propinquos esse dicimus. Quia & hoc obseruaui. Quæcunque bona, aut mala statim, aut magis & vehementius euentura, anima significare voluerit, ea ipsa circa ipsum videntem contingentia adducit. Quæ verò tardius, aut minus, aut debilius, ea per alienum corpus anima videnti ostendit.

Suas ipsius carnes edere.

CAP. 23.

SVas ipsius carnes edere sibi videri, bonum est pauperi: multa enim per corporis exercitationem ac laborem acquiret, & sic non carnes suas edet, sed quæstum per carnes partum consumet. Bonum est & opifici manuario, ab eiusmodi maximè partibus corporis edere, per quas victum & rem parat: alij enim vtraque manu operantur, alij altera sola, alij summis tantum digitis, alij toto corpore. Philologis & eloquentiæ studiosis bonū est, aliis exhibere os ac linguam edenda. Multò enim quæstu ex ore & lingua facto, sufficientes erunt etiam aliis exhibere. Si verò quis suum os comedat, aut suam ipsius linguam, cessabit ab eloquij vsu. Idiotis autem pœnitentiam ob sermonum petulantiam significat. Mulier suas carnes comedens scortabitur, atque sic à proprio corpore nutrietur. Omni autem ęgrotantem habenti aut amicum, aut cognatum, aut alium quendam sui studiosum, luctum prædicit. Lugentes enim suas carnes dilaniantes ipsas comedunt. Diuiti autem & omni ex animi sui sententia viuenti, non est bonum de suis carnibus comedere. Funditus enim subuersum iri vitam & substantiam bonorum eius qui somnium vidit significat, quemadmodum euenit etiam ei qui proprium stercus edit.

διὰ τὸ ἐπικίνδυνον ἀναπληροῦσι τῷ νοσοῦντι οἱ ἰατροί. νοσοῦντα δὲ ἐπισκέψασθαί τινα δοκεῖν, εἰ μὲν γνώριμον, τὰ αὐτὰ τῷ νοσοῦντι σημαίνει, εἰ δὲ ἀγνῶτα, αὐτῷ τῷ ἰδόντι. οὐδὲν διαφέρει, ἢ αὐτὸν νοσεῖν, ἢ ἄλλον ἀγνῶτα νοσοῦντα ἰδεῖν. εἰκόνας γὰρ τῶν ἀποβησομένων τοῖς ὁρῶσι πραγμάτων, τοὺς πλησίον εἶναι φαμέν. ἐτήρησα δὲ καὶ τοῦτο. ὅσα μὲν αὐτίκα ἀποβησόμενα καὶ μᾶλλον καὶ σφοδρότερον ἡ ψυχὴ βούλεται σημῆναι ἀγαθὰ ἢ κακὰ, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὸν τὸν ὁρῶντα συμβαίνοντα παράγει. ὅσα δὲ βράδιον ἢ ἧττον ἢ ἀσθενέστερον, ταῦτα δι' ἀλλοτρίου σώματος δείκνυσιν ἡ ψυχὴ τῷ ὁρῶντι.

Περὶ τοῦ τὰς ἑαυτοῦ σάρκας ἐσθίειν. κγ΄.

ΤΑΣ ἑαυτοῦ σάρκας ἐσθίειν δοκεῖν, ἀγαθὸν πένητι· πολλὰ γὰρ τῷ σώματι ἐργασάμενος καὶ πονῶν κτήσεται, καὶ οὕτως, οὐχὶ τὰς σάρκας αὐτοῦ κατέδεται, ἀλλὰ τὰς ἀπὸ τῶν σαρκῶν ἐργασίας. ἀγαθὸν δὲ καὶ χειροτέχνῃ ἀπὸ τούτων μερῶν ἐσθίειν τοῦ σώματος, ἀφ' οἵων μάλιστα καὶ πορίζεται. οἱ μὲν γὰρ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐργάζονται, οἱ δὲ, τῇ ἑτέρᾳ μόνῃ, οἱ δὲ, ἄκροις δακτύλοις, οἱ δὲ, παντὶ τῷ σώματι. φιλολόγοις δὲ καλὸν, ἄλλοις παρέχειν τὸ στόμα καὶ τὴν γλῶσσαν ἐσθίειν. πολλὰ γὰρ πορισάμενοι ἀπὸ τοῦ στόματος καὶ τῆς γλώσσης, ἔσονται καὶ ἱκανοὶ καὶ ἄλλοις παρέχειν. εἰ δέ τις τὸ ἑαυτοῦ στόμα κατεσθίοι, ἢ τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν, παύσεται λόγοις χρώμενος. ἰδιώταις δὲ μετάνοιαν ἐπὶ προπετείᾳ λόγων σημαίνει. γυνὴ δὲ τὰς ἑαυτῆς σάρκας ἐσθίουσα, πορνεύσει, καὶ οὕτως ἀπὸ τοῦ ἰδίου σώματος τραφήσεται. παντὶ δὲ τῷ νοσοῦντα ἔχοντι ἤτοι φίλον ἢ συγγενῆ ἢ ἄλλον τινὰ τῶν σπουδαίων, πένθος προαγορεύει. καὶ γὰρ οἱ πενθοῦντες λωβώμενοι ἑαυτοὺς, τὰς ἑαυτῶν σάρκας ἐσθίουσι. πλουσίῳ δὲ καὶ παντὶ τῷ κατὰ προαίρεσιν ζῶντι, οὐκ ἀγαθὸν ἐσθίειν ἀπὸ τῶν ἰδίων σαρκῶν. πρόρριζον γὰρ ἀναβαπτῆναι τὸν βίον καὶ τὴν ὕπαρξιν τοῦ ἰδόντος σημαίνει, ὥσπερ καὶ τῷ τὴν ἰδίαν κόπρον ἐσθίοντι.

Περὶ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ περιβεβλῆσθαι. κδ'.

Ἐπ' ἀριστερᾷ περιβεβλῆσθαι, ἢ ὅπως ποτὲ γελοίως καὶ μὴ κοσμίως, πᾶσι πονηρόν, καὶ πρὸς ταῖς ἀπραξίαις διασυρμόν, καὶ καταγέλωτα ὑπομεῖναι σημαίνει. μόνοις δὲ γελωτοποιοῖς ἀγαθὸν ἂν εἴη διὰ τὸ ἔθος.

Περὶ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾷ γράφειν. κε'.

Ἐπ' ἀριστερᾷ γράφειν, σημαίνει πανούργως τι πρᾶξαι, καὶ ἀπάτῃ καὶ μεθόδῳ χρησάμενον, ὑπελθεῖν τινὰ καὶ ἀδικῆσαι. πολλάκις δὲ καὶ μοιχὸν γενόμενον, νόθους παῖδας λάθρα ποιῆσαι. οἶδα δέ τινα ὃς ἐπὶ τούτῳ τῷ ὀνείρῳ, ποιητὴς ἐγένετο γελοίων ᾀσμάτων.

Περὶ μητρυιᾶς καὶ πατρῴου. κς'.

Μητρυιὰν ἰδεῖν, οὔτε ζῶσαν οὔτε τεθνεῶσαν ἀγαθόν. καὶ εἰ μὲν χαλεπαίνοι ἢ ὀργίζοιτο ἢ βλάπτοι τὸν ὁρῶντα ἡ μητρυιὰ κατ' ὄναρ, ἐπιτείνει τὰ δεινά. εἰ δὲ μετρίως προσφέροιτο, ἧττον ποιεῖ τὰ δεινά. χαριζομένη δέ τι τῷ ἰδόντι καὶ λόγοις καὶ ἔργοις, ψευδεῖς τὰς ἐλπίδας καὶ τὰς προσδοκίας φησὶν εἶναι. οὐ γὰρ ἀπὸ γνώμης οὔτε κατὰ προαίρεσιν φιλῆσαι ἄν ποτε μητρυιὰ πρόγονον.

Ὁ δὲ πατρῷος, τὰ αὐτὰ τῇ μητρυιᾷ σημαίνει, ἥσσονα δὲ τῇ δυνάμει. πολλάκις δὲ καὶ ὁ πατρῷος καὶ ἡ μητρυιά, ξενιτείας καὶ ἀποδημίας γίνονται σύμβολα. ἐοίκασι γὰρ πατήρ τε καὶ μήτηρ, οἰκείᾳ. πατρῷος δὲ καὶ μητρυιά, τῇ ξένῃ.

Sinistrè amictum esse.

CAP. 24.

Sinistrè amictum esse, aut quomodocunque ridiculè & non ornatè, omnibus malum est, & supra rerum improsperum successum, etiam detractionem ac derisionem aliquem sustinere oportere significat. Solis autem his qui risum hominum captant bonum fuerit hoc somnium, propter consuetudinem.

Sinistra scribere. CAP. 25.

Sinistra scribere, malefice quid facere significat, pérque fraudulentiæ ac deceptionis vsum, aliquem circumuenire, & iniuria afficere. Sæpe etiam adulterum fore significat, & spurios filios clàm generaturum esse. Noui autem quendam qui ex hoc somnio ridicularum cantilenarum poëta factus est.

De Nouerca, & Vitrico.

CAP. 26.

Nouercam videre, neque viuentem, neque mortuam bonum est. Et si quidem molesta sit, aut irascatur, aut lædat nouerca videntem per somnium, auget mala. Si verò moderatè offeratur, minora mala facit. Gratificans autem tum verbis, tum factis, vanas spes & expectationes esse ait. Neque enim ex animo, neque beneuola vnquam amauerit priuignum nouerca.

Vitricus porrò eadem quæ nouerca significat, verùm viribus minora. Sæpe verò & vitricus & nouerca, peregrinationis & vitæ apud exteros signa sunt. Pater enim & mater similes sunt domui. Vitricus autem & nouerca externitati.

De Prædecessoribus, & Successoribus. CAP. 27.

PRædecessores cõspecti, cognati scilicet qui ante parẽtes nostros vixerint, curas significant veterum negotiorum gratia: & si quidem boni aut iucundi, aut grati aliquid fecerint, aut dixerint, curæ ipsæ in bonum finem desinent. Sin contra, in malum. Successores autem si quidem infantes adhuc & parui fuerint, curarum significationem habent, de quibus exactius primo libro, capite De puerorum generatione dixi: qui verò iam perfecti sunt, auxilium & opem ac præsidium significant.

De Mure, & Mustela. CAP. 28.

MVs famulum significat, cohabitat enim & ex iisdem nobiscum nutritur, éstque manifestus. Bonum est multos intus videre mures atque eos hilares & ludentes: Multam enim lætitiam significant, & famulorum acquisitionem. Si verò quid variegatius circa mures quis videat, iudicationes transferre potest ex his quæ Melampus in libro de monstris ac signis, & de muribus scripsit, nihil differre putans ea quæ interdiu fiunt, ab his quæ per somnium fieri videntur. Eandem enim prædictionem habent, velut nobis sæpenumero experientia ipsa commostrauit. Per longum autem & hũc locum elaborauit, in secundo libro suæ tractationis Apollonius Attaleus. Mihi autem nunc propositum est, ea quæ significantur ostendere singulorum in superiore tractatione relictorum. Quapropter & hunc tertium librum non vt cõiunctum & coaptatum illis duobus, sed vt relictũ, & ab illis separatum feci, vnde & meritò inscriptionem adipiscetur, non tertius illorum, sed per se philalethes, hoc est veritatis amator, aut ἐνόδιος id est Inuitatorius siue Mercurialis. At verò mustela mulierem significat maleficã, & malignis

Περὶ προγόνων καὶ ἐπιγόνων. κζ.

ΠΡόγονοι δὲ ὁρώμενοι, λέγω δὲ συγγενεῖς τινὰς πρὸ τῶν γονέων γεγονότας, φροντίδας σημαίνουσι, παλαιῶν ἕνεκα πραγμάτων· καὶ εἰ μὲν τι ἀγαθὸν ἢ ἡδὺ ἢ κεχαρισμένον πράττοιεν ἢ λέγοιεν, εἰς ἀγαθὸν αἱ φροντίδες τελευτήσουσιν. εἰ δὲ μή, τοὐναντίον. ἐπίγονοι δὲ εἰ μὲν εἶεν ἔτι νήπιοι καὶ βραχεῖς, φροντίδων εἰσὶ σημαντικοί. περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ ἐν τῷ περὶ γενέσεως παίδων εἴρηκα κεφαλαίῳ. οἱ δὲ ἤδη τέλειοι, βοηθείας καὶ συλλήψεως καὶ ἐπικουρίας εἰσὶ σημαντικοί.

Περὶ μυὸς καὶ γαλῆς. κη.

ΜΥΣ, οἰκέτην σημαίνει, συνοικεῖ γὰρ, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν τρέφεται, καὶ ἔστι δειλός. ἀγαθὸν δὲ πολλοὺς ἔνδον ἰδεῖν μύας, καὶ τούτους ἱλαροὺς καὶ παίζοντας. πολλὴν γὰρ εὐφροσύνην σημαίνουσι καὶ οἰκετῶν ἐπίκτησιν. εἰ δέ τι ποικιλώτερον περὶ τοὺς μύας βλέποι τις, ἔξεστι μεταφέρειν τὰς κρίσεις, ἀπὸ τῶν παρὰ Μελάμποδος ἐν τῷ περὶ τεράτων καὶ σημείων, καὶ περὶ μυῶν γεγραμμένων. οὐδὲν διαφέρειν ἡγουμένους τὰ μεθ' ἡμέραν γενόμενα τῶν ὄναρ δοκούντων γίνεσθαι. τῆς γὰρ αὐτῆς ἔτυχε προρρήσεως ὡς πολλάκις ἡμῖν ἔδειξε διὰ πείρας. διὰ μακροῦ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ἐξείργασται ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ συντάξεως Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεύς. ἐμοὶ δὲ νῦν πρόκειται τὰ σημαινόμενα δεικνύειν ἑκάστου τῶν παραλελειμμένων ἐν τῇ ἐμῇ πραγματείᾳ. διὸ καὶ τρίτον τοῦτο τὸ βιβλίον, οὐχ ὡς συνημμένον ἐκείνοις τοῖς δυσὶν ἀλλ' ὡς ἀπολελειμμένον ἐποίησα. ὅθεν καὶ τῆς ἐπιγραφῆς εἰκότως τεύξεται, οὐχὶ τρίτον ἐκείνων, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν φιλαλήθης ἢ ἐνόδιον. Γαλῆ δέ, γυναῖκα σημαίνει πανοῦργον καὶ

καλοῦσιν, ἢ δίκην, ἔστι γὰρ ἰσόψηφος δίκη καὶ γαλῆ· ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν σύγκειται γραμμάτων. καὶ θάνατον· ὅ, τι γὰρ ἂν λάβοι, τοῦτο σήπει. καὶ ἐργασίας καὶ ὠφελείας· καλεῖται γὰρ πρός τινων, κερδώ, καὶ ἱλάρεια. τὴν δὲ διαφορὰν ἔξεστι λαμβάνειν τούτων, ἀπὸ τοῦ βλέπεσθαι προσιοῦσαν ἢ ἀπιοῦσαν, πράττουσάν τι ἡδὺ, ἢ ἀηδὲς πάσχουσαν τι, ἢ δρῶσαν.

Περὶ πηλοῦ. κθ'.

ΠΗλὸς, νόσον σημαίνει, καὶ ὕβριν. νόσον μὲν, διὰ τὸ μὴ καθαρὸν εἶναι τὸ ὕδωρ, μήτε μὴν γῆν. ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων μεμίχθαι, καὶ μηδέτερον εἶναι. ἔστι οὖν πονηρὸν σύγκριμα τοῦ σώματος· τουτέστι, νόσον προαγορεύει, εἰκότως· ὕβριν δὲ, ὅτι μολύνει. ἔτι δὲ κίναιδον διὰ τὸ ὑγρὸν καὶ ἔκλυτον. ἀγαθὸς δὲ ἂν εἴη τοῖς ἐκ πηλοῦ ἐργαζομένοις.

Περὶ λεκάνης. λ'.

ΛΕκάνη, οἰκέτιν σημαίνει καὶ θεράπαιναν πιστήν. πίνειν δὲ ἐκ λεκάνης, ἐρασθῆναι θεραπαίνης σημαίνει, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ εἴ τις ἐσθίει ἐν λεκάνῃ. λεκάνην χρυσῆν ἢ ἀργυρᾶν ἔχειν, ἤτοι θεράπαιναν ἀπελευθερώσαντα γῆμαι σημαίνει, ἢ ἀπελευθερωμένῃ συνοικῆσαι. λεκάνη θραυομένη, θεράποντος σημαίνει ὄλεθρον. λεκάνη ἐγκατοπτρίζεσθαι, τεκνῶσαι ἀπὸ θεραπαίνης σημαίνει. εἰ δέ τις αὐτὸς οἰκέτης ὢν, οὐκ ἔχων ὑπηρέτην τοῦτον ἴδοι τὸν ὄνειρον, ἡγεῖσθαι χρὴ τὴν λεκάνην αὐτὴν, τὴν δουλείαν αὐτοῦ σημαίνειν.

Περὶ εἰκόνος. λα'.

ΕΙκὼν τέκνα σημαίνει, καὶ τὴν προαίρεσιν καὶ τὴν γνώμην τοῦ ἰδόντος. τέκνα

motibus præditam, aut litem, δίκην Græcis appellatam: Nam vox δίκη parem numerum implet cùm ea quæ mustelam significat, γαλῆ videlicet. Ex iisdem enim literis eundem numerum repræsentantibus constant. Significat item mortem, quicquid enim apprehenderit hoc putrefacit: & lucrum ac vtilitatem, appellatur enim à quibusdam Græcis κερδώ, quæ vox lucrum sonat, & ἱλάρεια ab hilaritatis originatione. Verùm differētiam horum accipere oportet, & ex eo quòd videtur accedere, aut abire, & facere quid iucundum, aut iniucundum, & prout aliquid patitur, aut operatur.

De Luto. CAP. 29.

LVtum morbum significat, & contumeliam. Morbum quidem propterea quòd non est pura neque aqua, neque terra, sed ex vtrisq; mixtum, vt neutrum existat. Est igitur mala corporis mistella, hoc est morbum prædicit, atque id rationabiliter & meritò. Contumeliam autem, quia inquinat. Insuper & cinædum, propter liquiditatem & exolutionem. Bonum autem fuerit his qui ex luto rem & victum parant.

De Pelui. CAP. 30.

PEluis famulam significat, & ancillam fidelem. Bibere ex pelui ancillæ amorem significat, quæ significatio est etiam si quis in pelui edit. Peluim auream, aut argenteam habere, aut ancillam post manumissionem in vxorem ducere significat, aut antea manumissæ cohabitare. Peluis si frangatur, serui interitum significat. Pelui vice speculi vti, ex famula filios procreare significat. Si verò quis seruus hoc somnium videat, qui alium famulum non habeat, iudicare oportet peluim ipsam, seruitutem ipsi significare.

De Imagine. CAP. 31.

IMago liberos significat, & voluntatem ac mentem somniantis. Liberos qui-

quidem, propter similitudinem, mentem autem & voluntatem, propterea quòd omnes imaginibus promittant. Imago ex materia solida & imputrescibili facta, melior est quàm picta, aut lutea & cerea, aliæque consimiles. Quicquid autem patiantur imagines, hoc perpetientur etiam liberi somniantis, & conatus actionum. Sæpe verò & in parentes, & in fratres, & in fratres, & in alios cognomines, somnium euentum habet.

De Obstetrice. CAP. 32.

OBstetrix conspecta, occulta reuelat, propterea quòd arcana & occulta perscrutetur, significat & dānum & ægrotantibus mortem. Educit enim ex continente semper contentum, ipsúmque terræ committit. Eos verò qui violenter ab aliquo detinentur, liberat. Nam contentum corpus à continente exoluit, atque sic contentum corpus à continente liberans, corpus leuius facit. Si verò sæpe conspicatur obstetrix à muliere non habente in ventre, morbum ipsi denuntiat. Ei verò quæ vterum gestat nihil significat, propter partus curam.

De Spina, & Aculeis.

CAP. 33.

SPinæ & aculei, dolores significant propter acumen, & impeditiones, propter detentionem, & curas ac tristitias, propter asperitatem. Multis verò & amores, & iniurias ab hominibus malis: & amores quidem, propterea quòd non sint læti amantes. Iniurias autem ab hominibus malis, propter sanguinis ex vulneribus per illa inflictis excretionem. Et spinæ quidem ex mulieribus iniurias. Aculei verò ex viris denuntiant.

μὲν, διὰ τὴν ὁμοιότητα, γνώμην δὲ καὶ προαίρεσιν, διὰ τὸ ἐπαγγέλλεσθαι πάντας εἰκόσιν. ἡ δὲ ἐξ ὕλης στερεᾶς καὶ ἀσήπτου γεγενημένη, ἀμείνων ἐστὶ τῶν γραπτῶν καὶ πηλίνων καὶ κηρίνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων. ὅτι δ' ἂν πάθωσιν αἱ εἰκόνες, τοῦτο πείσονται καὶ οἱ παῖδες τοῦ ἰδόντος, καὶ αἱ ὁρμαὶ τῶν πράξεων· πολλάκις δὲ καὶ εἰς γονεῖς καὶ εἰς ἀδελφοὺς καὶ εἰς ἄλλους ὁμωνύμους ἀποβαίνει τὸ ὄναρ.

Περὶ μαίας. λβ'.

ΜΑῖα ὁρωμένη, τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ τὰ ἀπόρρητα καὶ κεκρυμμένα διερευνᾶν, καὶ βλάβας σημαίνει, καὶ τοῖς νοσοῦσι θάνατον. ἐξάγει γὰρ τοῦ περιέχοντος ἀεὶ τὸ περιεχόμενον, καὶ δίδωσι τῇ γῇ. τοὺς δὲ βίᾳ ὑπό τινος κατεχομένους, ἀπαλλάσσει. καὶ γὰρ τὸ περιεχόμενον τοῦ περιέχοντος ἀπαλλάσσει σῶμα, καὶ οὕτως τὸ περιεχόμενον σῶμα τοῦ περιέχοντος ἀπαλλάξασα, κουφότερον ποιεῖ τὸ σῶμα, πολλάκις δὲ ὁρωμένη μαῖα, γυναικὶ μὴ ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ νόσον προαγορεύει, ἐν γαστρὶ δὲ ἐχούσῃ, οὐδὲν ἐπίσημον, διὰ τὴν περὶ τὸν τοκετὸν φροντίδα.

Περὶ ἀκάνθης καὶ σκολόπων. λγ'.

ἌΚανθαι καὶ σκόλοπες, ὀδύνας σημαίνουσι διὰ τὸ ὀξὺ, καὶ ἐμποδισμοὺς διὰ τὸ καθεκτικὸν, καὶ φροντίδας καὶ λύπας, διὰ τὸ τραχύ. πολλοῖς δὲ καὶ ἔρωτας καὶ ἀδικίας ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν. ἔρωτας μὲν, διὰ τὸ μὴ εὐθύμους τοὺς ἐρῶντας εἶναι. ἀδικίας δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων τινῶν πονηρῶν, διὰ τὴν γινομένην ὑπὸ τούτων ἐκ τῶν τραυμάτων τοῦ αἵματος ἀπόκρισιν. καὶ αἱ μὲν ἄκανθαι, ἐκ γυναικῶν τὰς ἀδικίας. οἱ δὲ σκόλοπες, ὑπὸ ἀνδρῶν προσημαίνουσιν.

Περὶ τοῦ ρ̄, στοιχείου καὶ ἑκατόν. λδʹ.

Τῶν γραμμάτων καθ' ἓν ὁρωμένων ἕκαστον, τὰ μὲν φωνήεντα, καὶ φόβους καὶ ταραχὰς σημαίνει. τὰ δὲ ἡμίφωνα, ἀπραξίαν μὲν οὐχί, φόβους δὲ ἐπάγει. τὰ δὲ ἄφωνα, οὔτε φόβους, οὔτε πράξεις. ἰδίᾳ δὲ τὸ ρ̄, ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ κρίνεται. ἔστι οὖν τοῖς ἐπὶ πρᾶξιν ὁρμωμένοις ἀγαθὸν διὰ τὸ ἰσόψηφον. ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἐπ' ἀγαθὰ τὴν ἑκατὸν ἐκπληροῦν ψῆφον. καὶ τοῖς προσδοκῶσιν ἀποδήμους. ἔστι γὰρ ἀγγελία τὰ ἑκατόν. καὶ τοῖς διαποροῦσι πότερον πεζῇ ἀπιτέον αὐτοῖς, ἢ κατὰ τὸν πλοῦν, συμβουλεύει πεζῇ. ἴση γὰρ καὶ τούτῳ ἡ ψῆφος. τοῖς δὲ περὶ τοῦ ὅλως ἢ ἐξιτέον φροντίζουσι συμβουλεύει μένειν· καὶ γὰρ τὸ μένε, ἑκατόν. κακούργους δὲ δεσμεύει. καὶ γὰρ καὶ πέδαι ἑκατόν. ποιμέσι δὲ καὶ ἱπποφορβοῖς, ἀγαθὸν τὸ ρ̄. καὶ γὰρ τὸ νέμε, τῇ ψήφῳ, ἑκατόν.

Περὶ ἁλύσεως. λεʹ.

Ἅλυσις γυναῖκα σημαίνει, διὰ τὸ ὄνομα καὶ τὸ καθεκτικόν. καὶ πλοκὴν πραγμάτων οὐκ εὐθύμων οὐδὲ τερπνῶν. πέπλεκται μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν. οὐκ εὐθύμους δὲ τοὺς δεδεμένους ποιεῖ. καὶ κάθεξιν καὶ ἐμποδισμὸν πράξεων δηλοῖ.

Περὶ ἱστοῦ καὶ συνέργων. λϛʹ.

Ἱστὸς ὄρθιος, κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνει· χρὴ γὰρ περιπατεῖν τὴν ὑφαίνουσαν.

De litera ρ, & numero centenario. CAP. 34.

EX literis singulis singulatim conspectis, vocales quidem, & timores & turbationes significant. Semiuocales verò, res quidē & actiones non impediunt, timores autem inducūt. Mutæ autem neque timores, neque actiones inducunt. Priuatim verò litera ρ à numero iudicatur. Est igitur his qui ad actionem animū conuertunt bona, propter numeri parilitatem. Nam & ἐπ' ἀγαθὰ vox, quæ in bonum significat, centenarium numerum repræsentat ac explet. Est & bona his qui peregrinos expectant. Est enim numerus centenarius & in dictione ἀγγελία, quæ significat nuntium: & his qui dubitant vtrum pedestri itinere ipsis abeūdum sit, aut nauigatione, consulit profectionem pedestrem. Nam vox πεζῇ, quę pedestrem profectionem significat, itidem centenarium numerū repræsentat. Qui verò curiosi sunt an ipsis omnino exeundum sit, his consulit vt maneant. Nam vox μένε, mane significans, centū repræsentat. Maleficos autem in vincula coniicit. Nam & pedicæ Græcis πέδαι appellatæ, centenarium numerum explent, singularum literarum numero in πέδαι voce supputato. Pastoribus porrò & equisonibus bona est litera ρ. Nam νέμε, hoc est pasce, si supputetur centenarium numerum efficit.

De Catena. CAP. 35.

CAtena vxorem significat, propter nomen, & detentionem. Significat & negotiorum non gratorum, neque iucūdorum implicationem: multas enim connexiones & iuncturas habet, & vinctos non lætos facit. Insuper verò remoras, cohibitionémque ac impeditionem actionum significat.

De Tela, & auxiliaribus instrumentis. CAP. 36.

TEla recta motum & peregrinationē significat: textricē enim deambulare

oportet. Altera verò tela detentionis significatiua est: nam desidentes mulieres talem telam texunt. Omnibus autem melius est telam recens texi inchoatam videre, quàm iam excidendam, similis est enim fini vitæ. Quæ igitur nuper texi cœpit tela, longam vitam prædicit. Quæ verò iam excidenda est, breuem, excisa verò, mortem. Cæterùm de rerum textarum differentia, in sermone de vestitu & ornatu, tum virili, tum muliebri, libri secundi principio mentionem feci. Inde sanè iudicationes transferre oportet. Si quis nauigans telam viderit, putet se malum nauis videre. Quicquid igitur circa telam euenerit, idem etiam circa malum eueniet. Auxiliaria autem instrumenta, & quæ ad telæ texturam præparantur, multas curas & negotiorum confusionem significant, quorum discretio serò & vix tandem continget: quàmdiu enim auxiliaria sunt, confusa sunt & indiscreta. Vbi autem tela fuerit absoluta, singula in proprium digesta & ordinata locum, & vtilitatem significant similitérque exhibent.

De Coticula. CAP. 35.

COticula exhortationis est signum ac lætitiæ, & quodam modo dicit, acutiores nos fieri oportere. In amicitiis autem non auxiliantes significat, sed exhortantes & incitantes. Coticula enim nihil communiter facit cum ferro, acutius tamen ipsum reddit. Sępè verò etiam vxorem coticula significat.

De Etymologia, & Originatione nominum. CAP. 38.

NOmina quorum originatio explicari potest, non inutilia putanda sunt ad iudicationes. Siue etiam in bonis ab aliis significatis nomina fuerint gratiosa, perfectiora bona erunt. Siue in malis, minora & obtusiora mala faciunt. At verò infamia nomina contraria voluntatibus, mala quidem extendunt, bona verò

ὁ δὲ ἕτερος ἱστὸς, κατοχῆς ἐστὶ σημαντικός· ἐπειδὴ γὰρ καθεζόμεναι ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες τὸν τοιοῦτον ἱστόν. ἅπασι δὲ ἄμεινον ἀρχόμενον ὑφαίνεσθαι ἱστὸν ἰδεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἐκτέμνεσθαι ὄντα. ἔοικε γὰρ τῇ τοῦ βίου τελευτῇ. ὁ μὲν οὖν ἄρτι ἀρχόμενος ὑφαίνεσθαι, μακρὸν ὑπαγορεύει βίον. ὁ δὲ πρὸς ἐκτομῇ ὤν, ὀλίγον. ὁ δὲ ἐκτετμημένος, θάνατον. Περὶ δὲ χρημάτων διαφορᾶς, ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ περὶ ἱματίου καὶ κόσμου ἀνδρείου τε καὶ γυναικείου, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ ἐν ἀρχῇ ἐπεμνήσθην. ἔξεστι δὲ τὰς κρίσεις μεταφέρειν. εἴ τις πλέων ἱστὸν ἴδοι, ἡγείσθω τὴν κατάρτιον ὁρᾶν. ὅτι ἂν οὖν περὶ τὸν ἱστὸν ἀποβαίνοι, τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τὴν κατάρτιον ἔσται. Συνεργὰ δὲ καὶ τὰ εἰς ὑφὴν ἱστοῦ παρασκευαζόμενα πολλὰς φροντίδας καὶ σύγχυσιν πραγμάτων σημαίνει, ὧν ὀψὲ καὶ μόλις ἔσται διάκρισις· ἕως μὲν γὰρ ἔτι συνεργὰ συγκέχυται, καὶ ἀδιάκριτά ἐστιν. ἐπειδὰν δὲ ὑφανθῇ, εἰς τὴν οἰκείαν ἕκαστον κατατεταγμένον χώραν, καὶ τὴν εὐχρηστίαν σημαίνει ὁμοίως καὶ παρέχει.

Περὶ ἀκόνης. λζ.

ΑΚόνη, προτροπῆς ἐστὶ σημεῖον, καὶ εὐθυμίας, καὶ τρόπον τινὰ ὀξυτέροις φησὶ δεῖν γενέσθαι. ἐν δὲ ταῖς φιλίαις, οὐ τοὺς συλλαμβανομένους σημαίνει, ἀλλὰ τοὺς προτρέποντας καὶ παρορμῶντας. συμπράττει μὲν γὰρ οὐδὲν τοῖς σιδηρέοις ἡ ἀκόνη. ὀξύτερα δὲ αὐτὰ ποιεῖ. πολλάκις δὲ ἀκόνη καὶ γυναῖκα σημαίνει.

Περὶ ἐτυμολογίας ὀνομάτων. λή.

ΤΑ δὲ ἐτυμολογούμενα τῶν ὀνομάτων, οὐκ ἄχρηστα νομίζειν χρὴ πρὸς τὰς κρίσεις. ἐάν τε γὰρ ἐπὶ ἀγαθοῖς τοῖς ἀπὸ τῶν ἄλλων σημαινομένοις τὰ ὀνόματα εὔφημα ᾖ, τελειότερα τὰ ἀγαθά. ἐάν τε ἐπὶ τοῖς κακοῖς, ἐλάττονα καὶ ἀμβλύτερα τὰ κακὰ ποιεῖ. τὰ δὲ δύσφημα, ἐναντία ταῖς προαιρέσεσι. τὰ μὲν κακὰ ἐπιτείνει, τὰ δὲ ἀγαθὰ

ἐπαμβλυνεῖ. πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ μόνων αὐτῶν ἐστι τι προαγορεῦσαι. οἱ Μένων μὲν καὶ Μενεκράτης καὶ Κρατῖνος, ἀποδημεῖν κωλύουσι. Ζήνων δὲ καὶ Ζηνόφιλος, καὶ Θεόδωρος, τοὺς νοσοῦντας ἀνίστησι. Κάρπος δὲ καὶ Ἐλπιδηφόρος καὶ Εὔτυχος, πορισμὸν ὑποδεικνύουσι. Θράσων δὲ καὶ Θράσυλος, Εὔβυλος, καὶ Θρασύβυλος, παρορμῶσι πράττειν καὶ μὴ ἀποκνεῖν κελεύουσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θηλυκῶν ὀνομάτων τὰς κρίσεις χρὴ ποιεῖσθαι.

Περὶ παραμυθίας. λθʹ.

Ἡ δὲ παραμυθία, τοὺς μὲν εὐδαιμονοῦντας, ἀδικεῖ, τοὺς δὲ ἐν περιστάσει ὄντας, ὠφελεῖ. τοὺς μὲν γὰρ εἰς τοῦτο κατάγει, ὥστε δεῖν αὐτοῖς παραμυθίας. διὰ τὸ ἀθυμεῖν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι κακοῖς. τοῖς δὲ, χρηστὰς ὑποτίθεται τὰς ἐλπίδας. ὀρθῶς καὶ εὐλόγως τοῦ τοιούτου ἀποβαίνοντος. οὔτε γὰρ τῷ ὁρῶντι φήσει τις, ἀναβλέψεις, ἀλλ' εἰκὸς τὸν ὑποκεχυμένον εἰς ἐπιθυμίαν ἄγει αὐτόν. οὔτε τῷ ὑγιαίνοντι λέγει τις, ἀνάρρωσον. ἀλλ' ὡς εἰκὸς τῷ κάμνοντι. οὕτως οὖν ἐπειδὰν τινὶ προσελθὼν λέγῃς, πλουτήσεις, εὐδαιμονήσεις, εὐτυχήσεις, πράξεις ὃ βούλει, οὐκ εὐδαιμονοῦντι οὐδὲ πράττοντι κατὰ γνώμην λέγει. εἰ δὲ ἄρα τῷ ἐν περιστάσει ὄντι προαγορεύει τις τῆς περιστάσεως λύσιν, τότε χρὴ ἀνανεώσασθαι τὸν περὶ τῶν ἀξιοπίστων λόγον. ὃν ἐπὶ τέλει τοῦ δευτέρου βιβλίου εἴρηκα· καὶ εἰ μὲν ἀξιόπιστος εἴη ὁ λέγων, πιστεύειν. εἰ δὲ μὴ, καταφρονεῖν ὡς ἐξαπατώμενον.

Περὶ τραυμάτων καὶ οὐλῆς. μʹ.

Ἐν ἄλλῳ μέρει τοῦ σώματος ὁποιονοῦν τραῦμα ὑπάρχον, σὺν τῷ μέρει κρινέσθω, ὡς βλαπτομένῳ. ἠκρίβωται δὲ ὁ λόγος, ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, ἐν ᾧ περὶ σώματος καὶ τῶν ἐν σώματι μερῶν. κατὰ δὲ τὸ

obtundunt. Sæpè autem & ab ipsis solis aliquid prædicere licet, velut apud Græcos, Μένων, & Μενεκράτης, & Κρατῖνος, peregrinari prohibent. Ζήνων autem & Ζηνόφιλος, & Θεόδορος, ægrotos erigunt. Κάρπος autem & Ἐλπιδοφόρος, & Εὔτυχος, lucrum & pecuniarium adeptionem subindicant. Θράσων autem & Θράσυλος, & εὔβολος, & Θρασύβουλος, ad agendum incitant, & non segnem esse iubent. Similiter etiam in fœmininis nominibus iudicationes facere oportet.

De Consolatiome. CAP. 39.

Consolatio felices quidem iniuria afficit, eos verò qui in infortunio constituti sunt, iuuat. Illos enim ad hoc perducit, vt consolatione opus habeant, propter animi abiectionem in accidentibus malis. His verò bonas spes suggerit, rectè & rationabiliter huiusmodi eueniente. Neque enim videnti quispiam dixerit, videbis, sed & verisimile est oculos suffusos habenti, quo spem & desiderium eius excitet. Neque sano quisquam dicit, conualesce, sed vt par est ægrotanti. Sic igitur quando ad aliquem progressus dixeris, ditesces, felix eris, fortunatus eris, facies quod voles, non vtique felici, neque ex animi sententia agenti dicis. Si verò ei qui in calamitate constitutus est quispiam prædicit calamitatis solutioné, tunc sanè sermonem de fide dignis resumere ac renouare oportet, quem in fine secundi libri dixi: & si quidem fide dignus fuerit qui prædixit, credere. Sin minus, ipsum vt deceptorem contemnere.

De Vulneribus, & Cicatrice.

CAP. 40.

Si in alia quacunq; parte corporis vulnus extiterit, vnà cum ipsa parte, velut læsa indicetur. Exactè autē hic sermo traditus est in primo libro, capitib quib⁹ de corpore corporisq; partibus ago. Si verò

in pectus aut cor vulnus fuerit inflictum, iuuenibus quidem tum viris, tum fœminis, amorem significat: senioribus verò mœrorem. In dextram autem manum inflictum, in ipsam volam, debitum significat, & mœrorem ob chirographum. Cicatrix porrò omnibus curarum finem ac conclusionem præsagit.

στήθεσι γενόμενον ἢ τῆς καρδίας, νέοις μὲν καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, ἔρωτα σημαίνει· πρεσβυτέροις δὲ, λύπην. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ χειρὶ γενόμενον ἐν αὐτῷ τῷ θέναρι, δάνειον προσαγορεύει, καὶ τὴν ἐπὶ χειρογράφῳ λύπην. Οὐλὴ δὲ, πᾶσι συμπέρασμα φροντίδων σημαίνει.

De Debito, & Creditore, & Locatore domus.

CAP. 41.

DEbitum eandem cùm vita rationem habet, debemus igitur & vitam naturæ vniuersorum, velut mutuum ei qui id in manum dedit. Quin & creditor eãdem cum debito rationem habet. Quare ægrotantibus instans & expostulans, periculum significat: accipiens verò etiam mortem. Creditor moriens, à tristitia & cura liberat. Insuper verò & creditor & filia, eandem rationem habent, quandoquidem & filia cum necessitate expostulat, & vbi cum multis curis fuerit educata, discedit dote accepta velut creditor. Creditor famulo dominum significat pensionem expostulantem. Eadem quæ creditor significat etiam domus elocator.

Περὶ δανείου καὶ δανειστοῦ ἐνοικιολόγου. μα΄.

ΔΑνειον, τῷ ζῆν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὀφείλομεν οὖν καὶ τὸ ζῆν τῇ τῶν ὅλων φύσει, ὡς καὶ τὸ δάνειον τῷ ἐγχειρίσαντι. καὶ ὁ δανειστὴς δὲ, τὸν αὐτὸν ἔχει τῷ δανείῳ λόγον. ὅθεν τοῖς νοσοῦσιν ἐφιστάμενος καὶ ἀπαιτῶν, κίνδυνον σημαίνει· λαμβάνων δέ τι, καὶ θάνατον. δανειστὴς ἀποθνήσκων, λύπης καὶ φροντίδος ἀπαλλάσσει. ἔτι δὲ καὶ δανειστὴς καὶ θυγάτηρ, τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον. ἐπειδήπερ καὶ ἡ θυγάτηρ μετ' ἀνάγκης ἀπαιτεῖ. καὶ ὅταν μετὰ πολλῶν ἀνατραφῇ φροντίδων, ἀπαλλάσσεται λαβοῦσα προῖκα ὡς δανειστής. δανειστὴς οἰκέτῃ, δεσπότην σημαίνει ἀποφορὰν ἀπαιτοῦντα. τὰ δὲ αὐτὰ τῷ δανειστῇ καὶ ὁ οἰκιολόγος σημαίνει.

De Insania, & Ebrietate.

CAP. 42.

FVrere bonum est his qui ad agendum aliquid animum conuertunt, improhibiti enim sunt furiosi ad quodcunque agendum concitentur. Maximè autem bonum fuerit tribunis plebis, & populi imperium affectantibus, & qui seipsos in turbas demittũt, maiorem enim laudem ac dignationem assequentur. Bonum est & his qui pueros erudire volunt, quoniã & furiosos pueri sequuntur. Sed & pauperes opulentiores fore insania indicat. Ab omnibus enim furiosi accipiunt: & ægrotanti sanitatem prædicit, moueri

Περὶ μανίας καὶ μέθης. μβ΄.

ΜΑίνεσθαι ἀγαθὸν τοῖς ἐπί τι πράττειν ὁρμωμένοις, ἀκώλυτοι γὰρ οἱ μαινόμενοι ἐφ' ὅ τι ἂν ὁρμήσωσι. μάλιστα δὲ ἂν εἴη ἀγαθὸν, τοῖς δημαγωγεῖν καὶ ὄχλου ἄρχειν πειρωμένοις, καὶ τοῖς εἰς ὄχλον καθιᾶσιν ἑαυτούς· πλείστης γὰρ ἀποδοχῆς ἀξιωθήσονται. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς παιδεύειν βουλομένοις, καὶ μαινομένοις. ἐπειδὴ καὶ παῖδες τοῖς μαινομένοις ἀκολουθοῦσι. καὶ τοὺς πένητας εὐπορωτέρους ἔσεσθαι ἡ μανία δηλοῖ. παρὰ πάντων γὰρ οἱ μαινόμενοι λαμβάνουσι. καὶ τῷ νοσοῦντι ὑγίειαν προσαγορεύει, κινεῖσθαι

γὰρ ἡ μανία καὶ περιπατεῖν προάγεται· καὶ μὴ κατερρῖφθαι καὶ μὴ ἠρεμεῖν, ὥσπερ ἐν νόσῳ, ὅπερ ὑγιείας ἐστὶ σύμβολον. Μεθύειν, οὐδενὶ ἀγαθὸν, οὔτε ἀνδρὶ οὔτε γυναικί. πολλὴν γὰρ ἀφροσύνην καὶ παρεμποδισμὸν τῶν χρειῶν σημαίνει· τούτων γὰρ καὶ ἡ μέθη ἐστὶν αἰτία. ἀγαθὸν δὲ τὸ μεθύειν τοῖς φοβουμένοις. ἀνεπιστρέφουσι γὰρ καὶ οὐ φοβοῦνται οἱ μεθύοντες.

enim & deambulare insania permittit: & non decumbere neque quiescere, quemadmodum in morbo, quod sanitatis signum est. Ebrium esse nemini bonum est, neque viro neque mulieri, multam enim desipientiam & rerum necessariarum impedimentum significat: horum enim etiam ebrietas est causa. Bonum est inebriari timentibus. Non enim conuertuntur neque timent ebrij.

Περὶ φόβου. μγʹ.

Φοβεῖσθαι, οὐδενὶ ἀγαθὸν, ἐπειδὴ ὁ φοβούμενος, ἀντέχειν μὲν πρὸς οὐδὲν δύναται, καταπροδοὺς δὲ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, πρὸς ταῦτα ἐπιτηδειότερον ἑαυτὸν παρέχει· ὥστε θᾶττον παθεῖν ὃ ἂν μάλιστα φοβῆται.

De Timore. CAP. 43.

Timere nemini bonum est, quoniam timidus ad nihil resistere potest, verùm prodens & animam & corpus, insuper aptiorem seipsum exhibet, vt citius ea patiatur quæ vel maximè timet ac formidat.

Περὶ ἐπιστολῆς. μδʹ.

Ἐπιστολὴν εἰ μέν τις ἴδοι καὶ τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα, εἰς τοῦτο ἀποβαίνει, εἰς ὅ, τι ἂν τὰ γεγραμμένα εἴπῃ. εἰ δὲ μὴ, πάντως ἐστὶν ἀγαθή. ἴδιον γὰρ πάσης ἐπιστολῆς, τὸ, χαῖρε καὶ ἔρρωσο λέγειν.

De Epistola. CAP. 44.

Si quis epistolam videat, & quæ sunt in ipsa scripta, euentus erit in id quod scriptum ipsum dixerit. Si verò non viderit quæ sunt in ipsa scripta, omnino bona erit. Proprium est enim omni epistolæ, vt salue siue gaude, & vale dicat.

Περὶ κήλης. μεʹ.

Κήλη, ζημίας ἐστὶ σημαντική, τοῦτο μὲν, διὰ τὸ ἰσόψηφον· τοῦτο δὲ, ὅτι καὶ πάντα ὅσα ἐπιφύεται τῷ σώματι, μήτ' ἰσχὺν μήτε κάλλος προστιθέντα. ἀλλὰ καὶ τῆς οὔσης εὐπρεπείας περιαιρούμενα τὰ σώματα, βλάβης καὶ φροντίδων εἰσὶ σημαντικά. ἐπειδὴ δὲ πάθος ἐστὶν ἡ κήλη, καὶ τοῦτο περὶ τὰ αἰδοῖα, οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπὶ τούτοις λύπην καὶ ἀνίαν σημαίνει, ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τῶν αἰδοίων σημαινομένοις· περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, ἐν τῷ περὶ σώματος λόγῳ εἴρηκα.

De Hernia. CAP. 45.

Hernia damni significationem habet partim quidem quòd æqualem numerum, vox κήλη quæ herniam significat, & vox ζημία quæ damnum repræsentent: partim verò quòd omnia quæ corpori innascuntur, neque robur neque pulchritudinem addentia, sed etiam præsentem decorem corporibus detrahentia, damni & curarum sunt significatiua. Quandoquidem verò vitium est hernia, atque hoc circa pudenda, nihilominus & in his tristitiam & anxietatem significat quæ per pudenda significantur: de quibus exactius primo libro in corporis tractatione dixi.

De Plantis in corpore nascentibus. CAP. 46.

QVamcunque plantam ex corpore quis produxisse sibi videatur, iuxta quorundam opinionem morietur: ex terra enim nascuntur plantæ, & in terram resoluũtur corpora mortuorum. Verùm vt sentio, iudicationes facere oportet, nõ solum ab ipsis plantis istinc enascentibus, sed etiam à partibus ex quibus plantæ producuntur. Sæpè enim non ipse qui somnium vidit mortuus est, sed qui indicatur à particula in qua planta erat. Est autem & aliqua circa ipsas plantas differentia, vt aliquando non mortem inducant, sed sectiones & chirurgias, id quòd euenire potest ab his quæ frequenter secantur, velut vite, & similibus. Itaque ego noui quendam qui vitem ex capite suo produxisse sibi visus erat, & hoc solùm ipsi euenit, vt vua ipsi excideretur.

De Scabie, & Lepra, & Elephante corporis vitio. CAP. 47.

SCabies & Lepra & Elephas, insigniores & celebres pauperes faciunt, & spectabiles propter opulentiam. Nam & vitia hæc conspicuos habentes ipsa faciunt. Occulta autem manifestant, propter eandem rationem. At verò diuitibus & multùm potentibus viris, principatus conciliant. Semper autem bonum est vt quis seipsum putet habere scabiem, aut leprã, aut elephantem, aut tale quoddam vitiũ, velut est vitiligo, alphos Græcis dicta, & impetigo. Si quis enim alium habentem videat, mœrorem aut curam significat. Omnia enim turpia odiosáque & ingrati aspectus visa, animas videntium contrahunt & mœstas rèddunt. Verùm absurdius adhuc fuerit, si ex domesticis quendam viderit tali vitio occupatum. Si enim famulus somniantis fuerit, inutilis ad ministerium ipsi erit. Si verò filius, non ex sententia patris vitam instituet. Si

Περὶ φυτῶν τῶν ἐν τῷ σώματι φυομένων. μϛ´.

ΟΤΙ δ' αὖ ἐκ σώματος φυτὸν δόξειέ τις πεφυκέναι, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσι, τεθνήξεται, γῆθεν γὰρ φύεται τὰ φυτά· καὶ εἰς γῆν δὲ τὰ τῶν ἀποθανόντων ἀναλύεται σώματα. ὡς δὲ ἐγώ φημι τὰς κρίσεις δεῖ ποιεῖσθαι, μὴ αὐτόθεν μόνον ἀπὸ τῶν φυτῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν μερῶν ἐξ ὧν φύεται τὰ φυτά. πολλάκις γὰρ οὐκ αὐτὸς ὁ ἰδὼν ἀπέθανεν, ἀλλὰ τὸ δεικνύμενον ὑπὸ τοῦ μέρους ἐν ᾧ τὸ φυτὸν ἦν. ἔστι δέ τις καὶ περὶ αὐτὰ τὰ φυτὰ διαφορά. ὡς ἔστιν ὅτε μὴ θάνατον ποιεῖν, ἀλλὰ τομὰς καὶ χειρουργίας. τοῦτο δ' ἂν συμβαίνοι, ἀπὸ τῶν ἑκάστοτε τεμνομένων· οἷον ἀμπέλου καὶ τῶν ὁμοίων. οἶδα γοῦν τινὰ ὃς ἔδοξεν ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἄμπελον πεφυκέναι καὶ αὐτὸ μόνον ἐσταφυλοτομήθη.

Περὶ ψώρας καὶ λέπρας, καὶ ἐλέφαντος τοῦ πάθους. μζ.

ΨΏρα δὲ καὶ λέπρα καὶ ἐλέφας, ἐπισημοτέρους καὶ ἐνδόξους τοὺς πένητας ποιοῦσι, καὶ περιβλέπτους διὰ τὴν εὐπορίαν. καὶ γὰρ τὰ πάθη ταῦτα, ἀποβλέπτους τοὺς ἔχοντας ποιεῖ. τὰ δὲ κρυπτὰ ἐλέγχει, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον. τοῖς δὲ πλουσίοις καὶ τοῖς μέγα δυναμένοις ἀνδράσιν, ἀρχὰς περιποιοῦσιν. ἀεὶ δὲ ἀγαθὸν αὐτὸν ἔχειν δοκεῖν ψώραν, ἢ λέπραν, ἢ ἐλέφαντα, ἢ τοιοῦτό τι πάθος. οἷον ἀλφοὺς ἢ λειχῆνας. τὸ δὲ ἄλλον ἔχοντα ἰδεῖν, λύπην ἢ φροντίδα σημαίνει. πᾶν γὰρ εἰδεχθὲς καὶ δυσπρόσωπον ὁραθὲν, συνάγει τὰς ψυχὰς τῶν ὁρώντων καὶ συστέλλει. ἀτοπώτερον δ' ἂν εἴη, εἰ τῶν οἰκείων τινὰ ἴδοι τοιούτῳ συνεχόμενον πάθει. εἰ μὲν γὰρ οἰκέτης τοῦ ἰδόντος εἴη, ἀχρεῖος εἰς ὑπηρεσίαν ἔσται αὐτοῦ. εἰ δὲ παῖς, οὐ φυλάξει τὸ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ζῆν. εἰ

δὲ γυνή, πάντως ὑπὸ τῶν προσηπομένων ὑπ' αὐτοῖς αἰσχυνεῖται. τοῖς δὲ ἐξ ὄχλου πορίζομένοις συμφέρει, καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ κατ' ἀναλογίαν κρίνειν χρή.

Περὶ τοῦ λιθοβολεῖν ἢ λιθοβολεῖσθαι. μη'.

Βάλλειν λίθοις τινά, κακῶς εἰπεῖν τινα σημαίνει. βάλλεσθαι δὲ ὑπό τινος, ἀκούεσθαι κακῶς προαγορεύει. ἐοίκασι γὰρ οἱ λίθοι λόγοις ἀπρεπέσι καὶ μαχίμοις. πολλάκις δὲ τὸ βάλλεσθαι λίθοις, καὶ ἀποδημίαν προαγορεύει. δεῖ γὰρ ὡς εἰκὸς τὸν βαλλόμενον φεύγειν. ἐπειδὰν δὲ πολλοὶ πάνυ ὦσιν οἱ βάλλοντες, ἀγαθοὶ τετήρηνται μόνοις τοῖς ἐξ ὄχλου πορίζομένοις.

Περὶ τεττίγων. μθ'.

Τέττιγες, ἄνδρας δηλοῦσι μουσικούς, διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν. ἐν δὲ ταῖς χρείαις, τοὺς οὐδὲν ὠφελοῦντας, ἢ αὐτὸ μόνον περὶ τῶν πραγμάτων λέγοντας καὶ μεμνημένους. ἐν δὲ τοῖς φόβοις, τοὺς μόνον ἀπειλοῦντας, οὐδὲν δὲ δυναμένους πρᾶξαι. οὐδὲν γάρ εἰσι τέττιγες πλὴν φωνῆς ἰσχύουσι. τοὺς δὲ νοσοῦντας, δίψῃ συνέχεσθαι λέγουσι, καὶ πάντως ἀποθανεῖσθαι. τροφῆς γὰρ οὐ μέτεστιν αὐτοῖς.

Περὶ σκίλλης καὶ ἀσφοδέλου. ν'.

Σκίλλα, γεωργοῖς μὲν ἀφορίας ἐστὶ σημαντική, διὰ τὸ μηδὲν ἐδώδιμον ἔχειν. ποιμέσι δὲ ἀγαθή, ὅτι φύσει συμβέβηκεν αὐτῇ εἶναι λύκων φθαρτικήν. ἀγαθὴ δ' ἂν εἴη πᾶσι τοῖς ἐν φροντίσι καὶ λύπῃ οὖσι· καθάρσιος γὰρ εἶναι νενόμισται. τοῖς δὲ εὖ πράττουσι, δειμάτων ἐπαγωγὸς καὶ φροντίδων οὖσα τετήρηται, οὐ γὰρ δεῖ καθαρμοῦ τοῖς μὴ ἐν περιστάσει τινὶ οὖσιν.

autem vxor, penitus ex his quæ per illam fiunt pudefiet. Cæterùm his qui ex turba victum sibi quærunt conducit, & de aliis sanè iuxta proportioné iudicare oportet.

Lapidibus iacere, aut ici.

CAP. 48.

Lapides iacere in aliquem, malis verbis aliquem impetere significat. Verùm lapidibus ab aliquo peti, malè auditurum esse prædicit. Similes enim sunt lapides sermonibus indecoris & litigiosis. Sæpè verò & peregrinationem præsagit lapidibus impeti. Oportet enim vt verisimile est, eum qui impetitur fugere. Quando autem multi fuerint qui lapides iaciunt, boni obseruati sunt solis his qui ex turba victum quærunt.

De Cicadis. CAP. 49.

Cicadæ viros musicos indicant, propter historiam quę de ipsis fertur. In necessitatibus autem, nihil iuuantes, aut solùm negotiis dicentes, & commemorantes. In timoribus verò, minantes, & nihil facere potentes. Nihil enim sunt cicadæ, verùm voce tantùm præstant. Ægrotantes porrò siti grauati dicunt, & omnino morituros esse. Cibo enim non fruuntur.

De Scilla, & Asphodelo.

CAP. 50.

Scilla agricolis sterilitatis signum est, propterea quòd nihil esui aptum habeat. Pastoribus autem bona est, quòd ex natura sua vim habeat perdendi lupos. Bona fuerit etiam omnibus in curis & mœrore constitutis: purgatoriam enim vim habere creditur. Feliciter agentibus, terrorum inductrix itemq; curarum obseruata est: neq; enim purgatione & purificatione opus est his qui non in calamitate aliqua constituti sunt.

Aspho-

Aſphodelus autem ſiue haſtula regia, eundem quem ſcilla euentum, & ſimiliter habet: ſolos verò ægrotos occidit, quemadmodum ſæpè obſeruaui. Cauſam autem manifeſtam non eſt, quòd dicere queam, veriſimilitudinem verò habet, ſi propterea id contingere quis dicat, quòd apud inferos campus plenus aſphodelis eſſe creditur.

Eadem cum alio pati.

CAP. 51.

PAti ſibi videri eadem cum alio quocunque tandem noto, velut eundem pedem, aut eandem manum, aut aliam quandam corporis partem, eandem pati, & omnino coægrotare, aut condolere, peccatorum illius ſocium fore ſignificat. Nam corporis morbi, & partium mutilationes ac læſiones, ſimiles ſunt animæ intemperantiis, & irrationabilibus concupiſcentiis. Qui igitur eadem patitur, meritò ſimul delinquit. Noui autẽ quendam mutilum dextro pede, qui ſibi viſus eſt famulum ipſius eundem pedem claudum habere, & ſimiliter claudicare, & ſanè deprehendit ipſum in amica, ex qua ipſe pendebat, atque hoc erat quòd ſomnium ipſi prædixerat, famulum videlicet ſimul cum ipſo peccaturum eſſe.

De Sterquilinio. CAP. 52.

STerquilinium videre, bonum eſt ex turba quæſtum facientibus, & ſordida opificia exercentibus: ex multis enim ſuperfluitatibus ſterquilinia fiunt, & à multis reiiciuntur. Bonum eſt & his qui publica negotia perficienda ſuſcipiunt & conducunt. Bonum eſt etiam viro pauperi in ſterquilinio dormire, multas enim pecunias acquiret ac coaceruabit. Diuiti autem principatum procurat hoc ſomnium, aut publicum aliquem honorem, quoniam omnes populares aliquid ad ſterquilinium afferũt & adiiciunt, quemadmodum etiam principibus conferunt & dant. Perfundi ſterquilinio à quodam familiari, non eſt bonum: inimicitiam

Ἀσφόδελος δὲ, τῇ σκίλλῃ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀποβαίνει· μόνους δὲ τοὺς νοσοῦντας ἀναιρεῖ, ὥς γε πολλάκις ἐτήρησα. τὴν δὲ αἰτίαν, σαφῶς μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔχω, εἰκὸς δὲ εἰπεῖν, ὅτι νενόμισται τὸ ἐν τῷ ᾅδῃ πεδίον ἀσφοδελῶν εἶναι πλῆρες.

Περὶ τοῦ τὰ αὐτὰ ἄλλῳ πάσχειν. να´.

ΠΆσχειν δὲ δοκεῖν τὰ αὐτὰ ἄλλῳ ὁτῳοῦν γνωρίμῳ, οἷον τὸν αὐτὸν πόδα, ἢ τὴν αὐτὴν χεῖρα, ἢ ἄλλο τι μέρος τοῦ σώματος, τὸ αὐτὸ πάσχειν, καὶ ὅλως συννοσεῖν ἢ συναλγεῖν, κοινωνῆσαι σημαίνει τῶν ἁμαρτημάτων ἐκείνῳ. τὰ μὲν γὰρ νοσήματα τοῦ σώματος καὶ τῶν μερῶν πηρώσεις, ἐοίκασι ταῖς τῆς ψυχῆς ἀκολασίαις καὶ ἀλόγοις ἐπιθυμίαις. ὁ δὲ τὰ αὐτὰ πάσχων, εἰκότως ἂν συνεξαμαρτάνοι. οἶδα δέ τινα πηρὸν τῷ δεξιῷ ποδὶ, ὃς ἔδοξε τὸν οἰκέτην αὐτοῦ, τὸν αὐτὸν πόδα πηρὸν ἔχειν, καὶ ὁμοίως ἐπισκάζειν, καὶ δὴ κατέλαβεν ἐπὶ τῆς ἐρωμένης ἧς αὐτὸς ἥττητο, καὶ τοῦτο ἦν ὅπερ προηγόρευσεν αὐτῷ τὸ ὄνειρον, συνεξαμαρτάνειν αὐτῷ τὸν οἰκέτην.

Περὶ κοπρίας. νβ´.

ΚΟπρίαν ἰδεῖν, ἀγαθὸν τοῖς ἐξ ὄχλου πορειζομένοις, καὶ τοῖς τὰς ῥυπώδεις ἐργασίας ἐργαζομένοις· ἐκ πολλῶν γὰρ περιττωμάτων τὰ κόπρια γίνεται, καὶ ὑπὸ πολλῶν ῥίπτεται. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς τὰ δημόσια ἐργολαβοῦσιν ἢ μισθουμένοις. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐπὶ κοπρίας καθεύδειν ἀνδρὶ πένητι. πολλὰ γὰρ κτήσεται καὶ περιβαλεῖται χρήματα. πλουσίῳ δὲ, ἀρχῆς ἐπιποιητικὸν τὸ ὄναρ, ἢ τιμῆς τινὸς δημοσίας, ἐπειδὴ πάντες οἱ δημόται τῇ κοπρίᾳ προσφέρουσι τι καὶ προσβάλλουσιν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄρχουσι συντελοῦσί τι καὶ διδόασιν. περιχεῖσθαι δὲ κοπρίαν ὑπό τινος γνωρίμου, οὐκ ἀγαθόν· ἔχθραν

γὰρ καὶ διχόνοιαν καὶ ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ περιχέοντος σημαίνει. αὐτὸς δὲ ἄνευ κοπρίας προσρίπτειν, βλάβην πολλὴν προαγορεύει.

enim & dissensionem, & iniuriam ex affundente significat. Si verò aliquis ignotus sterquilinium iniiciat, damnum ingens prædicit.

Περὶ προσευχῆς. νγ΄.

Προσευχὴ καὶ μεταῖται καὶ πάντες ἄνθρωποι προσαῖται καὶ οἰκτροὶ καὶ πτωχοὶ, λύπην καὶ φροντίδα καὶ τηκεδόνα τῆς ψυχῆς καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ προαγορεύουσι. τοῦτο μὲν γὰρ οὐδεὶς ἄπεισιν εἰς προσευχὴν μὴ οὐχὶ φροντίζων σφόδρα· τοῦτο δὲ καὶ οἱ μεταῖται πάνυ εἰδεχθεῖς ὄντες καὶ ἄποροι καὶ μηδὲν ἔχοντες ὑγιὲς ἐμποδὼν ἵστανται πάσῃ προαιρέσει. ἔστι γὰρ τοῦτο καθόλου καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἄπταιστον. οἱ ἀγνοούμενοι ἄνθρωποι, εἰκόνες εἰσὶ τῶν ἀποβησομένων ἑκάστῳ πραγμάτων. οἱ δὲ μεταῖται, ὁμοίως καὶ αὐτοὶ τὰς περὶ αὐτοὺς φαντασίας καὶ πράξεις τοῖς ὁρῶσι σημαίνουσι. λαβόντες δέ τι νόμισμα, βλάβην μεγάλην καὶ ἐπικίνδυνον προαγορεύουσι. πολλάκις δὲ καὶ θάνατον αὐτῷ τῷ ἰδόντι ἢ τινὶ τῶν περὶ αὐτόν. ἐοίκασι δὲ θανάτῳ, ἐπειδὴ μόνοι ἀνθρώπων ὥσπερ ὁ θάνατος οὐδὲν λαβόντες ἀποδιδόασι. μεταῖται δὲ εἰς οἰκίαν εἰσερχόμενοι, τῆς οἰκίας ἀμφισβήτησίν τινα σημαίνουσι, καὶ ἀπελαύνωσιν, ἢ αὐτοὶ βίᾳ χρησάμενοι, ἢ παρέχοντός τινος, βλάβην ὑπερβάλλουσάν τινα σημαίνουσι. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ εἰς χωρίον τοῖς εἰσιοῦσι σημαίνουσιν.

De Oratione. CAP. 53.

ORatio & petitores, & omnes homines mendici, miserabilésque & inopes, tristitiam & curam, & tabem animæ, & viro & mulieri prædicũt. Partim quòd nullus ad orandum abit, qui non vehementer curis angatur: partim quòd petitores & mendici valde turpes existentes, & inopes, nihil sani habentes, omni proposito obstant & impedimento sunt. Est enim hoc vniuersale, & in omnibus infallibile, quòd ignoti homines imagines sunt rerum ac negotiorum somniantibus euenturorum. Mendici verò similiter etiam ipsi apparentias & actiones suas videntibus significant. Si verò numisma aliquod acceperint, detrimentum ingens & periculosum prædicunt. Sępè verò & mortem ipsi qui somnium vidit, aut cuidam eius familiari. Similes enim sunt morti, quoniam hi hominum, quemadmodum mors, nihil eorum quæ acceperunt reddunt. Mendici porrò in domum ingredientes cõtentionem quandam domus significant, & si quid acceperint, aut ipsi vi vtentes, aut exhibente aliquo vltro, superexcellens detrimentum quoddam significant. Quam significationem etiam exhibent, vbi in regionem alicuius fuerint ingressi.

Περὶ κλειδός. νδ΄.

Κλεὶς ὄναρ ὁρωμένη, γῆμαι μὲν προῃρημένῳ, πιστὴν καὶ οἰκουρὸν ἔσεσθαι τὴν γυναῖκα σημαίνει, καὶ τῷ θεράπαιναν ὠνήσασθαι βουλομένῳ, εὔνουν ἔσεσθαι τὴν θεράπαιναν προαγορεύει. ἀποδημεῖν δὲ κωλύει, ἀποκλεισμοῦ καὶ κατοχῆς οὖσα σημαντική, οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ ἀνοίγεσθαι ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ κατακλείεσθαι τὰς θύρας γέγονεν ἡ κλείς· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἔδει κλειδὸς οὐδὲ θυρῶν.

De Claue. CAP. 54.

CLauis per somnium conspecta, ei qui vxorem ducere proposuit, fidelem & custodem domus, vxorem fore significat, & ei qui familiam emere volt, beneuolam ancillam fore prædicit. Peregrinari autem prohibet, exclusionis & detentionis significatiua existens, quoniam non ad apertas, sed ad conclusas fores clauis facta est: aliàs neque opus erat claue, neque foribus.

Nunc autem quum non adsit custos, tunc sanè clauis vsus est, foribus conclusis. Meritò igitur obstaculo est peregrinari volentibus. Qui verò curare & dispensare res alienas volunt, his fidei & autoritatis significatiua est.

De Coco. CAP. 55.

COcus qui in domo videtur, bonus est his qui vxorem ducere proposuerunt: opus est enim in nuptiis coco, & pauperibus: qui enim prolixa conuiuia habent, illi coco vtuntur. Ægrotantibus autem exacerbationes significat & inflãmationes, propter assationem, & variam intemperiem à quibus humores fiunt acres, velut tradunt hi qui circa artem quæ de illis tractat celebres existunt. Ad finem etiam lachrymas, propter fumum qui à coco excitatur. Occulta quoque reuelat, & quæ clàm facta sunt in medium producit: quoniam & opera coci in medium prolata conuiuantibus apponuntur, & qualia sunt apparent.

De Ludo calculorum, siue Latrunculorum. CAP. 56.

CAlculis, siue latrunculis ludere sibi videri eum qui non scit, multam vtilitatem significat ex deceptione & mendacio, propterea quòd multos calculos furetur, eósque aliâs aliter ostendat, non iuxta aliquem simplicem modum, sed malitiosè. Si verò quis alium calculis ludentem videat, eum deceptum ac defraudatum detrimentum ac damnum passurum esse significat.

De Lanio, siue Macellario. CAP. 57.

QVI in foro versantur coci, carnes conscindentes & vendentes, periculorum & damni significatiui sunt: & ægrotantes citò occiduot, quoniam mortua corpora contingunt, atque hæc non

νυνὶ δὲ ἐπειδὰν μὴ παρῇ ὁ φυλάξων, τότε τῆς κλειδὸς χρεία γίνεται, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν. εἰκότως οὖν ἐμπόδιον γίνεται τοῖς ἀποδημεῖν βουλομένοις. τοῖς δὲ πιστεύειν θέλουσι καὶ διέπειν τὰ ἀλλότρια, πίστεως ἐστὶ σημαντική.

Περὶ μαγείρου. νέ.

ΜΆγειρος ὁ μὲν κατ' οἶκον ὁρώμενος, ἀγαθὸν τοῖς γῆμαι προῃρημένοις· δεῖ γὰρ ἐν γάμοις μαγείρου, καὶ τοῖς πένησιν· οἱ γὰρ ἐκτενεῖς τροφὰς ἔχοντες, οὗτοι μαγείρῳ χρῶνται. τοῖς δὲ νοσοῦσι, παροξυσμοὺς σημαίνει καὶ φλεγμονὰς διὰ τὸ παροπτᾶν, καὶ ποικίλην δυσκρασίαν. ἀφ' ὧν χυμοὶ γίγνονται δριμεῖς, ὡς φασὶν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. τέλος δὲ καὶ δάκρυα, διὰ τὸν ὑπὸ τοῦ μαγείρου γινόμενον καπνόν. καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει, καὶ τὰ λάθρα γινόμενα εἰς μέσον ἄγει· ἐπεὶ καὶ τὰ ἔργα τοῦ μαγείρου εἰς μέσον κομισθέντα παρατίθενται τοῖς εὐωχουμένοις, καὶ φαίνεται οἷα ἐστίν.

Περὶ τοῦ ψηφοπαικτεῖν. νϛ'.

ΨΗφοπαικτεῖν δοκεῖν οὐκ ἐπιστάμενον, πολλὰ ὠφεληθῆναι σημαίνει, παραλογιζόμενον καὶ ψευδόμενον διὰ τὸ πολλὰς ψήφους κλέπτειν, καὶ ταύτας ἄλλοτε ἄλλως δεικνύειν, οὐ κατά τινα ἁπλοῦν τρόπον, ἀλλὰ πανούργως. ἰδεῖν δὲ ψηφοπαικτοῦντά τινα, παραλογισθέντα καὶ ἐξαπατηθέντα βλαβῆναι σημαίνει.

Περὶ κρεοπώλου. νζ'.

ΟἹ δὲ ἐν ἀγορᾷ μάγειροι, οἱ τὰ κρέα κατακόπτοντες καὶ πιπράσκοντες, κινδύνων εἰσὶ σημαντικοὶ καὶ βλάβης· καὶ τοὺς νοσοῦντας, ταχέως ἀναιροῦσιν, ἐπειδὴ νεκρῶν ἅπτονται σωμάτων, καὶ ταῦτα δὲ οὐκ

ἐκλέκανεα οὐδὲ ὑγιεινὰ ἐῶσιν, ἀλλὰ κατακόπτουσι. πλουσίοις δὲ καὶ βλάβης πρὸς τοῖς κινδύνοις σημαντικοί εἰσι· καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον εἰς τὸ δημόσιον διὰ τὸ τῷ δήμῳ διανέμειν τὸν τοιοῦτον μάγειρον τὰ κρέα. καὶ τοῖς φοβουμένοις στερεώτερον ἐπάγει τὸν φόβον. τὰ δάνεια δὲ καὶ τὰ δεσμὰ λύει, διὰ τὸ αἱρεῖν καὶ διακόπτειν.

Περὶ πανδοκέως. νη'.

Πανδοκεὺς τοῖς μὲν νοσοῦσι θάνατον σημαίνει, ἔοικε γὰρ θανάτῳ διὰ τὸ πάντας ἀποδέχεσθαι. τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσι θλίψεις καὶ στενοχωρίας καὶ κινδύνους καὶ ἀποδημίας προαγορεύει, καὶ ὁ λόγος φανερός. τί γὰρ δεῖ τὰ οὕτω σαφῆ ἑρμηνεύεσθαι; τὰ δὲ αὐτὰ τῷ πανδοκεῖ καὶ τὸ πανδοκεῖον σημαίνει.

Περὶ τελώνου. νθ'.

Τελώνης, ἀγαθὸς τοῖς χρείαν ἡντιναοῦν ἀπαρτῆσαι βουλομένοις, ἀπὸ γὰρ τοῦ τέλους τὴν συμπλήρωσιν ἑκάστης χρείας προαγορεύει, καὶ τοῖς κινεῖσθαί που προαιρουμένοις. ἀεὶ γὰρ πρὸς ταῖς ἐξόδοις ἕστηκε· μικρὰς κατοχὰς προαγορεύσας, τὸ λοιπὸν ἐπιτρέπει κινεῖσθαι καὶ πάσης ἀποδημίας χρῆσθαι. νοσοῦσι δὲ θάνατον προαγορεύει. πλωτίω γὰρ καὶ τὸν θάνατον καλοῦμεν. πρὸς γάμους δὲ καὶ κοινωνίας, εὔνους μὲν εἶναι λέγει τοὺς κοινωνοὺς καὶ τὰς γυναῖκας, στασιώδεις δὲ καὶ μαχίμους, διὰ τὴν γινομένην ἑκάστοτε περὶ τῶν τελῶν ἀμφισβήτησιν. τὸ δὲ εὔνουν αὐτῶν καὶ πιστόν, ἀπὸ τοῦ παραφυλακτικοῦ ἐστι τεκμήρασθαι.

Περὶ λευκέας, καὶ λίνου, καὶ καννάβεως. ξ'.

Λευκέα τοῖς μὲν φοβουμένοις ἐστὶ πονηρά, στερρότερον γὰρ καὶ φορτικώτερον ἐπάγει

integra, neque sana velut sunt relinquũt, sed conscindunt. Diuitibus autem etiam dãni supra pericula significatiui sunt: & vt plurimũ in rẽpubl. propterea quòd eiusmodi cocus carnes populo distribuat. Sed & timentibus solidiorem timorẽ inducit. Debita autem & vincula soluit, propterea quòd dissecet & auferat.

De Stabulario, siue Hospite publico. CAP. 58.

STabularius ægrotantibus mortem significat, similis est enim morti, propterea quòd omnes recipit. Reliquis omnibus tribulationes & angustias & pericula & peregrinationes prædicit. Estque ratio manifesta, quid enim opus est adeò manifesta interpretari? Eadem autem quæ stabularius significat etiam ipsum stabulum.

De Publicano. CAP. 59.

PVblicanus bonus est necessitatem quamcunque tandem dirimere volenti, à fine enim vnde Græcis πλώνης appellatur, complementum & finem omnis necessitatis prædicit. Bonus est & his qui aliquò moueri ac prodire proposuerunt: semper enim ad exitus stat, & parua detentione denuntiata, de cætero moueri permittit, omnique profectione vti. Ægrotantibus autem mortem præsagit: πλωτίω enim Græci mortem, voce eiusdẽ cum ea quæ publicanum indicat originis, appellant. Ad nuptias verò & societates, beneuolos quidem fore ait socios & vxores, verùm seditiosos & pugnaces, propter eam quæ frequenter fieri solet de vectigalibus contentionem. Cæterùm beneuolentiam & fidelitatem ex custodiæ diligentia coniectare oportet.

De Leuces, & Lino, & Cannabe. CAP. 60.

LEucea timentibus quidem mala est, solidiorem enim & grauiorẽ timorẽ

inducit, & seruis tormenta & tribulationes prædicit, & pauperibus libertatem: exceptis his qui ex ipsa, aut per ipsam quæstum habent. Nam & tunditur, & torquetur, & contexitur. His verò qui in delitiis viuunt tribulationes & angustias significat, & apud exteros degentes reducit, maximè vbi trans mare fuerint. Nam & ipsa per mare apportatur.

Linum ad nuptias & societates bonū est, propter texturam: & ad ea quæ sperātur propter retia, & plagas siue nubeculas, & similia, quibus homines ea quæ procul & longè absunt venantur. Verùm ad reliqua, eadem quæ leucea significat, sed viribus minora.

Cannabis super extendit, ea quæ per leuceam significantur, itémque per linū, & immensa quædam tormenta significat, & vincula robusta: soluta tamen omnibus liberat. Sola enim ipsa post multū vsum detrita resoluitur. Cæterùm nosse expedierit, quòd singula hæc mercaturam exercentibus ipsorum, tum emendo, tum vendendo, item his qui ex ipsis, aut per ipsa operantur, nihil horrendum aut absurdum prædicunt.

Seruari siue teneri.

CAP. 61.

SEruari ab aliquo detentum, impedimenta rerum necessariarum, & detentiones, & remoras in præfinitis temporibus, & intentionem ac prolongationem in morbis prædicit. Qui verò in extremis laborant, his salutem denuntiat. Custodiam enim & conseruationem & permanentiam rerum, vitam vocamus. Contrarium verò huius, solutionem & perditionem, hoc est mortem. At verò in carcerem & vincula ingredi volentem, aut per vim ab aliquibus induci, morbum fortem, aut mœrorem ingentem prædicit. Lictores autem & carnifices, detentionis & mœroris significationem habent. Malefactoribus autem & occulta manifestant. Deprehensos enim, & eos quorum crimina manifesta facta sunt, accedunt.

τὸν φίλον, καὶ τοῖς δούλοις βασάνους καὶ θλίψεις προαγορεύει, καὶ ἐλευθερίαν τοῖς πένησι· πλὴν τῶν ἐχόντων ἐξ αὐτῆς ἢ δι' αὐτῆς τὴν ἐργασίαν. καὶ γὰρ κόπτεται, καὶ βασανίζεται, καὶ καταπλέκεται. τοῖς δὲ ἐν τρυφῇ διάγουσι, θλίψεις καὶ στενοχωρίας σημαίνει, καὶ τοὺς ἀποδήμους ἄγει, μάλιστα δὲ ὅταν διαπόντιοι ὦσι. καὶ αὐτὴ γὰρ διαπόντιος κομίζεται.

Λίνον δὲ πρὸς γάμον καὶ κοινωνίαν, ἀγαθὸν, διὰ τὴν πλοκήν· καὶ πρὸς τὰ ζητούμενα, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ γινομένην ἀρκυοστασίαν, καὶ τὰς νεφέλας, καὶ τὰ ὅμοια, οἷς ἄνθρωποι τὰ ἄποθεν καὶ μακρὰν θηρῶσι. πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ, τὰ μὲν αὐτὰ τῇ λευκέᾳ σημαίνει, ἥττονα δὲ τῇ δυνάμει.

Κάναβις ὑπερτείνει τὰ σημαινόμενα ὑπὸ τῆς λευκέας καὶ τοῦ λίνου, καὶ τὰς βασάνους ὑπερβαλλούσας τινὰς σημαίνει, καὶ τὰ δεσμὰ εὔτονα· λυθεῖσα μέντοι, πάντων ἀπαλλάσσει. μόνη γὰρ αὐτὴ καὶ ἀναλύεται μετὰ πολλὴν τρίβην. Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι ἕκαστον τούτων, τοῖς ἐμπορευομένοις καὶ τοῖς πιπράσκουσι, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν ἢ δι' αὐτῶν ἐργαζομένοις, οὐδὲν ἀποτρόπαιον καὶ ἄτοπον προαγορεύει.

Περὶ τοῦ τηρεῖσθαι. ξα'.

ΦΥλάττεσθαι ὑπό τινος κατεχόμενον, ἐμποδισμοὺς χρειῶν καὶ καθέξεις καὶ παρολκὰς ἐν ταῖς προθεσμίαις, καὶ ἐπίτασιν ἐν ταῖς νόσοις προαγορεύει. τοῖς δὲ ἐσχάτως ἔχουσι, σωτηρίαν προαγορεύει. φυλακὴν μὲν γὰρ καὶ διατήρησιν καὶ μονὴν τῶν πραγμάτων τὴν ζωὴν καλοῦμεν. τὸ δὲ ἐναντίον τούτου λύσιν καὶ ἀπώλειαν, τουτέστι τὸν θάνατον. εἰς δὲ τὸ δεσμωτήριον καὶ τὴν εἱρκτὴν εἰσελθεῖν ἑκόντα, ἢ βίᾳ πρός τινων εἰσαχθῆναι, νόσον ἰσχυρὰν ἢ λύπην μεγάλην προαγορεύει. δήμιοι δὲ καὶ δεσμοφύλακες, καθέξεως καὶ λύπης εἰσὶ σημαντικοί. κακούργοις δὲ καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. τοῖς γὰρ ἠλεγμένοις καὶ καταφώροις γενομένοις προσίασι.

Περὶ παννυχίδων. ξβ'.

ΠΑννυχίδες δὲ καὶ ἑορταὶ νυκτεριναὶ καὶ μετ' ἀγρυπνίας εὐφροσύναι, πρὸς γάμους καὶ κοινωνίας εἰσὶν ἀγαθαί, καὶ τοῖς πένησιν εὐπορίας καὶ προσκτήσεως εἰσὶ σημαντικαί· καθότι καὶ τοῖς λυπουμένοις καὶ τοῖς φοβουμένοις, ἄφοβοι καὶ ἄλυποι τετήρηνται. οὐ γάρ ἐστι παννυχίζειν, μὴ οὐχὶ ἐν πολλῇ εὐφροσύνῃ ὄντας. μοιχοὺς δὲ καὶ μοιχευομένας ἐκφανεῖς μὲν τίθησι. κολάζει δὲ οὐδαμῶς. ἐπειδὴ τὰ πραττόμενα ἐν ταῖς παννυχίσι, γνώριμα μὲν τοῖς συναναστρεφομένοις ἐστὶ, καὶ ἀκόλαστα ᾖ. ἔστιν δὲ τινα συγκεχώρηται διὰ τὴν μέθην. τοῖς δὲ ἐν εὐπορείᾳ καθεστῶσι, καὶ οἷς ἐστιν ὁ βίος ἐπιλαμπρὸς, ταραχὰς καὶ περιβοήσεις τίθησιν, ὧν τὸ τέλος ἄλυπον ἂν γένοιτο.

De Excubiis. CAP. 62.

EXcubiæ & festiuitates nocturnæ, & lætitiæ cum peruigilio, ad nuptias & sodalitates bonæ sunt, & pauperibus opulentiæ ac acquisitionis significatiuæ: quemadmodum & mœrentibus & timẽtibus, timorem & tristitiam eximere obseruatæ sunt. Neque enim totam noctem peruigilarint, qui non in multa lætitia constituti sint. Adulteros autem & adulteras manifestos quidem faciunt, nequaquam verò puniunt: quoniam quæ in peruigiliis aguntur, nota quidem sunt simul conuersantibus, etiamsi sint impunita, & quodammodo concessa, propter ebrietatem. His verò qui opulenti sunt, & quorum vita splendida est, turbationes & diuulgationes inducunt, quarum tamen finis tristitia carebit.

Περὶ ἀγορᾶς. ξγ'.

ΑΓορὰ, ταραχῆς ἐστι σημαντικὴ καὶ θορύβου, διὰ τὸν ἐν αὐτῇ ἀγειρόμενον ὄχλον. τοῖς δὲ ἐν ἀγορᾷ ζῶσιν ἀνθρώποις, ἀγαθὴ, καὶ ὄχλου πλήθουσα, καὶ θορύβου μεστὴ ὁρωμένη. ἡ δὲ ἔρημος καὶ ἀθόρυβος, ἀπραξίαν μὲν τούτοις· τοῖς δὲ ἄλλοις πολλὴν ἀσφάλειαν προσαγορεύει. ἀγορὰ ἐσπαρμένη πάντη διαπαντὸς ἄβατος γίνεται. ὅ, τι ἂν ᾖ τὸ ἐν αὐτῇ ἐσπαρμένον, λέγουσι δὲ ἔνιοι τὸ τοιοῦτον τῇ πόλει, ἐν μὲν εὐποτμίᾳ λιμὸν, ἐν λιμῷ δὲ εὐποτμίαν σημαίνειν. θέατρα δὲ καὶ προάστεια καὶ πλατεῖαι, καὶ τεμένη, καὶ περίπατοι, καὶ πάντα τὰ κοινὰ, τὸν αὐτὸν τῇ ἀγορᾷ λόγον ἔχει.

De Foro. CAP. 63.

FOrum turbationis & tumultus significatiuum est, propter turbam quæ in ipso congregari solet. Verùm hominibus in foro viuentibus bonum est, si & turba plenum, & tumultu refertum conspiciatur. Desertum verò & tumultu destitutũ, his quidem otium & rerum successum impeditum, aliis verò multam securitatẽ prædicit. Forum consitum penitus vtique imperuium existit, quicquid tandem fuerit in ipso consitum. Verùm aliqui tradũt eiusmodi forum in fertilitate quidem famem ciuitati, in fame verò fertilitatem portendere. Theatra porrò & suburbia, & plateæ, & delubra, & deambulacra, & omnia communia, eandem cum foro rationem habent.

Περὶ ἀνδριάντων. ξδ'.

ΑΝδριάντες χαλκοῖ κινούμενοι, οἱ μὲν μεγάλοι σφόδρα, εὐπορίας εἰσὶ καὶ προσόδου καὶ χαλκοῦ κτήσεως σημαντικοὶ, διὰ τὴν τοῦ χαλκοῦ κίνησιν. οἱ δὲ

De Statuis. CAP. 64.

STatuæ æreæ valde magnæ si moueantur, opulentiæ & redditus, & possessionis ac acquisitionis æris significatiuæ sunt, propter æris motum. Verùm quæ

magnitudinis sunt superexcellentis, hæ ipsæ quomodocunque moueantur, terrores & pericula non vulgaria inducunt: horrendus est enim & animum percellens horum motus videntibus. At verò lapideæ & ex alia materia, iuxta eundem modum velut Deorum statuæ iudicentur. Insuper & primates ciuitatis per statuas significantur. Quicquid igitur faciunt aut patiuntur, eadem vrbis principes facturos aut passuros esse significant.

De Talpa. CAP. 65.

TAlpa hominem significat cæcum, ab accidente, & irritum laborem, propter vanum animalis conatum. Significat & eum qui occultus esse vult à seipso proditum esse. Nam talpa ex propriis operibus manifesta deprehenditur.

De Auibus nocturnis. CAP. 66.

NOctua, aluco, bubo, vlula, asio, nycticorax, insuperque vespertilio. & si quæ est alia auicula nocturna, ad actiones quidē omnes sunt inefficaces, verùm ad timores, pauores eximunt: quoniam neque venantur, neque carniuoræ sunt nocturnæ aues. Sola vespertilio mulieribus prægnantibus bona est. Non enim oua parit quemadmodum aliæ aues, sed animal gignit, & lac in vberibus habet, & proprios filios educat. Quamcunque autem harum auium quis viderit nauigans, aut pedes iter faciens, in magnam tempestatem, aut prædones incidet. Si verò in domum aliquam inhabitandam immigrent, omnem domum desertam fore præsagiunt.

De Horologio. CAP. 67.

HOrologium, actiones, & impetus, & motus, & insidias rerum necessariarum significat. Omnia enim ad horas respiciendo homines faciunt. Quare si collabatur aut frangatur, malum sanè

ὑπερμεγέθεις ὅπως ἂν κινῶνται, φόβους καὶ κινδύνους οὐ τοὺς τυχόντας ἐπάγουσι· φοβερὰ γὰρ ἡ τούτων καὶ καταπληκτικὴ κίνησις ὡς εἰκὸς τοῖς ὁρῶσι γίνεται. οἱ δὲ λίθινοι καὶ οἱ ἐξ ἄλλης ὕλης κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς τῶν θεῶν ἀγάλμασι κρινέσθωσαν. ἔτι καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει προέχοντας σημαίνουσιν οἱ ἀνδριάντες. ὅ, τι οὖν ἢ δρῶσιν ἢ πάσχουσι, τὰ αὐτὰ τοὺς ἡγουμένους τῆς πόλεως δρᾶσαι, ἢ παθεῖν προσημαίνουσι.

Περὶ ἀσπάλακος. ξέ.

Ἀσπάλαξ, ἄνθρωπον τυφλὸν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος σημαίνει, καὶ ματαιοπονίαν, διὰ τὸν μάταιον τοῦ ζώου πόνον. καὶ τὸν ἀποκρύπτεσθαι βουλόμενον σημαίνει ὑφ' ἑαυτοῦ ἐλεγχθῆναι. καὶ γὰρ ὁ ἀσπάλαξ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐλεγχόμενος ἔργων, συλλαμβάνεται.

Περὶ νυκτερινῶν ὀρνέων. ξϛ'.

Γλαύξ, ἐλεός, ῥύαξ, αἰγωλειός, σκώψ, νυκτικόραξ, καὶ πρόσετι νυκτερίς, καὶ εἴ τι ἄλλο νυκτερινὸν ὄρνεον, πρὸς μὲν τὰς πράξεις πάντα εἰσὶν ἄπρακτα, πρὸς δὲ τοὺς φόβους ἄφοβα· ὅτι μήτε θηρεύει μήτε σαρκοφαγεῖ τὰ νυκτερινὰ ὄρνεα. μόνη γυναιξὶν ἐγκύμοσι, νυκτερὶς ἐστὶν ἀγαθή. οὐχ ᾠοτοκεῖ γὰρ ὥσπερ οἱ ὄρνιθες. ἀλλὰ ζῳοτοκεῖ, καὶ γάλα ἐν μαζοῖς ἔχει, καὶ τοὺς ἰδίους παῖδας ἐκτρέφει. ὅ, τι δ' ἂν τούτων τῶν ὀρνέων τις ἴδῃ πλέων, ἢ ὁδεύων, χειμῶνι μεγάλῳ ἢ λῃσταῖς περιπεσεῖται. εἰσοικιζόμενα δὲ εἰς οἰκίαν, πᾶσαν ἔρημον τὴν οἰκίαν ἔσεσθαι προμαντεύεται.

Περὶ ὡρολογίου. ξζ.

Quæcunque quis dicit alteri non ex arte suipsius, in seipsum eueniunt. Quæcunque verò ex arte, in illum respiciunt, nequaquam verò in ipsum dicentem. Cæterùm velut in mechanicis artibus, quæcunque quis didicit si fecerit, bonum est. Sic etiam in reliquis. Quæcunque enim medici legalia, aut legisperiti medica, aut medici vatidica dicunt, hæc in ipsos dicentes eueniunt. Quęcunque verò legisperiti, legalia, aut Medici medica, aut vates vatidica dicunt, hæc ab ipsis velut egregium in artibus suis documentum præbentibus accipere oportet. Visus est sibi quidam medicus cuidam dicere, Romanus cùm sis, Græcam vxorem ne ducas: ipse ducta vxore, multa mala ab ipsa passus est. Ex quibus quis commoditatem percipit, his benefacere sibi videri, aut nequaquam sanè lædere ipsos, conueniens est: quoniam aliâs non fruetur vtilitate ex ipsis resultante. Heraclides Thyaterenus tragœdus, Romæ certaturus tragœdorum certamen, visus est sibi spectatores trucidare, & iudices, & amicos: superatus est certando. Neque enim solet quis amicos occidere, sed inimicos. Quodam igitur modo dicebat ipsi somnium, spectatores fore inimicos, itémque iudices: & sanè aliâs etiam ipsi suffragari non poterant trucidati. Alexander Philosophus visus est sibi morti adiudicatus, & excusationibus prætentis, vix à cruce solutus esse. Cùm autem esset vir philosophiæ studiis deditus, non nuptiarum, non sodalitatis, non diuitiarum, non aliarum rerum quæ per crucem significantur, curiosus erat. Sequenti die in contentionem cum Cynico quodam peruenit, &

ligno caput percussus est, atque hoc erat quod anima ipsi præsagiuerat, parum abfore vt ligno percussus moreretur: & citò sanè mortuus esset, nisi liberatus fuisset. Hoc somnium docebit te, quid quærere oporteat, etiam de his quæ possibile est euenire. Vxor fullonis nigras vestes habere sibi visa, & in his contempta induere albas, filium perdidit, & post triduum ipsum reperit. Sic etiam sunt alba nigris meliora. Quidam in Pergamo fragmenta panis, & integros panes excacare sibi visus, decollatus est. quemadmodum enim caput ipsi non esset quod commanducare posset, anima ipsi præsagiebat.

De Foco. CAP. 36.

FOcum apud exteros ædificare, ei qui non proposuit vxorem ducere, aut istic habitare, mortem præsagit. Bithynus adolescens Romæ focum extruere sibi visus, mortuus est.

De compositis somniis. CAP. 37.

COmpositorum somniorum capita diuides, & vnumquodque seorsim iudicabis. Velut si visus esset sibi quis nauigare, deinde è naui egressus super mare deambulare, hoc modo iudicabis: nauigationis quidem in secundo libro, deambulationis verò super mare in tertio libro iudicationes accipiet.

De immobilibus vestibus. CAP. 38.

NIhil immobilium circum corpus situm commodum est. Quidam in Magnesia sibi visus æreis vestibus amictus esse, rectè mortuus est. Erant enim vestes ipsum complectentes immobiles, quales statuis circundari solent, hæ autem non viuunt.

τὴν κεφαλὴν ξύλῳ· καὶ τοῦτο ἦν ὅπερ προηγόρευσεν αὐτῷ ἡ ψυχή, μέλλειν ξύλῳ μικροῦ δεῖν ἀποθανεῖσθαι· καὶ ταχὺ ἂν ἀπέθνησκεν, εἰ μὴ ἀπελύετο. τοῦτό σε ὁ ὄνειρος διδάξει, τί ζητεῖν, καὶ περὶ τῶν ἐνδεχομένων ἀποβαίνειν. Ἡ τοῦ κναφέως γυνὴ δόξασα μέλανα ἱμάτια ἔχειν, καὶ καταγνωσθεῖσα μεταλαβεῖν λευκά, τὸν υἱὸν ἀπώλεσε, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας εὗρεν αὐτόν. οὕτω καὶ τὰ λευκὰ τῶν μελάνων ἀμείνω. Ὁ ἐν Περγάμῳ δόξας κλάσματα ἄρτων καὶ ἄρτους ὑγιεῖς χέζειν, ἐτραχηλοκοπήθη· ὥσπερ γὰρ οὐκ ἦν αὐτῷ κεφαλή, ἡ δυναμένη μασήσασθαι ἄρτους.

Περὶ ἑστίας. λϛ'.

ἙΣτίαν ἐπὶ ξένης οἰκοδομεῖν, μὴ προῃρημένῳ γῆμαι, ἢ κατοικῆσαι ἐκεῖ, θάνατον μαντεύεται. ὁ Βιθυνὸς νεανίσκος δόξας ἐν Ῥώμῃ ἑστίαν οἰκοδομεῖν, ἀπέθανεν.

Περὶ συνθέτων ὀνείρων. λζ'.

ΤΩΝ δὲ συνθέτων ὀνείρων διελὼν τὰ κεφάλαια, καταμόνας ἕκαστον κρίναι. οἷον εἴ τις δόξειε πλεῖν, εἶτα τοῦ πλοίου ἐξελθὼν ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατεῖν, οὕτω κρίναι ἔχεις. τοῦ μὲν πλεῖν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ· τοῦ δὲ ἐπὶ θαλάσσης περιπατεῖν, ἐν τῷ τρίτῳ λάμβανε τὰς κρίσεις.

Περὶ ἀκινήτων αἰσθητικῶν. λη'.

ΟΥ'δὲν τῶν ἀκινήτων περὶ τὸ σῶμα κείμενον ὠφελεῖ. ὁ ἐν Μαγνησίᾳ δόξας χαλκᾶ ἱμάτια περικεῖσθαι, ὀρθῶς ἀπέθανεν· ἦν γὰρ αὐτὸν τὰ περιέχοντα ἀκίνητα. οἷα τοῖς ἀγάλμασι περιτίθεται, ταῦτα δὲ οὐ ζῇ.

Περὶ κωμῳδοῦ καὶ τραγῳδοῦ. λθʹ.

ΑΝδρόγυνον κωμῳδεῖν ἔδοξέ τις δρᾶμα, ἐνόσησεν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον, γάλλους ὁρᾷν ἔδοξέ τις. ἐνόσησεν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον. τὸ μὲν πρῶτον διὰ τὸ ὄνομα. τὸ δὲ δεύτερον, διὰ τὸ συμβεβηκὸς τοῖς ὁρωμένοις. καί τοι καὶ τὸ κωμῳδεῖν οἶδα ὃ σημαίνει, καὶ τὸ γάλλος ὅ. μέμνησο δὲ ὅτι εἴτε κωμῳδεῖν, εἴτε τραγῳδεῖν ὑπολάβοι τις, καὶ μνημονεύει, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ δράματος, κρίνεται καὶ τὰ ἀποτελέσματα.

De Comœdo, & Tragœdo.

CAP. 39.

VIsus est sibi quis fabulam docere semiuiri, Androgynon Græci appellant, & ægrotauit ipsi pudendum: & primum quidem propter nomen, secundum verò propter id quod accidit conspectis. Et sanè Androgynus quid significet nosti, itémque quid Gallus. Memineris autem quòd siue comœdiam, siue tragœdiam quis agere se putet, eiúsque recordatur, iuxta argumentum dramatis euentus iudicantur.

Περὶ χρωμάτων. μʹ.

ΤΑ τῷ χρώματι ὅμοια, εἰς αὐτὸ ἀποβαίνει. αἰθίοπά τις λαβὼν δῶρον κατ᾽ ὄναρ, μετὰ ἡμέραν ἀνθράκων πλῆρες ἐδέξατο ἀγγεῖον.

De Coloribus. CAP. 40.

QVæ colore similia sunt, in idem eueniunt. Æthiopem quis per somnium muneri accipiens, postridie vas carbonibus plenum accepit.

Περὶ μυστηρίων. μαʹ.

ΑΙ τελεταὶ τῶν μυστηρίων, ὅμοια τὰ ἀποτελέσματα ποιοῦσι, καὶ ἐν χρόνῳ τοσούτῳ ὁρώμεναι, ἐν ὅσῳ τελοῦνται. ἦν τελετὴ τοῦ Διονύσου καὶ μυστήρια. ἔδοξε γυνὴ χορεύειν τῷ Διονύσῳ μεθυσθεῖσα, τὸ ἑαυτῆς τέκνον ἀπέκτεινεν ὂν τριετές. καὶ γὰρ ὁ περὶ Ἀγαύην καὶ Πενθέα λόγος τοιοῦτος· καὶ τῷ θεῷ τριετηρίδες ἄγονται ἑορταί.

De Mysteriis. CAP. 41.

QVicquid mysteria in se continent, similes euentus faciunt, & in tanto tempore conspecta, in quanto absoluuntur. Erat festiuitas & mysteria Dionysij siue Bacchi, visa est sibi fœmina, inebriata Baccho tripudiare, & proprium filium trium annorum occidit. Nam fabula quæ de Agaue & Pentheo fertur, eiusmodi est: & Deo ipsi Trieterica sacra celebrantur tertio quoque anno.

Περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι. μβʹ.

ὍΤι δὲ τὸ ἐργάζεσθαι τῷ ζῆν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, παραδεικνύσθω σοι ὁ ὄνειρος οὗτος. γυνὴ ἔδοξεν ἱστὸν ὑφαγκέναι· τῇ ὑστεραίᾳ ἀπέθανεν. οὐκέτι γὰρ εἶχεν ἔργον, τουτέστιν οὐκέτι εἶχε τὸ ζῆν.

De Operando. CAP. 42.

QVòd autem operari eandem quam viuere rationem habet, hoc somnium edocere potest. Visa est sibi mulier quædam telam texuisse, postridie mortua est. Non enim amplius quod operaretur habebat, hoc est non amplius habebat viuere.

De

Faciem cælare, & inungere.

CAP. 43.

NEque occultare, neque oblinere aliquo faciem, bonum est. Non enim insontem & à peccatis alienum esse aiunt eum qui somnium vidit. Paphius adolescēs visus est sibi faciem oblini, velut mulieres. In adulterio deprehensus est, & damnatus turpiter se gessit. Quæcunque in aliud commoda sunt, in aliud impensa incommoda fiunt, & non sunt somnianti vtilia. Creticus mercator visus est sibi vino lauari, & dixit quispiam ipsi ex his qui artis interpretandi somnia magnam famam obtinebat, quæstum facies ex vino, & æs alienum quo obstrictus es ablues. Verùm res minimè sic habebat: sed vinum ipsi corruptum est. Nam ipsum vinum lauacrum de cætero absurdum, & inutile erat.

Quod non omnia somnia iudicationem habeant.

CAP. 44.

SVnt quædam quæ in somniis ipsis ornatus gratia videntur, quæ relinquere oportet. Quemadmodum enim si quis in domum ingreditur, omnino & porticum & postim & superiorem ianuæ partem videt, sed non propter hæc ingreditur: sic non ex his iudicationem facere oportet, sed ab ipsa domo. Visus est sibi quidam videre vxorem suam in lupanari purpureis vestibus amictam sedere: fecimus iudicationem non à vestibus, neque à desessu, neque ab alio quopiam, sed à solo lupanari. Erat qui somnium vidit publicanus, & exercebat quæstum sordidum ac turpem. Artem enim aut negotiationē, aut opus somniantis, vxorem esse putamus. Quemadmodum igitur natura non necessitatis solius gratia omnia facit, sed etiam ornatus, velut pampinos in vitibus: sic etiam ipsa anima multa ornatus gratia contemplatur, & sæpe à parte totū demonstrat. Velut, existimauit quidam se

Περὶ τοῦ ἀποκρύπτεσθαι καὶ χρίεσθαι τὸ πρόσωπον. μγ'.

ΟΥ̓́τε τὸ ἀποκρύπτεσθαι, οὔτε τὸ περιχρίεσθαι τινὶ τὸ πρόσωπον, ἀγαθόν. οὐκ ἀναμάρτητον γάρ φασιν εἶναι τὸν ἰδόντα. Ὁ Πάφιος νεανίσκος, ἔδοξε καταχρίεσθαι τὸ πρόσωπον, ὥσπερ αἱ γυναῖκες. μοιχεύων ἑάλω, καὶ ἠσχημόνησεν. ὅσα εἰς ἄλλο ἐστὶν εὔχρηστα, εἰς ἄλλο δαπανηθέντα ἄχρηστα γίνεται, καὶ οὐκ ἔστι τῷ ἰδόντι χρήσιμα. ὁ κρητικὸς ἔμπορος, ἔδοξεν οἴνῳ νίπτεσθαι, καὶ εἶπέ τις αὐτῷ τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, ἐργάσῃ ἐκ τοῦ οἴνου καὶ τὰ δάνεια σαυτοῦ ἀποπλυνεῖς. τὸ δὲ, ἄρα ἦν οὐ τοιοῦτον· ἀλλ' ὁ οἶνος αὐτῷ διέφθαρτο. τὸ γὰρ ἀπόνιμμα, ἄτοπον καὶ ἄχρηστον εἰς τὸ λοιπόν.

Περὶ τοῦ μὴ πάντα τὰ ἐνύπνια κρίσιν ἔχειν. μδ'.

ΕΣτι τινὰ τῶν ἐν τοῖς ὀνείροις κόσμου ἕνεκα θεωρούμενα, ἃ χρὴ καταλείπειν. ὥσπερ γὰρ εἴ τις εἰς οἶκον εἰσίοι πάντως καὶ τὴν παραστάδα καὶ τὴν φλιὰν καὶ τὸ ὑπέρθυρον βλέπει, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα εἴσεισιν, οὕτως οὐκ ἀπὸ τούτων τὴν κρίσιν ποιητέον, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ οἴκου. Ἔδοξέ τις τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐπὶ πορνείῳ καθημένην ἐν ἱματίοις πορφυροῖς ὁρᾶν. ἐποιησάμεθα τὴν κρίσιν, οὐκ ἀπὸ τῶν ἱματίων, οὐδὲ ἀπὸ τῆς καθέδρας, οὐδὲ ἀπὸ ἄλλου τινός, ἢ ἀπὸ τοῦ πορνείου μόνου. τελώνης ὁ ἰδὼν ἐγένετο. ἦν γὰρ αὐτῷ ἡ ἐργασία ἀσχήμων. τέχνην γὰρ ἢ πραγματείαν, ἢ ἔργον τοῦ ἰδόντος τὴν γυναῖκα νομίζομεν εἶναι. ὥσπερ οὖν ἡ φύσις οὐ τοῦ ἀναγκαίου χάριν πάντα μόνον ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου, ὡς τὰς ἕλικας ἐν ταῖς ἀμπέλοις· οὕτω καὶ ἡ ψυχή, πολλὰ ἕνεκεν κόσμου συνθεωρεῖ, καὶ πολλάκις ἀπὸ μέρους τὰ ἄλλα δείκνυσιν. οἷον ἔδοξέ τις

τῆς ἀδελφῆς τὰ ἱμάτια ἔχειν, καὶ περικεῖσθαι, ἐκληρονόμησε τὴν ἀδελφήν. ὅτι δὲ τὸ φῶς τοῦ σκότους λυσιτελέστερον τοῖς μὴ λανθάνειν βουλομένοις, ἐντεῦθεν ἂν μάθοις. Μένιππος ὁ Μάγνης, οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ ἐν Ῥώμῃ ἀγῶνος, ἔδοξε παγκρατιάζοντος αὐτοῦ, νύκτα γενέσθαι, οὐ μόνον ἡττήθη τὸν ἐν Ῥώμῃ ἀγῶνα, ἀλλὰ καὶ πληγεὶς τὴν χεῖρα, κατέλυσεν.

sororis vestes habere & indutus esse: hæres sororis factus est. Quòd autem lux commodior est tenebris, si quis non velit latere, vel inde condiscere potes. Menippus Magnesius non diu ante Romanum certamen, visus est sibi dum pancratium decertaret, noctem factam esse, & non solùm superatus est in certamine in vrbe Romana, sed etiam manum sauciatus artem deseruit.

Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ὀνείρων. με'.

ΟΤΙ οὐκ ἐκφεύγουσι παντελῶς οἱ ὄνειροι τὸν λόγον τῶν ἱστοριῶν, μάθοις ἂν ἐντεῦθεν. γυνὴ ἔδοξε τοὺς τοῦ Ἡρακλέους ἄθλους τετελεκέναι, οὐκ εἰς μακρὰν ἐμπυρισμῷ περιληφθεῖσα ἀπέθανε. φασὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα, πυρὶ διαφθαρῆναι τὸ σῶμα. ὅτε μέν τοι δεῖ προσέχειν ἱστορίαις καὶ ὅτε μή, ἐπὰν κατὰ τόδε τοῦ λόγου γένωμαι, διδάξω σε, ἔτι καὶ τοῦτο.

De Somniis secundum historiam. CAP. 45.

QVòd non penitus effugiant somnia historiarum rationem, inde sanè condidiceris. Mulier quædam visa est sibi Herculis labores perfecisse, non ita longè postea incendio correpta, finiuit vitam. Aiunt enim Herculem corpore igni consumptum esse. Quando tamen historiis animum aduertere oportet, & quando non, vbi ad eum ipsum locum peruenero, etiam hoc te docebo.

Περὶ τοῦ μὴ τινὸς καταφρονεῖν. μς'.

ΚΑταφρονεῖν, οὔτε ἰδιώτου ἑνὸς ἢ πολλῶν, οὔτε δήμου συμφέρει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τοῦ καταφρονοῦντος ἔργα ποιεῖν ἢ πάσχειν, εἰ μὴ μόνον τοῖς ἄρχειν δυναμένοις. Ἔδοξέ τις ἀνασυραμένην τὴν γυναῖκα, ἐπιδεικνύειν αὐτῷ τὸ αἰδοῖον. πολλῶν κακῶν αἰτία ἐγένετο αὐτῷ ἡ γυνή· ὥσπερ γὰρ ὡς καταφρονήτῳ ἀνεσείλατο δεικνύουσα τὸ αἰδοῖον. Ἔδοξέ τις ἐν συμβιώσει καὶ φρατρίᾳ τοῖς συμβιωταῖς ἀνασυράμενος ἑκάστῳ προσουρεῖν. ἀπηλάθη τῆς φρατρίας ὡς ἄτιμος· εἰκὸς γὰρ τοὺς οὕτω παροινοῦντας, μισεῖσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι. Ἔδοξέ τις ἐν θεάτρῳ μέσῳ τοῦ ὄχλου κατουρεῖν. παρενόμησεν εἰκότως. τῶν γὰρ ἀρχόντων νόμων ὥσπερ ἐκεῖ τῶν θεατῶν κατεφρόνησε. τοῖς γε μὴν ἄρχοντας, οὐδὲν χαλεπὸν δοκεῖ τῶν ὑποτεταγμένων καταφρονεῖν.

De eo quod nemo est contemnendus. CAP. 46.

COntemnere neque vnum aliquem priuatum, neque multos, neque populum conducit, quemadmodum neque contemnentis opera facere aut pati, nisi his solùm qui principes agere possunt. Existimauit quidam vxorem suam reductis vestibus ostendere ipsi pudendum. Multorúmque malorum causa ipsi vxor fuit. Etenim velut contemptibili denudatum obiecit. Visus est sibi quis in conuictu & sodalitio, sublatis vestibus singulos vrina aspergere: expulsus est è sodalitio velut ignominiosus. Par est enim eos qui per violentiam se tam petulanter & probrosè gerunt, odio haberi & expelli. Visus est sibi quis in theatro populo referto lotium egerere, is in leges deliquit: meritò, principes enim & præfectos legum, velut istic spectatores, contempsit. Cæterùm principes & magistratus sibi videri inferiores contemnere, nihil absoni est.

De Medicis. CAP. 47.

AT verò de medicis, quòd omnibus benefactoribus & opem ferentibus eãdem rationem habent, in secundo libro diximus. Nunc verò documento quodam confirmabo eum sermonem à somnij euentu. Quidam litem habens, visus est sibi ægrotare, & medicos non habere, contigit vt aduocatis destitueretur. Morbus enim litem indicabat, iudicari enim vtrosque dicimus, & litigantes & ægrotantes. Medici autem aduocatos significabant.

De Propriis locis. CAP. 48.

INsuper & huius memineris, quòd quæ non in proprio loco videntur, contrarium ei quod aliâs significatur præsagiũt. Velut, visus est sibi quidam virum aliquẽ familiarem & amicum, cum cuius filia stupri consuetudinem habebat, equum ipsi mittere, equisonem autem per duos gradus adductum equum, in cubiculum vbi ipse decumbebat inducere, & non longè post prohibitus est ab accessu ad amicam. Equus enim mulierem significabat, locus autem, quòd non permansura esset. Neq; enim possibile erat equũm vltra duos gradus sub tertiæ contignationis cœnaculum perductum, istic permanere.

De monstrosis, & historiis.

CAP. 49.

QVæcunque monstrosa sunt, & nequaquam possibilia vt existant, velut Hippocentaurus & Scylla, vanas fore expectationes significant, velut in secundo libro est prædictum. Aliquando autem spes quidem ipsas non perficiunt: propositas verò res sibiipsis similes faciunt. Visus est sibi quidam vir cupiens sibi liberos gigni, vxorem habens prægnantem, hippocentaurum sibi natum esse: gemini ipsi nati sunt infantes, duo enim sunt corpora hippocentauri,

Περὶ ἰατρῶν. μζ΄.

ΠΕρὶ δὲ ἰατρῶν, ὅτι πᾶσι τοῖς εὐεργέταις καὶ τοῖς ἀμύνουσι, τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον, εἴπομεν καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ. καὶ νῦν δὲ πιστώσομαί σοι τὸ δόγμα, καὶ ἀπ᾽ ἐκβάσεως ὀνείρου. Δίκην τις ἔχων, ἔδοξε νοσεῖν, καὶ ἰατροὺς οὐκ ἔχειν. συνέβη αὐτῷ καταλειφθῆναι ὑπὸ τῶν συνηγόρων. ἡ μὲν γὰρ νόσος, τὴν δίκην ἐδήλου. κρίνεσθαι γὰρ ἀμφοτέρους φαμὲν καὶ τοὺς δικαζομένους καὶ τοὺς νοσοῦντας. οἱ δὲ ἰατροὶ τοὺς συνηγόρους ἐδήλουν.

Περὶ οἰκείων τόπων. μη΄.

ἜΤΙ καὶ τοῦδε μέμνησο, ὅτι τὰ μὴ ἐν τόπῳ οἰκείῳ βλεπόμενα, τὸ ἐναντίον τῷ σημαινομένῳ προαγορεύουσιν. οἷον ἔδοξέ τις ἄνδρα συνήθη καὶ φίλον, οὗ τὴν θυγατέρα ἐμοίχευεν, ἀποστεῖλαι αὐτῷ ἵππον, τὸν δὲ ἱπποκόμον, δύο κλίμακας ἀναγαγόντα τὸν ἵππον, εἰς τὸν κοιτωνίσκον εἰσαγαγεῖν ἔνθα ἦν αὐτὸς κατακείμενος, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ ἀπείρχθη τῆς πρὸς τὴν ἐρωμένην ὁδοῦ. ὁ μὲν γὰρ ἵππος τὴν γυναῖκα ἐσήμαινεν· ὁ δὲ τόπος, τὸ μὴ παραμεῖναι. ὅτι μὴ δυνατὸν ἦν ἐπὶ τριστέγης γενέσθαι ἵππον.

Περὶ τερατίων καὶ ἱστοριῶν. μθ΄.

ὍΣΑ τεράστια ἐστὶ καὶ μηδαμῶς ἐνδεχόμενα γενέσθαι, ὡς ἱπποκένταυρος καὶ σκύλλα, ψευδεῖς τὰς προσδοκίας ἔσεσθαι σημαίνει, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ προείρηται. ἐνίοτε δὲ τὰς μὲν ἐλπίδας οὐ τελειοῖ τὰς δὲ ὑποθέσεις τῶν πραγμάτων, ταῖς προσοχαῖς ὁμοίως ποιεῖ. ἔδοξέ τις ἀνὴρ ἐπιθυμῶν παῖδας αὐτῷ γενέσθαι, τὴν γυναῖκα κύουσαν ἔχων, ἱπποκένταυρον αὐτῷ γεγεννῆσθαι· δίδυμα αὐτῷ ἐγεννήθη βρέφη, δύο γὰρ σώματα τοῦ ἱπποκενταύρου,

ἀλλ' οὐδέτερον τῶν τέκνων ἐτράφη· οὐδαμῶς γὰρ ἐνδέχεται ἱπποκένταυρον γενέσθαι, εἰ δὲ καὶ γένοιτο, τοῦτον ἀδύνατόν γε τραφῆναι. ὅσα τῶν ἱστορικῶν διπλοῦν ἔχει λόγον, τῶν μὲν, ὡς οὕτως ἔχοιεν λεγόντων, τῶν δὲ, ὡς ἄλλως, τούτων ὁποτέρῳ ἂν ἀκολουθήσῃς ὡς ὁμοίως ἀποβησομένῳ ὀρθῶς ποιήσεις, καὶ μὴ ἐπιτύχῃς. ἄμεινον δὲ ἀμφοτέρας τὰς δόξας εἰδέναι καὶ λέγειν. οἷον ὁ παρὰ τοῦ αἰγυπτίου λεχθεὶς ὄνειρος. ἔδοξέ τις φοίνικα τὸ ὄρνεον ζωγραφεῖν. εἶπεν οἱ αἰγύπτιος ὅτι ὁ ἰδὼν τὸν ὄνειρον εἰς τοσοῦτον ἥκει πενίας, ὥστε τὸν πατέρα ἀποθανόντα δι' ἀπορίαν πολλὴν, αὐτὸς ὑποδὺς ἐβάστασε καὶ ἐξεκόμισε. καὶ γὰρ ὁ φοῖνιξ τὸ ὄρνεον, τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καταθάπτει, καὶ οὐκ ἐᾷ ῥιπτόμενον. εἰ μὲν οὖν οὕτως ἀπέβη ὁ ὄνειρος, οὐκ οἶδα. ἀλλ' οὖν γε ἐκεῖνος οὕτω διηγεῖτο, καὶ κατὰ τοῦτο τῆς ἱστορίας εἰκὸς ἦν ἀποβεβηκέναι· λέγουσι δὲ ἔνιοι ὅτι ὁ φοῖνιξ, οὐ τὸν πατέρα καταθάπτει, οὐδὲ ὅλως ἐστὶ περιὼν αὐτῷ πατὴρ, οὐδὲ ἄλλος τις τῶν προγόνων, ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μοιρίδιον ἄγῃ, ἄγεται εἰς αἴγυπτον, ὅθεν οὐκ ἴσασιν ἄνθρωποι, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ποιησάμενος ἐκ κασίας τε καὶ σμύρνης πυρὰν, ἀποθνήσκει. καυθείσης δὲ τῆς πυρᾶς μετὰ χρόνον, ἐκ τῆς σποδοῦ σκώληκα γενέσθαι λέγουσιν. ὅν τινα μεταβάλλειν αὐξανόμενον, καὶ γενέσθαι πάλιν φοίνικα, καὶ ἀφίπτασθαι αἰγύπτου ἐκεῖσε, ὅθεν ἧκεν ὁ πρὸ αὐτοῦ φοῖνιξ. ὥστε εἰ καὶ τῶν γονέων εἴποι τις ἔρημον γενέσθαι τὸν ἰδόντα τὸν ὄνειρον, κατὰ τοῦτο τῆς ἱστορίας οὐκ ἀποτεύξεται. μέμνησο δὲ ὅτι τῶν ἱστοριῶν μόναις σοι προσεκτέον ταῖς πάνυ πεπιστευμέναις ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων τεκμηρίων, ὅτι εἰσὶν ἀληθεῖς. ὡς τῷ πολέμῳ τῷ περσικῷ, καὶ ἔτι ἄνωθεν τῷ τρωϊκῷ καὶ τοῖς ὁμοίοις. τούτων γὰρ καὶ ἐναυλίσματα δείκνυται, καὶ τόποι παρατάξεως, καὶ στρατοπέδων καθιδρύσεις. καὶ πόλεων καὶ βωμῶν κτίσεις, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἀκολουθεῖ. ὅταν οὖν τοιοῦτον ἴδῃ τις, πάντως ὅμοιόν τι αὐτῷ ἀποβήσεται. Ἔτι τῶν ἱστοριῶν χρὴ προσέχειν καὶ ταῖς πολυθρυλλήτοις, καὶ πρὸς τῶν πλείστων πεπιστευμέναις, οἷα τὰ περὶ Προμηθέα, καὶ τὴν Νιόβην, καὶ τῶν τραγῳδουμένων ἕκαστον.

sed neuter puerorum educatus est: nequaquam enim possibile est hippocentaurum esse, aut nasci, si verò etiam nascatur, impossibile est educari. Quæcunque historiæ duplicem habent rationem, aliis quidem sic habere dicentibus aliis verò aliter, harum vtram tandem insequeris vt similiter euenturam, rectè feceris, etiamsi successus non respondeat. Præstat autem vtrasque opiniones & scire, & narrare, velut est somnium ab Ægyptio relatum. Visus est sibi quis phœnicem auem pingere. Interpretatus est Ægyptius, quòd is qui somnium vidit ad paupertatem tantam peruenturus esset, vt patrem mortuum, ob multam inopiam, ipse humeris impositum elaturus esset. Etenim Phœnix auis patrem suum sepelit, & abiectum esse non sinit. An quidem igitur sic euenit somnium haud scio: certè ille sic exposuit, & sanè iuxta hanc historiæ partem verisimile erat sic euenturum esse: verùm dicũt aliqui, quòd phœnix non sepelit patrem, neque omnino ipsi superstes est pater, neque alius quispiam progenitorum. Sed quum ipsum fatum ducit proficiscitur in Ægyptum, vnde non sanè ex hominibus notum, & ipse sibiipsi ex casia & myrrha construens rogum vita decedit. At verò vbi exusta est pyra, pòst tempus ex cinere vermiculum generari aiunt, qui incremẽtum adeptus transmutatur, & rursus phœnix euadit, & auolat ab Aegypto, eò vnde prior phœnix venerat. Quare si quis eum qui somnium vidit parentibus desertum fore dixerit, iuxta hanc historiæ partem successu non carebit. Memineris autem quod soli his historiis animum aduertere conuenit, quarum ex multis & magnis coniecturis fides firmata & recepta est, quòd veræ existant, velut bello persico, & quòd hoc præcessit Troiano, & similibus. Horum enim tentoria ostenduntur, & præliorum loci, & exercitus sedes, & vrbium ac ararum ædificationes, & quæcunque alia ad hæc sequi solent. Cùm igitur tale quoddam quis viderit, omnino simile quid ipsi euenturum est. Insuper & diuulgatis historiis mentem adhibere conuenit, & his quæ à plurimis creduntur, velut sunt quæ de Prometheo, & Niobe feruntur, & singulæ quæ in tragœdiis conscribuntur.

Hę enim etiamsi non ita habeant, tamen propterea quòd à plurimis creduntur, cōsimiles narrationi suæ euentus habent. Quæcunque verò exilis fidei, nugarúmque ac deliramentorum plenæ sunt, velut quæ de Gigantum pugna, & de Spartis tum in Thebis, tum in Colchis feruntur, ac similes: aut penitus non euenient, aut iuxta superiorem sermonem, omnem expectationem irritam faciunt & oblitterant, & vanas ac inanes spes prædicunt. Nisi sanè ex physicis aliqua, physicam & naturalem suscipiant expositionem. Velut, visus est sibi quis Endymion factus esse, & à luna amari: contigit ipsi multa celebritas, & nominis gloria, & quæstus præterea insignis & luculentis, ex studio vaticinationis ex astris. Nam & Endymionem fabula refert quæ sanè vulgò circumfertur, à luna amatum esse, & cum ipsa coiuisse. Verùm qui talia studiosius rimantur tradunt, Endymionem astrologiæ cognitione maximè omnes homines præcelluisse, & noctu excubantem, putatum esse cum luna coire, ac consuetudinem habere.

ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχοι, ἀλλ' οὖν γε διὰ τὸ προειλῆφθαι πρὸς τῶν πλείστων, ὁμοίας ταῖς περιοχαῖς ἀποβαίνει. ὅσα δὲ παντελῶς ἐξίτηλα καὶ φλυαρίας καὶ λήρου μεστά, ὡς τὰ περὶ τὴν γιγαντομαχίαν καὶ τοὺς σπαρτοὺς τούς τε ἐν Θήβαις καὶ τοὺς ἐν Κόλχοις καὶ τὰ ὅμοια, ἤτοι τέλεον οὐκ ἀποβήσεται, ἢ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον, πᾶσαν ἀθετεῖ καὶ περιγράφει προσδοκίαν, καὶ ματαίας ὑπαγορεύει καὶ κενὰς τὰς ἐλπίδας. εἰ μή τι ἄρα τῶν φυσικῶν τούτων φυσικὴν ἐπιδέχοιτο τὴν ἐξήγησιν. Οἷον ἔδοξέ τις Ἐνδυμίων γεγονέναι καὶ ὑπὸ τῆς σελήνης ἐρασθῆναι· συνέβη αὐτῷ πολλή τις εὔκλεια, καὶ πορισμοὺς οὐκ ὀλίγους, ἐκπονήσαντι μαντικὴν τὴν δι' ἄστρων. καὶ γὰρ τὸν Ἐνδυμίωνα λόγος ἔχει, πρὸς μὲν τῶν πολλῶν, ὑπὸ τῆς σελήνης φιληθέντα συνεῖναι αὐτῇ. πρὸς δὲ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐξηγουμένων, ἀστρολογίᾳ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων προσέχοντα, καὶ νύκτωρ διαγρυπνοῦντα, δόξαι τῇ σελήνῃ συνεῖναι καὶ συνομιλεῖν.

De Similibus, & Cognatis.

CAP. 50.

QVicquid viderit quis simile aut cognatum aut familiare, hoc si cum familiari simul & cognato videatur, minus malum fuerit. Velut, visus est sibi quidam dolium vini plenum habens, vitem ex dolio enatam esse. Est autem & apud Phœbum Antiochenum tale somniū. Visus est sibi quis dolium vino plenum habens, è dolio oleam exereuisse, & ait Phœbus, quòd omnes qui de vino biberunt mortui sunt, Vipera nimirum vino immortua. At verò ei qui sibi visus est, è dolio similiter vitem productam esse, erat quidem similiter vipera mortua in dolio, & vinum similiter corruptum erat, non tamen aliqui id biberunt, neque mortui sunt, placuit enim ipsis excolare vinum prius, vt antea quàm rursus biberent, quod accidisset discerent. Repertis autem feræ ossibus, effuderunt vinum. Verisimile autem erat illos non morituros esse. Non enim si quid vitis est, hoc

Περὶ ὁμοίων καὶ συγγενῶν. ν'.

ΟΤΙ δ' ἂν τις ἴδοι ὅμοιον ἢ συγγενὲς ἢ οἰκεῖον, τοῦτο ἅμα τῷ οἰκείῳ καὶ συγγενεῖ βλεπόμενον, ἧττον ἂν εἴη πονηρόν. οἷον ἔδοξέ τις πίθον ἔχων οἴνου μεστόν, ἄμπελον ἐκ τοῦ πίθου πεφυκέναι. ἔστι δὲ καὶ παρὰ Φοίβῳ τῷ Ἀντιοχεῖ ὄνειρος τοιοῦτος. ἔδοξέ τις πίθον ἔχων οἴνου πλέων, ἐκ τοῦ πίθου ἐλαίαν πεφυκέναι· καί φησιν ὁ Φοῖβος, ὅτι πάντες οἱ πιόντες τοῦ οἴνου, ἀπέθανον. ἐχίδνης ἐναποθανούσης τῷ οἴνῳ. τῷ δὲ δόξαντι ἐκ τοῦ πίθου ὁμοίως ἄμπελον πεφυκέναι, ἦν μὲν καὶ τούτῳ ἐν τῷ πίθῳ ἔχιδνα νεκρά, καὶ ὁ οἶνος ὁμοίως διέφθαρτο· οὐ μὴν ἔπιέ γέ τις, οὐδὲ ἀπέθανον. ἔδοξαν γὰρ διυλίζειν πρότερον τὸν οἶνον, ὡς αὖθις πιόμενοι μαθόντες τὸ συμβεβηκός. εὑρόντες δὲ τὰ θηρίου ὀστᾶ, ἐξέχεαν τὸν οἶνον. ἦν δὲ εἰκὸς τούτους μὴ ἀποθανεῖν. οὐ γὰρ εἴ τι ἄμπελος, τοῦτο

καὶ οἶνος. ὅθεν ἄποτος ἐγένετο ὁ οἶνος. ἐπεὶ δὲ οἰκεία ἡ ἄμπελος τῷ ἐν τῷ πίθῳ οἴνῳ, ἧττον ἐγένετο ὁ ὄνειρος πονηρός, διὸ καὶ οὐκ ἀπέθανον.

Περὶ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς. να΄.

Πᾶσα ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴ, ἀγαθὴ πλουσίοις, καὶ ἐάν τις εἰς θεὸν μεταβάλῃ. δεῖ δὲ μηδὲν ἐνδεῶς ἔχειν. οἷον ἔδοξέ τις ἥλιος γεγονέναι, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς διέρχεσθαι ἔχων ἀκτῖνας ἕνδεκα· στρατηγὸς ἀπεδείχθη τῆς αὐτοῦ πόλεως, καὶ μῆνας ἕνδεκα ἐπιζήσας τῇ ἀρχῇ, ἀπέθανε. διὰ τὸ μὴ τέλεον ἔχειν τῶν ἀκτίνων τὸν ἀριθμόν. πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑαυτῶν οἱ τόποι εἰσφέρουσι ταῖς ἀποβάσεσι. οἷον σημαίνει τοῦτο τὸ δοκεῖν σταυροῦσθαι, δόξαν καὶ εὐπορίαν. δόξαν μὲν, διὰ τὸ ὑψηλότερον εἶναι τὸν σταυρωμένον· εὐπορίαν δὲ, διὰ τὸ πολλοὺς τρέφειν οἰωνούς. Μένανδρος ἐν Ἑλλάδι ἔδοξεν σταυροῦσθαι ἔμπροσθεν ἱεροῦ Διὸς πόλεως, καὶ ἱερεὺς ἀποδειχθεὶς ἐκείνου τοῦ θεοῦ, λαμπρότερος ἐγένετο καὶ εὐπορώτερος.

Περὶ ἐχθρῶν καὶ φίλων. νβ΄.

Ἔτι καὶ τοῦτο. οἱ φίλοι ἅμα τοῖς ἐχθροῖς ἀναστρεφόμενοι καὶ συναγελαζόμενοι τοῖς ἐχθροῖς, εἰς ἔχθραν τῷ ἰδόντι καθίστανται. ὁ Φιλητὸς ἔδοξέ τινα τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ἅμα τοῖς ἐχθροῖς μέλλειν ἀποδημεῖν, καὶ εἰς ἔχθραν κατέστη τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, διά τινας αἰτίας ἄλλας οὐδὲν προσηκούσας τοῖς ἐχθροῖς.

Περὶ ἡμιτελῶν ἔργων. νγ΄.

Τὰ ἡμιτελῆ τῶν ἔργων, ἀπραξίας σημαίνει τέλειον,* καὶ οὐδὲ τὰς ἀρχὰς παρέχει.

statim est & vinum. Vnde sanè impotabile factum est vinum. Quoniam autem familiaris est vitis vino in dolio, minus malum somnium erat, quapropter etiam mortui non sunt.

De permutatione in melius.

CAP. 51.

Omnis transmutatio in melius, bona est diuitibus, etiamsi quis in Deum transmutetur. Oportet autem nihil defectuosum habere. Velut, visus est sibi quis, Sol factus esse, & per forum progredi, habens radios vndecim. Dux exercitus factus est ipsius vrbis, & vndecim transactis mensibus in principatu, mortuus est. Propterea quòd non haberet perfectum radiorum numerum. Multa autem & de seipsis addunt euentibus loci ipsi, quod vel inde cognoscere potes. Videri sibi crucifixum esse, gloriam & opulentiam significat, gloriam quidem, propterea quòd altior reliquis crucifixus existit, opulentiam autem, quòd multas aues nutriat. Menander in Græcia visus est sibi crucifixus esse, ante templum Diospolis vrbis, & sacerdos illius Dei factus, splendidior & opulentior euasit.

De Inimicis, & Amicis.

CAP. 52.

Insuper & eius meminisse te oportet. Quòd amici simul cum inimicis conuersantes & congregati, in inimicitiam cum eo qui somnium vidit veniunt. Felenus visus est sibi, quosdam amicorum suorum simul cum inimicis parare profectionem, & in hostilitatem cum amicis suis venit, ob quasdam alias causas nihil ad inimicos pertinentes.

De semiperfectis operibus.

CAP. 53.

Semiperfecta opera, penitus improsperum successum & inefficaciam significant, & ne principia quidem exhibent.

Cilix fratris hæreditatem à rege petens, visus est sibi ouiculam tondere vsque ad medietatem, & accepta plurima velleris parte, quòd reliquum erat detondere non potens, expergefactus est. Et expectabat quidem dimidium hæreditatis se accepturum esse, verùm accepit omnino nihil.

De Coronis non iuxta naturam sitis. CAP. 54.

QVæcunque coronæ bonum quid significant, hæ ipsæ non circa caput existentes, sed circa aliam quandam corporis partem, suprà hoc quod nihil boni significant, insuper etiam malæ existunt. Zoilus ad Olympia ducens proprios filios certaturos, alterum lucta, alterum pancratio, visus est sibi talos pedis coronatos esse olea, & oleastro: & valde hilaris erat, tanquam sacræ & victoriales essent coronæ, & quæ in olympiis darentur. Verùm mortui sunt ipsi filij ante certamen. Nam coronæ circa talos sitæ non procul absunt à terra.

De Mari. CAP. 55.

QVæ mare significat, & scopuli circa ipsum, itémque portus, & subterfugia, & littora, & nauigia, ipsúmque nauigare, in secundo libro antea audiuisti. Et tamen etiam nunc quid tibi eiusmodi quod accidit narrabitur. Visus est sibi quis in mare cadere, & ad profundum deferri, & sentire quomodo diu deferretur, & tandem præ timore expergefactus est. Is ducta in vxorem meretrice, simul cum ipsa transmigrauit, & magnam vitæ partem apud exteros homines detriuit. Horum causas referre superuacaneum existimo.

ὁ Κίλιξ ἀδελφοῦ κλῆρον ἀπὸ τοῦ βασιλέως αἰτῶν, ἔδοξε πρόβατον κείρειν μέχρις ἡμισείας, καὶ τοῦ πόκου λαβὼν τὸ πλεῖστον, τὸ περισσὸν οὐ δυνάμενος κεῖραι, διυπνίσθη. καὶ προσδοκία μὲν ἦν αὐτῷ τὸ ἥμισυ τοῦ κλήρου λήψεσθαι, ἔλαβε δὲ οὐδέν.

Περὶ στεφάνων τῶν παρὰ φύσιν κειμένων. νδʹ.

ὍΣοι τῶν στεφάνων ἀγαθόν τι σημαίνουσιν, οὗτοι μὴ περὶ τὴν κεφαλὴν ὄντες, ἀλλὰ περί τινι ἄλλῳ μέρει τοῦ σώματος, πρὸς τῷ μηδὲν ἀγαθὸν σημαίνειν, προσέτι καὶ κακοὶ γίνονται. ὁ Ζώιλος* εἰς ὀλυμπίαν ἄγων παῖδας ἰδίους ἀγωνιζομένους, τὸν μὲν, πάλην, τὸν δὲ, παγκράτιον, ἔδοξεν ἐστεφανῶσθαι τὰ σφυρὰ ἐλαίᾳ, καὶ κοτίνῳ. καὶ σφόδρα μὲν ἦν εὔθυμος, ὡς ἱερῶν ὄντων καὶ ἐπινικίων τῶν στεφάνων, καὶ ὀλυμπιάσι διδομένων. ἀπέθανον δὲ αὐτῷ οἱ παῖδες πρὸ τοῦ ἀγῶνος. οἱ γὰρ περὶ τοῖς σφυροῖς στέφανοι, οὐ πολὺ τῆς γῆς ἀπέχουσιν.

Περὶ θαλάσσης. νεʹ.

ὍΣΑ ἡ θάλασσα σημαίνει, καὶ τὰ περὶ τὴν θάλασσαν λιμένες καὶ σκόπελοι, καὶ ὑποδρομαὶ, καὶ αἰγιαλοὶ, καὶ πλοῖα καὶ αὐτὸ τὸ πλεῖν, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ προακήκοας. ὅμως δέ τι καὶ νῦν εἰρήσεταί σοι τοιοῦτον ἀποβεβηκός. ἔδοξέ τις εἰς θάλασσαν πεσεῖν καὶ καταφέρεσθαι εἰς τὸν βυθόν. καὶ δι' αἰσθήσεως ἔχειν ἐπιπολὺ καταφερόμενος, καὶ τέλος ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ δέους ἀφυπνίσθη. γήμας ἑταίραν, ἅμα αὐτῇ μετανέστη, καὶ τὸ πολὺ τοῦ βίου διέτριψεν ἐπὶ ξένης. τούτων περισσὸν τὰς αἰτίας λέγειν.

Περὶ τῶν ἐκ τοῦ σώματος φυομένων. νϛʹ.

ΟΣΑ συνεχῶς περί τι μέρος τοῦ σώματός ἐστι, ταῦτα τὸν αὐτὸν τοῖς πεφυκόσιν ἔχει λόγον. ἔδοξέ τις ξύλα ἔχειν ἐκ τῶν δακτύλων ἐκπεφυκότα. καὶ πάλιν ἔδοξέ τις ἔρια ἔχειν ἐκ τοῦ στήθους πεφυκότα καὶ τοῦ μεταφρένου, καὶ ὁ μὲν ἐγένετο φθισικός· ὁ δέ, κυβερνήτης. τῷ μὲν γάρ, ἀεὶ ξύλα ἦν διὰ τῶν χειρῶν, τὰ τῶν πηδαλίων· τῷ δέ, ἀεὶ ἔρια περὶ τῷ θώρακι διὰ τὴν νόσον.

De his quæ ex corpore nascuntur.

CAP. 56.

QVæcunque assiduè circa partem aliquam corporis sunt, hæc eandem cum enatis rationem habent. Velut, visus est sibi quidam ligna habere ex digitis enata. Et rursus, visus est sibi quis lanas habere ex pectore enatas itémque scapulis: & hic quidem tabe cōsumptus, phthisicus periit: ille Gubernator nauis factus est. Huic enim semper ligna erant in manibus, gubernaculorum videlicet. Alteri lanæ semper circa thoracem erant, propter morbum.

Περὶ τῶν παρὰ τὸ πλῆθος ἢ μέγεθος διαφόρως ἀποβαινόντων. νζʹ.

ΕΤΙ καὶ τοῦτο παρὰ τὸ μέγεθος καὶ παρὰ τὸ πλῆθος ἀποβαίνει. καὶ πάλιν παρὰ τὸ μέγεθος. παρὰ μὲν τὸ πλῆθος, ὡς ἐπὶ κρομμύων. εἴ τις νοσῶν δόξειεν ἅπαξ κρόμμυα ἐσθίειν, εἰ μὲν πολλά, ἀναστήσεται. ἄλλον δέ τινα πενθήσει· εἰ δὲ ὀλίγα, τεθνήξεται. δακρύουσι γὰρ οἱ τὰ κρόμμυα ἐσθίοντες. δακρύουσι δὲ καὶ οἱ ἀποθνήσκοντες. οὐ γὰρ ἄνευ δακρύων τις ἀπέθανεν. ὀλίγα αὐτοὶ δακρύουσιν, ὡς ἔστιν ὅτε καὶ τοὺς πλησίους λαθεῖν, μόνον νοτισθέντων τῶν βλεφάρων. οἱ δὲ πενθοῦντες, πολλά· καὶ γὰρ ἐπιπολὺ δακρύουσι. παρὰ δὲ τὸ μέγεθος, ὡς ἐπὶ αἰγῶν καὶ ἐρίφων. αἶγας μὲν γὰρ οὔτε λευκὰς οὔτε μελαίνας ἰδεῖν ἀγαθόν· πλὴν αἰπόλου. ἔριφοι δὲ πάντες ἀγαθοί. ταῦτά σοι ἐπὶ πάντων ὀνείρων τηρείσθω, νῦν εἰς ὑπόδειγμα ἐπὶ τούτων μόνων εἰρημένα. ἔνια δὲ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον καὶ ἐν πλήθει καὶ ἐν μεγέθει, καὶ ἐν ὀλιγότητι καὶ σμικρότητι. ὡς πρόβατα. ταῦτα γὰρ καὶ πολλὰ καὶ ὀλίγα, καὶ ἓν ὁραθέντα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον.

De his quæ iuxta multitudinem, aut magnitudinem, diuersimodè eueniunt.

CAP. 57.

INsuper & hoc obseruabis. Quòd somnia & iuxta multitudinem, & rursus iuxta magnitudinē aliter eueniunt. Iuxta multitudinem quidem, velut in cepis, si quis ægrotans videatur sibi semel cepas edere, si quidē multas conualescet, alium autem quendam lugebit. Si verò paucas, morietur. Lachrymantur enim qui cepas edunt, lachrymantur autem & morientes. Neque enim sine lachrymis aliquis vita decedit. Modicè autem ipsi lachrymātur, vt aliquando etiam vicinos lateant, solis palpebris humectis. Verùm qui lugent, multum. Nam diu lachrymantur. Iuxta magnitudinem autem, velut capris & hœdis. Capras enim neque albas, neque nigras videre, bonum est, excepto ipso capratio. Hœdi autem omnes boni sunt. Hæc tibi in omnibus somniis obseruentur, nunc exempli tantum gratia in his solis relata. Quædam verò eandem habent rationem, & in multitudine, & in magnitudine, & in paucitate ac paruitate, velut ouiculæ. Hæ enim & multæ & paucæ conspectæ, itémque vna sola, eandem habent rationem.

De Moribus animalium.

CAP. 58.

OPortet autem & animalium mores ad humanos conferre, & mentem ac voluntatem vniuscuiusque, iuxta simile animal considerare. Velut verbi causa, magnanima, & libera, & actualia, & horrenda, eiusmodi homines prædicunt. Velut, leo, tigris, pardalis, elephas, aquila, harpe. Et violenta & aspera, & implacabilia, & temeraria, similes sibiipsis homines præsagiunt, velut aper & vrsus. Et timida ac fugacia & illiberalia, timidos & fugitiuos nobis exhibent, velut ceruus, lepus, canis. Segnia & ignaua ac malefica, velut hyæna, segnes & ignauos, sæpè verò etiam veneficos adducunt. Et ex iaculantibus venenum, ea quæ horrenda sunt & robusta ac potentia, magnos viros exhibent, velut draco, & basiliscus, & dryinas. Quæ verò multum venenum habent, diuites viros & mulieres, velut aspis, & vipera, & seps. Maiora verò, imaginationem & apparentiam potentiæ habentia, arrogantes & inconstantes homines, velut pareas, & physsalus, & typhlenis. Verùm parua, vt phalangia, & hydri, & lacerti, paruos quidem & contemptibiles, sed ad malè afficiendum sufficientes homines exhibent. Quæ palàm rapiunt, prædones, & raptores, velut accipiter, & lupus. Quæ verò rapiunt quidem, non autem palàm, insidiatores, velut miluus & vulpes. Formosa & gratiosa, honestatis & pulchritudinis amatores, velut psittacus, & perdix, & pauo. Musica & iucundam vocem habentia, philologos, & musicos, & gratiosos, vt hirundo, & luscinia, & regulus, & similia. Imitatoria, præstigiatores & maleficos, velut simia, merula, & pica. Varia & interpuncta, non simplici mente præditos, sæpè verò & flagris cæsos ac notatos. Operaria laboris tolerantia, operarios & subditos, velut asini & boues. Sunt enim hæc operaria. Verùm operaria quidem, non autem subdita, rebelles & superbos, velut tauri, & bos armentarius & equi gregarij, & equæ armentariæ, & onagri.

Περὶ ἠθῶν ζώων. νη΄.

Χρὴ δέ γε καὶ τὰ ἤθη τῶν ζώων ἀντιπαραβάλλειν τοῖς ἤθεσι τοῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ τὴν γνώμην καὶ τὴν προαίρεσιν ἑκάστου κατὰ τὸ ὅμοιον σκοπεῖν. οἷον τὰ μεγαλόφρονα καὶ τὰ ἐλεύθερα, καὶ τὰ πρακτικὰ, καὶ τὰ φοβερὰ, τοιούτους ἀνθρώπους προαγορεύει. οἷον, λέων, τίγρις, πάρδαλις, ἐλέφας, ἀετὸς, ἅρπη. καὶ τὰ βίαια καὶ τραχέα, καὶ ἀσύμβλητα, καὶ δυσσυμβούλευτα, ὁμοίους ἑαυτοῖς προαγορεύουσιν ἀνθρώπους, ὡς σύαγρος, καὶ ἄρκος. καὶ τὰ δειλὰ καὶ δρομικὰ καὶ ἀνελεύθερα, δειλοὺς ἢ δραπέτας παριστῶσιν. ὡς ἔλαφος, λαγὼς, κύων. τὰ νωθρὰ δὲ ἄπρακτα καὶ πανοῦργα, ὡς ὕαινα, νωθεῖς δὲ ἀπράκτους, πολλάκις δὲ καὶ φαρμακοὺς παρίστησι. καὶ τῶν ἰοβόλων τὰ φοβερὰ καὶ ἰσχυρὰ, καὶ δυνατὰ, μεγάλους ἄνδρας παρίστησιν, ὡς δράκων καὶ βασιλίσκος, καὶ δρυΐνας. τὰ δὲ πολὺν ἰὸν ἔχοντα, πλουσίους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ὡς ἀσπὶς, καὶ ἔχιδνα καὶ σήψ. τὰ δὲ μείζονα τὴν φαντασίαν τῆς δυνάμεως ἔχοντα, ἀλαζόνας καὶ ἀνυποστάτους ἀνθρώπους, ὡς παρείας, καὶ φυσαλὸς, καὶ τυφλῖνις. τὰ δὲ μικρὰ ὡς φαλάγγια καὶ ὕδροι, καὶ σαῦροι, μικροὺς μὲν καὶ εὐκαταφρονήτους, ἱκανοὺς δὲ κακῶς διαθεῖναι παρίστησιν ἀνθρώπους. τὰ ἁρπάζοντα φανερῶς, λῃστὰς, καὶ ἅρπαγας ὡς ἱέραξ, καὶ λύκος. τὰ δὲ ἁρπάζοντα μὲν, οὐ φανερῶς δὲ, ἐπιβούλους, ὡς ἰκτῖνος καὶ ἀλώπηξ. τὰ δὲ εὔμορφα καὶ χαρίεντα, φιλοκάλους, ὡς ψιττακὸς, καὶ πέρδιξ, καὶ ταώς. καὶ τὰ μουσικὰ δὲ καὶ εὔφωνα, φιλολόγους, καὶ μουσικοὺς, καὶ εὐφήμους, ὡς χελιδὼν, καὶ ἀηδὼν, καὶ βασιλίσκος, καὶ τὰ ὅμοια. τὰ μιμητικὰ δὲ, γόητας καὶ πανούργους· ὡς πίθηκος, καὶ κόσσυφος, καὶ κίσσα. τὰ δὲ ποικίλα καὶ κατάστικτα, οὐχ ἁπλοῦς τὸ νόημα· πολλάκις δὲ καὶ ἐστιγμένους. Τὰ ἐργατικὰ καὶ ταλαίπωρα, ἐργάτας καὶ ὑποτεταγμένους, ὡς ὄνοι, καὶ βόες. ἐργάται γάρ. τὰ δὲ ἐργατικὰ μὲν, ἀνυπότακτα δὲ, τοὺς ἀφηνιάζοντας καὶ ἀγερώχους, ὡς ταῦροι, καὶ βοῦς, καὶ ἀγελαῖα, καὶ ἵπποι, φορβάδες, καὶ φοράδες, καὶ ὄναγροι.

G g

τὰ δὲ συναγελαζόμενα, κοινωνικοὺς καὶ συναγελαστικοὺς ἀνθρώπους, ὅθεν καὶ πρὸς κοινωνίαν εἰσὶ σύμφορα, ὡς πελαργοὶ καὶ γέρανοι, καὶ ψᾶρες, καὶ κολοιοί, καὶ περιστεραί. τούτων δὲ ἔνια καὶ χειμῶνας προαγορεύει, ὡς κολοιοὶ καὶ ψᾶρες, καὶ λῃστὰς καὶ πολεμίους, ὡς γέρανοι καὶ πελαργοί. τὰ δὲ νεκροῖς ἐφεδρεύοντα καὶ μὴ θηρεύοντα, ἀργοὺς καὶ νωθεῖς ἀνθρώπους, ἢ νεκροστόλους, ἢ ἐνταφιοπώλους, ἢ βυρσέας, ἢ ἀπεληλασμένους πόλεων, ὡς γῦπες. τὰ δὲ νυκτερινὰ καὶ μηδὲν ἐν ἡμέρᾳ πράττοντά τι, μοιχοὺς ἢ κλέπτας, ἢ νυκτερινὴν ἔχοντας ἐργασίαν, ὡς γλαῦξ, καὶ νυκτικόραξ, καὶ αἰγωλιὸς καὶ κορώνη καὶ τὰ ὅμοια. τὰ πολλαῖς χρώμενα φωναῖς, πολυγλώσσους καὶ πολυΐστορας, ὡς κόραξ καὶ κορώνη καὶ τὰ ὅμοια. τὰ φιλόχωρα τοὺς πλησίον οἰκοῦντας καὶ τοὺς ἐγγὺς θυρῶν, ὡς χελιδὼν καὶ λαγώς. ταῦτα δὲ καὶ τοὺς δραπέτας εἰς τὴν οἰκίαν πορεύεσθαι σημαίνει, φύσει ὄντας ἐλευθέρους. μέμνησο δὲ ὁπόσα τῶν ζώων τὰ αὐτὰ εἰς πολλὰ δύναται κρίνεσθαι, ταῦτα εἰς πάντα κρίνεται, οἷον πάρδαλις, καὶ μεγαλόφρονα σημαίνει διὰ τὰ ἤθη, καὶ ποικίλον διὰ τὸ χρῶμα. ὁμοίως καὶ πέρδιξ εὔμορφον καὶ πανοῦργον. καὶ τὸ ὅλον ἔχοντα ὑποδείγματα, περί τε αὐτῶν τούτων καὶ τῶν μὴ καταριθμημένων ἐνταῦθα, ἢ τοῖς προτέροις βιβλίοις ποιοῦ τὸν λόγον. ἔτι καὶ τοῦτο θέασαι, ὅσα τῶν ζώων θεοῖς τισὶν ἀνάκειται, τοὺς θεοὺς αὐτοὺς ἐκείνους σημαίνουσι. Κοινῇ δὲ πάντα, τὰ μὲν ἥμερα καὶ σύντροφα, πρὸς τοὺς οἰκείους λάμβανε· τὰ δὲ ἄγρια πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἢ πρὸς νόσον, ἢ πρὸς καιρὸν ἀηδῆ καὶ κακοπραγίαν. ὥσπερ γὰρ τὰ θηρία βλάπτει τοὺς ἀνθρώπους, οὕτως καὶ οἱ ἐχθροὶ καὶ αἱ νόσοι καὶ αἱ ἀπραγίαι. τὰ μὲν οὖν ἥμερα ζῶα, ἀγαθὸν ἔχειν, καὶ ἐρρωμένα ὁρᾶν, καὶ κρατούμενα ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ τῶν θηρίων. τὰ δὲ ἄγρια καὶ ἀποθνήσκοντα καὶ μὴ χειρούμενα ὑφ' ἡμῶν, ἀγαθὰ ἂν εἴη, καὶ κρατούμενα ὑπὸ τῶν ἡμετέρων καὶ συντρόφων ἡμῖν ζώων. ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν κρατούμενα, ἢ ὑπέρτερα τῶν ὁρώντων γινόμενα, καὶ διατιθέμενα τι πονηρόν, ἄτοπα ἂν εἴη καὶ σκαιὰ πάντα.

Quæ verò gregatim paſcuntur, homines ſociales & gregales exhibent, vnde etiam ad ſodalitatem commoda exiſtunt, velut ciconiæ, grues, ſturni, graculi, & columbæ. Horum aliqua etiam tempeſtates prędicunt, velut graculi & ſturni, & prædones ac hoſtes, velut grues & ciconiæ. Quæ verò morticiniis inſident, & non venantur, ſegnes & pigros homines, aut veſpillones & mortuorum funeratores ac ſepultores, aut coriarios, aut aliâs ex vrbibus emotos ſignificant, velut vultures. Nocturna & nihil interdiu facientia, adulteros aut fures, aut eos qui nocturnum quæſtum faciunt, velut noctua, & nycticorax, & vlula, & cornix, & ſimilia. Quæ multis vtuntur vociferationib⁹, multarum linguarũ peritos & multarum rerum ſcientiam habentes, velut coruus & cornix, & ſimilia. Regionis amantia & vernacula, propè habitantes & propè fores, vt hirundo & lepus. Hæc verò etiam fugitiuos in domum redire ſignificant, natura liberos exiſtentes. Memineris autem quòd quæcunq; animalia in multa iudicari poſſunt, ea in omnia iſta iudicantur, velut pardalis, & magnanimum ſignificat ob mores, & varium ob colorem. Similiter & perdix, formoſum & verſutum ac ſceleſtum. Et in vniuerſum cum habeas exempla & de his, & de aliis quæ non ſunt hic connumerata, in primis libris, inde ratiocinationem facito. Inſuper verò & hoc conſidera. Quæcunque animalia diis dicata ſunt, illos ipſos deos ſignificant. In communi autem omnia manſueta & nobis familiariter connutrita, ad familiares refer, agreſtia verò ad inimicos, aut ad morbum, aut tempus iniucundum, & improſperum rerum ſucceſſum. Quemadmodũ enim feræ homines lædũt, ſic etiam inimici, & morbi, & improſperi ſucceſſus. Manſueta quidem igitur animalia habere, bonum eſt, itémque ſana videre, & à nobis ipſis teneri, & ab inimicis, & à feris. Verùm agreſtia, etiam morientia, & non capta à nobis, bona fuerint, item ſi à noſtris & familiaribus nobis animalibus teneantur. Si verò ab hoſtibus teneantur, aut ſuperiora videntibus fiant, aut mala aliqua diſpoſitione affecta ſint, abſurda vtique fuerint, & ſiniſtra omnia.

De Arboribus, & Plantis.

CAP. 59.

DE arboribus porrò & plantis speciatim in sermone de agricultura libro secundo tractatum est. Memineris autem quòd arbor eandem cum fructibus rationem habet, & cum diis quibus vnaquæque sacrata est. In communi autem omnes frugiferæ syluestribus sunt meliores, & ex frugiferis quæ folia nō amittunt, excepta olea & lauro. Harum autem alteram, oleam scilicet, in ægrotantibus mortiferam esse obseruatum est, & ipsam, & fructus eius, & folia. Laurus verò salutaris est. Et valde quidem verisimiliter hoc contingit. Nam cum mortuis oleas simul efferunt. Nequaquam verò laurum. Infructuosæ arbores sunt peiores, exceptis his qui ex ipsis, aut per ipsas quæstum faciunt. Et annosæ quidem, in præfinitis temporibus dilationis signa sunt. In morbis autem, salutares sunt. Reliquos euentus tardius inducunt. Similiter etiam quæ tardè nascuntur & augescunt. Contrariæ his contrariorum significationem habent. Spinæ porrò & pali, & paliuri, & rubi, & glandes, ad securitatem quidem omnia commoda existunt, propterea quòd sæpes indè fiant, & regiones includantur. Verùm ad explicationes non valde commoda sunt, propter cohibendi facultatem. Publicanis autem & cauponibus, & prædonibus, & libripendis, & hominibus fraudulentis, commodiora aliis sunt, propterea quòd violenter aliena inuadant, & ab aliis etiam non volentibus abstrahant.

Περὶ δένδρων καὶ φυτῶν. νθ΄.

ΠΕρὶ δένδρων δὲ καὶ φυτῶν κατ᾽ εἶδος ἐν τῷ περὶ γεωργίας λόγῳ ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ ἠκρίβωται. μέμνησο δὲ ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχει λόγον τοῖς καρποῖς τὸ δένδρον καὶ τοῖς θεοῖς, ὧν ἕκαστον ἐστὶν ἱερόν. κοινῇ δὲ πάντα τὰ ἔγκαρπα τῶν ἀγρίων βελτίονα, καὶ ἐγκάρπων τὰ μὴ φυλλορροοῦντα, πλὴν ἐλαίας καὶ δάφνης. τούτων δὲ ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὖσα τετήρηται, αὐτή τε καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς καὶ τὰ φύλλα. δάφνη δὲ, σωτήριος. καὶ γὰρ εἰκός, τοῖς μὲν γὰρ ἀποθανοῦσιν ἐλαίας συνεκφέρουσιν. δάφνας δὲ οὐδαμῶς. τὰ δὲ ἄκαρπα, χείρω. χωρὶς τῶν ἐχόντων τὴν ἐξ αὐτῶν ἢ δι᾽ αὐτῶν ἐργασίαν. καὶ τὰ πολυχρόνια ἐν μὲν ταῖς προθεσμίαις, παρολκῆς ἐστὶ σημεῖα. ἐν δὲ ταῖς νόσοις, σωτήρια γίνεται. τὰ δὲ ἄλλα τῶν ἀποτελεσμάτων βραδίον ἐπάγει. ὁμοίως καὶ τὰ βραδέως φυόμενα καὶ αὐξανόμενα. τὰ δὲ ἐναντία τούτοις, τῶν ἐναντίων ἐστὶ σημαντικά. ἄκανθαι δὲ καὶ σκόλοπες καὶ παλίουροι, καὶ βάτοι, καὶ βάλανοι, πρὸς μὲν ἀσφάλειαν, ἐπιτήδεια ἅπαντα, διὰ τὸ εἰς φραγμοὺς γίνεσθαι, καὶ ἕρκη χωρίων. πρὸς δὲ τὰς ἐκπλοκάς, οὐ πάνυ τι ἐπιτήδεια, διὰ τὸ καθεκτικόν. τελώναις δὲ καὶ καπήλοις καὶ λῃσταῖς καὶ ζυγοκρούσταις καὶ παραλογισταῖς ἀνθρώποις ἐπιτηδειότερα τῶν ἄλλων γίνεται, διὰ τὸ βίᾳ τὰ ἀλλότρια τῶν ἄλλων καὶ μὴ βουλομένων ἀποσπᾶν.

De Vasis, & Instrumentis.

CAP. 60.

INsuper & à vasis ac instrumentis, non solùm artes, & quæstum ex artibus accipere oportet, sed etiam ipsos artifices, aut vasis vtentes. Velut, visus est sibi quis frænum equi perdidisse mortuus est ipsius equiso. Rursus visus est sibi quidā cyathum ipsius de repente fractum esse.

Περὶ σκευῶν καὶ ἐργαλείων. ξ΄.

ἜΤΙ καὶ ἀπὸ τῶν σκευῶν καὶ ἐργαλείων οὐ μόνον τὰς τέχνας καὶ τὰς ἀπὸ τῶν τεχνῶν ἐργασίας λαμβάνειν χρὴ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τεχνίτας ἢ τοὺς χρωμένους τοῖς σκεύεσιν. οἷον ἔδοξέ τις τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου διερρυηκέναι. καὶ ἀπέθανεν αὐτοῦ ὁ ἱπποκόμος. πάλιν ἔδοξέ τις τὸν κύαθον αὐτοῦ αἰφνίδιον κατεάχθαι.

ἀπέθανεν αὐτῷ ὁ οἰνοχόος. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἐπὶ πάντων τῶν σκευῶν καὶ ἐργαλείων τηρείσθω σοι λόγος. ἔτι καὶ ὅσα οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἐνδεχόμενά ἐστιν ἀπολέσθαι, κατ' ὄναρ ἀπολλύμενα θάνατον τῷ ἰδόντι, ἢ τῶν ὀμμάτων βλάβην προσημαίνει. οἷον, ἔδοξέ τις τὸν κόσμον ἀπολελωκέναι, καὶ ἀπέθανεν. ὥσπερ γὰρ τοῖς ἀπολωλόσιν οὐκ ἔστι χρῆσθαι· οὕτω καὶ οἷς τις μὴ χρῆται, ταῦτα ὡς πρὸς αὐτὸν ἀπόλωλεν.

Περὶ ἠθῶν ἀνθρωπίνων. ξα'.

ΕΤΙ καὶ τῶν ἀνθρώπων τὰ ἤθη βασάνιζε πρότερον, τουτέστιν ἐπιμελῶς ἀναπυνθάνου, καὶ εἰ μὴ παρ' αὐτῶν ἀσφαλὲς εἴη σοι πυνθάνεσθαι, τὸ παρὸν ὑπερθέμενος, παρ' ἄλλων πυνθάνου τὰ περὶ αὐτούς, ἵνα μὴ πταίσῃς. οἷον ἔδοξέ τις τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀρρητοποιεῖν, καὶ πάλιν, ἔδοξέ τις ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἀρρητοποιεῖσθαι, καὶ πολλῷ χρόνῳ οὐδὲν αὐτοῖς ἀπέβαινε τῶν σημαινομένων ἐπὶ τῆς τοιαύτης ὄψεως. ὅσα γε ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀποβαίνειν ὀφείλει, ὡς δὲ οὐκ ἦν φανερὰ ἡ αἰτία, ἐθαύμαζον, καὶ μοι ἐδόκει ἄλογον εἶναι τὸ μηδὲν αὐτοῖς ἀποβαίνειν. ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ ἔμαθον, ὅτι ἦν ἄρα ἀμφοτέροις ἔθος τοῦτο πράσσειν. καὶ μὴ καθαρεύειν τὰ στόματα, διὸ καὶ εἰκότως οὐδὲν αὐτοῖς ἀπέβαινεν. πρὸς ἃ δὲ ἐπτοημένοι ἦσαν, ταῦτα ἔβλεπον. ὑπόδειγμα ἐπὶ τῶν κλέπτειν δοκούντων, καὶ φονεύειν, καὶ ἱεροσυλεῖν. πολλάκις γὰρ ταῦτα αὐτὰ ἐννοοῦσι. καὶ ἤν τις αὐτὰ ὡς αἰνίγματα ἑρμηνεύειν ἐπιχειρῇ, πταίει καὶ ἐξαπατᾶται περὶ τὰς τέχνας. παραίτησαι δὲ καὶ τοὺς ἡγουμένους, ὅτι οἱ ὄνειροι κατὰ γένεσιν τὴν ἑκάστου θεωροῦνται, καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοί. λέγουσι γὰρ ὅτι οἱ ἀγαθοποιοὶ τῶν ἀστέρων, ὅταν μὴ δύνωνται ἀγαθόν τι ποιῆσαι, ἀλλά γε τῶν ὀνείρων εὐφραίνουσιν. οἱ δὲ κακοποιοὶ τῶν ἀστέρων ὅταν μὴ δύνωνται τι κακὸν ποιῆσαι ἀλλά τινα ἀντίβασιν ἄλλων ἀστέρων, ἀλλά γε τῶν ὀνείρων ἀεὶ ἐκταράσσουσι καὶ φοβοῦσιν. εἰ γὰρ ἦν τοῦτο ἀληθὲς, οὐκ ἂν οἱ ὄνειροι ἀπέβαινον.

Mortuus est ipsius pincerna. Eadem ratio à te in omnibus vasis ac instrumentis seruetur. Amplius autem quæcunque nullatenus possibile est perdere, ea si in somniis perdantur, mortem ei qui somnium vidit, aut oculorum detrimentum præsagit. Velut, visus est sibi quis mundum perdidisse, & mortuus est. Quemadmodum enim perditis nemo vti potest, sic etiam hæc quibus quis non vtitur, quantum ad se pertinet, perdidit.

De moribus humanis.

CAP. 61.

QVin & hominum mores prius diligenter explora, hoc est curiosè percunctare, & si non tutum sit ab ipsis percunctari, dilatione in præsens facta, ab alio interroga quomodo hac parte se habeant, vt ne aberres. Velut, visus est sibi quis ab vxore sua fellari, & per multum tempus nihil euenit ipsis eorum qui in tali visione significantur, quæ sanè aliis hominibus euenire solent. Quum autem non esset manifesta causa, mirabar, & mihi præter rationem esse videbatur, nihil ipsis euenire. Postea autem temporis progressu didici, quòd sanè vtrisque mos esset id facere, & ora non pura habere, quapropter & meritò nihil ipsis euenit, verùm ad quæ pauidi & consternati erant, ea videbant. Cuius exemplum habes eos qui sibi videntur furari, occidere, sacrilegium facere, & similia. Sæpè enim hæc ipsis animo obuersantur. Et si quis hæc velut ænigmata aliquid futuri significantia aggrediatur, errat & decipitur circa artes. Inhibebis autem & eos qui putant, quòd somnia secundum vniuscuiusque natiuitatem & bona & mala videntur. Dicunt enim stellas benignas, quum non possint bonum aliquod facere, per somnia tamen lætificant & exhilarant. Malignas contra stellas, quum non possint mali quid facere, propter aliarum stellarum reluctationem, per somnia sanè conturbant & perterrefaciunt. Etenim si hoc verum esset, somnia euentum non haberent.

Nunc verò & bona & mala somnia eueniunt, vnumquodque secundum propriam rationem. Et somnia eruditiora idiotæ homines nequaquam vident: de his dico qui indocti sunt idiotæ: sed quicunque doctrinam & philologiam amant, & qui non sunt ineruditi. Vnde quis vel maximè discere potest, quòd ipsius animæ opera sunt somnia, & non ab aliquo externo fiunt. Porrò ex versibus, aut iambis, aut epigrammatis, aut aliis sermonibus in somnis oblatis, quæcunque perfectam sententiam exhibent, ea ipsa euentum exhibent. Velut, visus est sibi quis, quendam fidedignum ipsi dicere Hesiodicum carmen hoc,

Ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.

Hic sanè prædationib. deditus, captus ac punitus est. Quædã verò ad poëmatis argumentum remittunt sui indicationem, quæcunque scilicet non perfectam sententiam exhibent. Velut, visa est sibi serua quædam, dominam ipsi dicere Euripidis iambicum hunc,

Assas edas carnes meas, te te expleas.

Hæc æmulatione ob zelotypiam à domina infestata, infinita mala pertulit. Verisimile enim erat euentus ipsi consimiles successuros argumento Andromaches, quòd ab Euripide tractatur. Rursus vir pauper visus est sibi, quempiam hunc iambicum dicere,

Venere cuncta præter spem primum semel.

Thesaurum reperit & ditatus est. Mulier quædam visa est sibi dicere quendam:

Patroclus iacet, at nudata est mortua propter
Corpora decertant, Hector fert splendidus arma.

Huius vir apud exteros peregrinus mortuus est, & bonis ipsius in fiscum relatis in contentionem venit, & litibus diuexata nihil tamen profecit, sed dum adhuc litigaret mortua est. Vides quòd ex his aliqua quidem euentum abunde exhibuerunt, nihil opus habentia poëmatum argumentis: alia verò iuxta historias poëmatum euenerunt.

νυνὶ δὲ καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ ἀποβαίνουσι, κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἕκαστος. καὶ τῶν ὀνείρων τοὺς φιλολογωτέρους οὐδαμῶς οἱ ἰδιῶται τῶν ἀνθρώπων ὁρῶσι. λέγω δὲ καὶ τοὺς ἀπαιδεύτους ἰδιώτας. ἀλλ' ὅσοι φιλολογοῦσι, καὶ ὅσοι μὴ ἀπαίδευτοι εἰσίν. ὅθεν ἄν τις καὶ μάλιστα καταμάθοι, καὶ ὅτι αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἔργα εἰσὶν οἱ ὄνειροι, καὶ οὐχ ὑπό τινος ἔξωθεν γίνονται. τῶν δὲ ἐν τοῖς ὕπνοις λεγομένων ἐπῶν ἢ ἰάμβων, ἢ ἐπιγραμμάτων, ἢ ἄλλων ῥήσεων, τὰ μὲν αὐτὰ παρέχει τὴν ἀπόβασιν, ὅσα γε αὐτοτελῆ διάνοιαν περιέχει. οἷον ἔδοξέ τις λέγειν αὐτῷ τινὰ τῶν ἀξιοπίστων τὸ Ἡσιόδειον ἔπος,

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα, ἶσ' ἄτῃσιν.

Οὗτος ἐπιθυμῶν λῃστείαις ἑάλω, καὶ ἐκολάσθη. τὰ δὲ ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ποιήματος ἀναπέμπει τὴν κρίσιν, ὅσα μὴ αὐτοτελῆ διάνοιαν περιέχει. οἷον, ἔδοξέ τις λέγειν θεράπαιναν τὰ Εὐριπίδου ἰάμβια,

Ὀπτὰς κατέσθιε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου.

Αὕτη ζηλοτυπηθεῖσα ὑπὸ τῆς δεσποίνης, μυρία ἔπαθε κακά. ἦν γὰρ εἰκὸς τῇ ὑποθέσει τῇ περὶ Ἀνδρομάχην, ἀκόλουθα γενέσθαι αὐτῇ τὰ ἀποτελέσματα. πάλιν ἀνὴρ πένης ἔδοξε λέγειν τοῦτο τὸ ἰαμβεῖον.

Ἅπαντα τἀδόκητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ.

Θησαυρὸν εὗρε καὶ ἐπλούτησε. γυνὴ τις ἔδοξε λέγειν αὐτῇ τινά.

κεῖται Πάτροκλος, νέκυος δὲ δὴ ἀμφιμάχονται.
Γυμνοῦ, ἀτὰρ τά γε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Ταύτης ἀποδημῶν ὁ ἀνὴρ ἀπέθανε, καὶ τῆς οὐσίας ὑπὸ τοῦ φίσκου καταληφθείσης, εἰς μάχην κατέστη, καὶ ἐδικάσατο ἡ γυνή, καὶ οὐδὲν ἤνυσεν. ἀλλ' ἐν τῇ δίκῃ οὖσα, ἀπέθανεν. ὁρᾷς ὅτι τούτων ἃ μὲν αὐτάρκως τὴν ἀπόβασιν ἔδειξεν, οὐ προσδεηθέντα τῆς ἐκ τῶν ποιημάτων ὑποθέσεως, ἃ δὲ κατὰ τὰς ἱστορίας τὰς ἐν τοῖς ποιήμασιν ἀπέβη.

Περὶ πόλεων. ξβ'.

ΕΤΙ τῶν πόλεων τὰς οἰκειοτέρας ἄμεινον βλέπειν, ἢ τὰς ἄλλας· οἷον πατρίδας, ἢ ἐν αἷς διέτριψεν εὐτυχῶς. τὰς ξένας δὲ καὶ μὴ οἰκείας ἢ μὴ συνήθεις, ἧττον ἀγαθόν. ὁμοίως δὲ πάσας ἀγαθὸν ὁρᾶν πολυάνδρους οὔσας καὶ εὖ οἰκουμένας καὶ πληθούσας πολίταις καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα πόλεως μέγεθος ἢ εὐδαιμονίαν ἐπιδείκνυσιν. ἐρήμους δὲ ἢ κατερρηγμένας βλέπειν, οὔτε ἰδίας οὔτε ἀλλοτρίας πόλεις ἀγαθόν. σημαίνουσι δὲ αἱ πατρίδες, καὶ τοὺς γονεῖς. οἷον ἔδοξέ τις τὴν πατρίδα σεισμῷ πεσεῖν, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀπώλετο.

De Ciuitatibus. CAP. 62.

δηλοῦσι κλήσεις τῶν ὁρωμένων τρόπους.
Nomina eorum quæ in somnis videntur ostendũt mores.

δηγμὸς κυνὸς δείκνυσιν* ἐχθρικὴν βλάβην.
Morsus canis significat hostilem iniuriam.

δόμου* πεσὼν, νόμιζε τούτου ζημίαν.
** Domo cadente, puta significari illius detrimentum.*

δυσωδίαν νόμιζε τὴν ἀηδίαν.
Graueolentiam puta esse tristitiam.

Damascena comesta indicant morbum.	δαμάσκηνα βρωθέντα μηνύει νόσον.
Si acceperis litteras coccineas, breui	δεξάμενος γράμματα κόκκινα, *ταχὺ
honorem te adepturum aut mortem spera.	*ἀέξησιν δόξης ἢ θάνατον προσδόκα.
Cum inimicis edere ad reconciliationem ducit.	Ἐχθροῖς συνέσθειν πρὸς καταλλαγὴν φέρει.
Clare indicat lutum animi sordes.	ἔκδηλός ἐστι βόρβορος ψυχῆς ῥύπος.
In concione stans, in accusationem incidet.	ἐκκλησίαις • ἑστώς τις, ἐκκλήσεις ἔχει.
Eunuchum videre per somnium bonum omnino.	εὐνοῦχον ἰδεῖν κατ' ὄναρ χρηστὸν πάνυ.
Vipera fugiens, inimicorum indicat perniciem.	ἔχις φυγοῦσα δυσμενῶν δηλοῖ βλάβην.
Si thura incendat quis graue est insomnium.	Εἰ θυμιᾷ* τις, πικρόν ἐστιν εἰς ὄναρ.
Comedens mala punica existima te luctari cum morbo.	ἐσθίων ῥοιάς, νόμιζε παλαίειν νόσῳ.
Habere magnos oculos lucrum portendit.	ἔχειν μεγάλους ὦπας, εἰς κέρδος φέρει.
Zona recisa soluit celeriter viam.	Ζώνη κοπεῖσα τὴν ὁδὸν λύει ταχύ.
Clauos tenens, stimulos inimicorum esse puta.	Ἥλους κρατῶν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν νόει.
Capillus capitis si comtus est, honorem spera.	Θρὶξ τῆς κεφαλῆς εἰ κομᾷ, τιμὴν νόει.
Mortuus in somnis curarum expers eris.	θανὼν καθ' ὕπνους, φροντίδων ἔσῃ δίχα.

θεώμενος βοῦς εἰς κακὴν πρᾶξιν φέρει.	*Conspectus bos in malam actionem defert.*
θάλατταν ἰδεῖν μειδιῶσαν, * εὖ ἔχει.	*Mare videre trãquillum, bene habet.*
θρίδακας ἔσθειν, * σώματος δηλοῖ νόσον.	*Lactucas edere corporis significat morbum.*
θλασθεῖσα ῥάβδος, οὐ καλὸν φέρει πέρας.	*Confracta virga non bonum indicat euentum.*
θυρῶν πεσουσῶν, τοῖς ἔχουσιν ἡ βλάβη.	*Ianuis cadẽtibus, his qui aliquid habent dãnũ imminet.*
Ἰχθύας ἔσθειν, οὐκ ὀνητές σοι τόδε.	*Pisces edere, minime bonum tibi illud est.*
ἵππους * μελανοὺς οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.	*Equos nigros videre nunquam bonum est.*
ἵππου πεσὼν καθ' ὕπνους εἰς πτῶσιν ἥκεις.	*Equo lapsus in somnis, in casum aliquem venies.*
ἰλὺν * ὑποδὺς, τῆς ψυχῆς βλάβην νόει.	*Limum calcãs, animæ damnum esse puta*
ἰσμαηλίταις * συσχεθεὶς καλὸν νόει.	*Ab Ismaëlitis cohibitus, bonum existima.*
Καρποὺς ἐλαιῶν εἰσορᾶν, καλὸν τόδε.	*Fructus olearum intueri, bonum.*
κλεῖδας * κατέχειν συνοχὴν ἔχει τόπων.	*Claues tenere cohibitionem significat locorum.*
κλῆμα κρατήσας, ἐγκαλεῖσθαι προσδόκα.	**Palmitem tenens, te accusatum iri puta.*
κυνῶν ὑλαγμός, ἐχθρικὸν δηλοῖ * κρότον.	*Canum latratus hostilem indicat strepitum.*
κόπρῳ καθεσθεὶς, * ζημίαν προσεκδέχου.	*Stercori hærens damnum significari puta.*

Coruos intuens, dæmones esse puta.	κόρακας ἰδών, δαίμονας τούτους νόει.
Cereos tenere accensos omnino bonum est.	κηροὺς κρατεῖν ἅπτοντας, εὔχρηστον τόδε.
Caput fundens oleum, bonum esse puta.	κάρα κενωθὲν ἔλαιον, χρηστὸν νόει.
Carnes edere non bonum omnibus.	κρέα βιβρώσκειν, οὐ καλὸν πᾶσι τόδε.
Boiam ferens quis, non longe abest à periculo.	χλοιὸν φορῶν τις οὐ μακρὰν τοῦ κινδύνου.
Concisæ arbores cladem virorum significant.	κοπέντα δένδρα πτῶσιν ἀνδρῶν σημαίνει.
Tenere frameam omnibus bonum est.	κρατεῖν ῥομφαίαν, πᾶσι καλὸν τυγχάνει.
* *Lupus hians nugatorum indicat sermones.*	* Λάκκος κεχηνὼς, φλυάφων δηλοῖ λόγους.
Candidas vidẽs carnes, commodum puta.	λευκὰς ὁρῶν τὰς σάρκας, εὔθετον νόει.
Leonem videns, hostium indicat turmas.	λέοντα * ἰδὼν, δυσμενῶν δηλοῖ στίφη.
Candidi pili portendunt actiones commodas.	λευκαὶ τρίχες, δηλοῦσι πράξεις εὐθέτους.
Mus conspectus perspicuos facit mores.	Μῦς * ἀναφανεὶς, δῆλον ἐμποιεῖ τρόπον.
Matri adhærens, pulcerrimum insomnium esse puta.	μητρὶ* πλακεὶς, κάλλιστον εἰς ὄναρ νόει.
Ensis in manibus pugnæ indicium est.	μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ κρατουμένη.
Margaritæ ostendunt lacrimarum fluxum.	μαργαρῖται δηλοῦσι δακρύων ῥόον.

μαῦρον πρόσωπον εἰς μακρὰς λύπας φέρει.	*Nigra facies longas tristitias adfert.*
μαῦρος φανείς τις, ἄγγελος πέλει νόσου.	*Niger quis conspectus nuntius est morbi.*
μῆλα κρατῶν ἔρωτι συνεῖναι δόκει.	*Poma tenens, amoribus tuis frui te puta.*
Νεκροὺς ὁρῶν, νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.	*Mortuos videns, occisæ res erunt tuæ.*
Ξηρῶν φανέντων δένδρων ἐν κενοῖς πόνοι.	*Aridæ conspectæ arbores, inanes indicant labores.*
ξηροὶ δρύες φανέντες εὔχρηστον τόδε.	*Aridæ quercus conspectæ, bonum insomnium.*
Ὁρῶν ἔλαιον ἐκφύγῃς πᾶσαν βλάβην.	*Videns oliuum, effugies omne damnum.*
ὄφεις ἀναιρῶν, τοὺς ἐναντίους νόει.	*Serpentes interficiens, aduersarios esse puta.*
ὄφις θεαθεὶς ἐν * κλίναις εὐπραγία.	*Serpens conspectus in cubili felicitas.*
οἴνου μετασχὼν * χεῖν θορύβους προσδόκα.	*Vinum hauriens tumultus spera fore.*
ὄρη * βατῶν πράγμασι σημαίνει βίαν.	*Montem ascendens, vim in negotiis significat.*
ὄνῳ * καθῆσθαι δυστραπέλους δηλοῖ τρόπους.	*Asino insidere difficiles indicat mores.*
οἶκον θεωρεῖν πυρπολούμενον, καλόν.	*Domum videre incendio correptam, bonum.*
οἶκον δὲ καπνίζον, τὸν μὴ βλέπειν θέλε.	*Domũ vero fumo infestatã, minime optandum somniũ.*
ὀδόντας * ἐκριφέντας οὐ καλὸν βλέπειν.	*Dentes eiectos videre, malum.*

Den-

Dentem eiicere & rursus aliam adnasci	ὀδόντα ῥίψαι, καὶ πάλιν ἄλλον φῦναι
Lucrum præbet & gaudium præter spem.	κέρδος παρέχει, καὶ χαρὰν παρ' ἐλπίδα.
Somnium est in somnis verum loqui.	ὄναρ ὀνείροις νημερτὲς πέλει λέγειν.
Conspecta purpura significat morbum.	ὁρωμένη πορφύρα σημαίνει νόσον.
Caliginosum visum, fluctuãtem animum facit.	ὁμιχλοειδὴς ὄψις ἐμποιεῖ ζάλην.
Pedibus recisis neutiquam aggredere viam.	Ποδῶν κοπέντων, μηδαμῶς ἄρχε βίου.
Pedes lati significant tristitias confusas.	πόδες πλατεῖς, δηλοῦσι λύπας ἀθρόας.
Columbam cernens quis gaudium indicat.	περιστερὰν βλέπων τις, χαρὰν μηνύει.
Fons limpidus mentis soluit mœstitias.	πηγὴ διαυγὴς, ψυχικὰς λύει λύπας.
Pedicas ferens puta te in periculis versari.	πέδας φέρων, νόμιζε κινδύνους ἔχειν.
Saxo insidens, spem bonam inde concipe.	πέτρᾳ καθεσθεὶς, ἐλπίδας χρηστὰς ἔχε.
Turris concidens ostendit magistratuum interitum.	πύργος πεσὼν, δείκνυσιν ἀρχόντων μόρον.
Concidens cœlum infausta portendit.	πίπτων οὐρανὸς, οὐκ ἀγαθὰ μηνύει.
Volare in somnis signum est dignitatis.	πετᾶν καθ' ὕπνον μηνυτικὸν ἀξίας.
Perdicem tenens feminam tenere te puta.	πέρδικα κρατῶν, θῆλυ κατέχειν νόει.

†††

πράσα δὲ καὶ κρόμμυα δηλοῦσι λύπας.

Porri & cæpe significant luctum.

* Ῥαφὴ περὶ οἶκον φαρμάκων δηλοῖ δόσιν.

* *Sutura in domo venenorũ propinationem indicat.*

Στολὴν φορῶν μέλαιναν οὐ καλὴ θέα.

Vestem ferens nigram, infaustum somnium.

στολὴ δὲ λευκὴ πρὸς καλὸν πέρας φέρει.

Vestis autem alba ad bonum fert finem.

στολὴ δ᾽ ἁλουργὶς εἰς μακρὰν δηλοῖ νόσον.

Vestis purpurea longum ostendit morbum.

στρουθοὺς κρατῶν φεύγοντας, ἐκδέχου βλάβην.

Passeres tenens fugaces, expecta malum.

στῦλον κρατῶν πᾶς ἐκδέχου θείαν χάριν.

Columnam tenens spera diuinam gratiam.

συνθλᾶν μαχαίρας δυσμενῶν δηλοῖ θλάσιν.

Confringere gladios hostium cladem indicat.

σῦκα βιβρώσκων φλυάφοις δηλοῖ λόγοις.

Ficum edens nugatorum indicat sermones.

σφῆκες φανέντες δυσμενῶν εἰσὶ βλάβαι.

Vespæ cõspectæ hostilia sunt damna.

σκώληκες ἱστοροῦσιν ἐχθρικὴν βλάβην.

Vermes nuntiant hostilia incommoda.

σηπίαν ἔσθειν εἰς νόσον μακρὰν φέρει.

Sepiam edere, morbum diuturnum adfert.

σεισμὸς, ταραχῆς ἄγγελος πᾶσι πέλει.

Terræ motus, seditionis nuntius est.

σαυτὸν βλέπων πλούσιον ὀφθήσῃ πένης.

Teipsum cernens diuitem eris pauper.

Τρίχας καρῆναι δυσφορωτάτη θέα.

Crines tondere, infelicissimum visum.

Pilis decidentibus, periculum ingens exspecta.

Cæcum ferri, omnino bonum somnium.

Cantiones audiens, vicinorum pugnas intellige.

Conspectus lepus infelices indicat mores.

Luminaria videre in negotiis ostendit lucem.

Motus maris commotionem rerum indicat.

Pediculos ferre, familiarium indicat mores

Voces audire, fidum insomnium est.

Nix visa hostium odia adfert.

Manus attollere curarum indicat solutionem.

Tunica scissa, dirupit curarum onus.

Tunica nigra arguit indecoros mores.

Falsa insomnia curarum faciunt tenebræ.

Pulices videre, hostes intueri puta.

Falsa insomnia ventris exhibet sarcina.

τειχῶν πεσουσῶν, κίνδυνον μέγαν νόει.

τυφλὸν φέρεσθαι πάγκαλον ὄναρ νόει.

Ὕμνους ἀκούων, γειτόνων μάχας νόει.

Φανεὶς λαγωὸς, δυστυχεῖς δηλοῖ τρόπους.

Φωστῆρας ἰδεῖν πραγμάτων δηλοῖ φάος.

Φλοῖσβος θαλάσσης πραγμάτων δηλοῖ κλόνον.

Φθεῖρας φέρειν συνόδοι δηλοῖ τὸν τρόπον.

Φωνὰς ἀκούειν, πιστὸν ὄναρ τυγχάνει.

Χιὼν φανεῖσα δυσμενῶν ἔχθρας φέρει.

χεῖρας καθαίρειν φροντίδων δηλοῖ λύσιν.

χιτὼν ῥαγεὶς ἔρρηξε φροντίδων βάρος.

χιτὼν μέλας ἔδειξεν αἰσχήμως τρόπον.

Ψευδεῖς ὄνειροι φροντίδων ποιεῖ σκότος.

ψύλλας θεωρεῖν δυσμενεῖς ἐχθροὺς δόκει.

ψευδεῖς ὄνειροι κοιλίας δηλοῖ γόμος.

ψευδεῖς ὀνείρους ἀκράτου ποιεῖ πόσις.

Falsa insomnia meraca facit potio.

Ὠὰ κρατεῖν ἕψειν τε σημαίνει λύπας.

Oua tenere aut coquere significat tristitias.

ὠὰ δὲ φαγεῖν ἑφθὰ τοῦτο πρὸς πλοῦτον φέρει.

Oua vero edere cocta, hoc diuitias innuit.

ASTRAMPSYCHI ET NICEPHORI
Oneirocriticôn Finis.

AD
ARTEMIDORI
ONEIROCRI-
TICA
NOTAE.

Digitized by Google

AD ARTEMIDORI ONEIROCRITICA

NOTAE.

Ad lib. I. pag. I.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΔΑΛΔΙΑΝΟΥ.] Artemidori mixtum genus & patria duplex, Ephesus & Daldia. illa paterna, haec vero materna. fuit itaque semi-Ephesius & semiDaldianus: quo modo Cyrum semiMedum & semiPersam, Pallanta semiArcadem & semiSabellum fuisse legimus. nimirum, quamuis in genere monstrando princeps sit partis paternae praerogatiua, tamen & à materna quoque origine patriae partem trahimus. ideóque pia cogitatione Antiocheni priuilegium illud ab Impp. indulgeri sibi flagitauerunt, vt quos patris conditio nullius vindicaret iuri ciuitatis, ij ex materno genere curialibus adscriberentur. quod & lege sancitum XXII. Codicis lib. X. de Decurionibus. Grato igitur in matrem animo Artemidorus Δαλδίαν, πόλισμα Λυδίας, καὶ οὐ σφόδρα ἐλλόγιμον, maternam originem, nominis sui fama inclarescere optauit; & qui multis antea libris editis Ephesium se inscribserat, hîc Daldianus dici voluit. θρεπτήρια, inquit, ὅση μοι πατρίδι πρὸς μητρὸς ταῦτα ἀποδίδωμι αὐτῇ. Sed aliam quoque adsciti huiusce cognominis rationem innuere ipse videtur sub finem lib. II. nempe quòd ab Apolline Mysta qui Daldiæ in Lydia præcipue colitur monitus animum ad haec oneirocritica conscribenda appulit. ἰδὼν σὺν θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα ὃν Μύστην καλοῦμεν ἡμεῖς πατρῴῳ ὀνόματι ταῦτά με προβιβάσαι τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας προνοούμενον. Tertia fortean ratione probari possit Artemidorum Daldianum indigetari voluisse, differentiae caussa. nam Artemidorum quendam Ephesium Geographum fuisse inuenio apud Strabonem, Athenaeum & alios, sed praecipue apud Marcianum Heracleotam qui ab eo multa passim excerpsit, vt initio libri sui palam & ingenue fatetur. Τὴν εἰσβολὴν ποιούμενος Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος ἐν ἕνδεκα τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν περίπλουν ὡς οἷόν μάλιστα δυνατὸν συνέγραψεν. Sed alius iste & Daldiano antiquior. vixit enim Cleopatrae temporibus circa annum ab v. c. ІϽCXLIX.

C. Mario II. & C. Flauio Fimbria Coſſ. Olympiade CLXIX. ſi numeri apud Marcianum integri, ſic enim ille: Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος κατὰ μὲν τὴν ρξθ' ὀλυμπιάδα γεγονώς, &c. At Daldianum noſtrum Hadriani & Antonini Pij temporibus vixiſſe ab ipſo diſcere eſt, c. XXIIX. & c. LXVI. lib. I. quum ait ſe noſſe agoniſtas qui ad certamen quinquennale in Hadriani honorem ab Antonino Pio inſtitutum Puteolos & Smyrnam ſe contulerant. οἶδα δέ τινα σταδιέα ὃς μέλλων ἀγωνίζεσθαι Εὐσέβεια τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἀχθέντα ὑπὸ βασιλέως Ἀντωνίνου ἐπὶ τῷ πατρὶ Ἀδριανῷ, ἔδοξε τυφλὸς γενέσθαι, καὶ ἐνίκησεν. Item: οἶδα δέ τινα κιθαρῳδὸν ἐν Σμύρνῃ μέλλοντα ἀγῶνα τὸν Ἀδριανοῦ ἀγωνίζεσθαι, ὃς ἔδοξε λυόμενος ὕδωρ μὴ εὑρίσκειν ἐν τῷ βαλανείῳ. Lucianus qui Marci Antonini Philoſophi principatu ſcribebat nebulonis cuiuſdam imperiti ſomnium ridens libro qui inſcribitur Philopatris mentionem facit Ariſtandri & Artemidori: ἦν δ' ἐγὼ κατὰ μὲν τὸ Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου, οὐ καλῶς ἀποβήσονται. ταῦτα γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ σοὶ μὲν τὰ χρέα πληθυνθήσονται ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως, ὅσα δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ὀβολοῦ γε στερηθήσονται, ὡς τοῦ χρυσίου ἀπειρηκότες &c. paullo poſt. ἦν δ' ἐγὼ πρὸς Κρατίωνα, μηδὲ κακῶς ταῦτα ἐξερρήνισα ἵν' εἴπω τι κωμικευσάμενος, καὶ σὺ κατὰ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα καὶ Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον ἐξιχνίασα τοὺς ὀνείρους; Tertullianus vero qui paullo poſt ſub Seuero vixit libro de Anima c. XLVI. inter multos quos illic enumerat ſomniorum interpretes, hunc noſtrum non citat: forte quia antiquiſſimos tantum recenſere voluit. Hoc amplius de Artemidoro apud Suidam: Ἀρτεμίδωρος Δαλδιανός, πόλις δέ ἐστι Λυδίας, ἡ Δάλδις, φιλόσοφος ἔγραψεν ὀνειροκριτικὰ ἐν βιβλίοις τέτταρσιν, οἰωνοσκοπικὰ καὶ χειροσκοπικά. Medicinae quoque eum operam dediſſe ex his V. libris perſpicuum fit. Quod autem IV. tantum Artemidori Oneirocriticorum libros agnoſcat Suidas mirum nemini videri debet; neque hodie plures exſtant ſi bene putemus. Quatuor enim libris ὀνειροκριτικὰ καὶ ὀνείρων κρίσεις comprehenduntur: ſed iis ſubiunctae ſunt ὀνείρων ἀποβάσεις, qui liber hodie quintus oneirocriticorum perperam inſcribitur. nec editus quidem fuit ab Artemidoro cum quatuor oneirocriticis, ſed aliquanto poſt, vt ipſe teſtatur in praefatione ad filium quum ait, ἄξιον μὲν ἴσως, ὦ τέκνον, ἐγκαλεῖν τῆς βραδυτῆτος ἡμῖν, εἰ διὰ ῥᾳθυμίας ἐγένετο. &c.

ΚΑΣΙΩ ΜΑΞΙΜΩ.] Quis fuerit hic Caſſius Maximus, an praeſes, an legatus, an vero conſul, expedire haud facile eſt. nam in hiſtoriis quae nobis Artemidori tempora repraeſentant Caſſij quidem multi, multi item Maximi occurrunt, ſed Caſſij Maximi nulli. niſi forte dicamus mendum hîc ſubeſſe, legendúmque, ΓΑΒΙΩ, vel, ΤΑΤΙΩ ΜΑΞΙΜΩ. lubricus certe error pro TATIO vel GAVIO ſcribſiſſe vel excepiſſe quaſi dictantem CASIO. Iulius Capitolinus Gauium Maximum praefectum praetorij vſque ad XX. annum ſub Antonino Pio perueniſſe, virum ſeueriſſimum, eique Tatium Maximum ſucceſſiſſe refert. Sed abſtineo. Quiſquis tandem ille ſit, virum illuſtrem & eloquentem fuiſſe pleriſque in locis praedicat Artemidorus, vt in praefatione lib. I. τί γὰρ καὶ δεῖ λόγων ἄλλων τῶν πραγμάτων αὐτῶν πρός σε τὸν οὕτω μὲν δεινὸν εἰπεῖν, ὡς οὔπω

τὰς εἰς ἀνθρώπους τῶν Ἑλλήνων παρῆλθεν. & lib. II. αἰτοῦμαι δὲ περὶ τὸ τὴν τῶν προρρημάτων ἀκολουθίαν, καὶ τῆς ἀκριβοῦς τῆς κρίσεως, ἐφ᾽ ᾧ καὶ μέγα φρονῶ, παρακολουθεῖν· κατὰ τὴν φράσιν δὲ μὴ παραβάλλειν τοῖς τῶν λόγοις. sub finem eiusdem lib. eum vocat ἀνδρῶν σοφώτατον, eiúsque ἀρετὴν καὶ σοφίαν laudat. & initio lib. IV. ἐπειδὴ κατὰ δαίμονα καὶ τὴν τοῦ κρατίστου Κασίου Μαξίμου σπουδὴν περιετράπην ὀνειροκριτικὰ βιβλία ποιήσασθαι, &c.

PAG. II.

Ἀνεπιφθόνως τι ἄλλα καὶ μετὰ κατασκευῆς.] commodior sensus videtur si legas, αν, τι ἅμα καὶ.

Καὶ τὴν τῶν ἀποπλεσμάτων.] ἀποπλεσμάτων.

Ὀνειροκριτικά.] Somniorum interpretamenta. Vetus Glossarium: ὀνειροκρίτης, coniector, somnisolutor, somniorum interpres. ὀνειροπόλος, Somniortator. ms. Somniportator. Dydimus ad I. Iliad. ὀνειροπόλον, τὸν δι᾽ ὀνείρων μαντευόμενον. Oneirocritica scribsere ante Artemidorum plerique: Artemon Milesius, Antiphon, Apollodorus Telmissensis, Apollonius Attalēsis, Aristander Telmissensis, Aristarchus, Alexander Myndius, Cratippus, Demetrius Phalereus, Dionysius Rhodius, Epicharmus, Geminus Tyrius, Hermippus, Nicostratus Ephesius, Phoebus Anthiochenus, Philochorus, Panyasis Halicarnasseus, Serapion, Strato.

PAG. III.

Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἴσιν ἐπὶ βιβλίον.] L. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἴσιν ὅ, τι βιβ.

PAG. V.

Καὶ ἐν ἄλλοις γέγραπταί μοι.] Nempe in praefatione libri IV.

Ὄνειρος ἐνυπνίου διαφέρει.] Suidas: ἐνύπνιόν, ἐφ᾽ ὅσον τις ὑπνοῖ, ὄνειρος δὲ παυομένων τῶν ὕπνων. quod ex hoc Artemidori loco desumtum, & pleraque alia, vt deinceps notabimus.

Ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιόν τι ὢν, ἀρχῇ αἰεὶ, ὢν εἰς ἐπίσκοπ.] Legendum videtur vt emendauit in codice suo Isaac. Casaubonus: ὁ δὲ ὄνειρος ἐνύπνιόν τι ὢν ἀρχῇ ἄγων εἰς ἐπίσκεψιν, &c.

PAG. VI.

Ὠνόμασται αὐτοῦ πιθανῶς ἀπ᾽ ἀρχῆς παρὰ τὸ εἴρειν.] Suidas: ὄνειρον ἐγεῖρον καὶ ἀείρον τὴν ψυχήν, ἢ παρὰ τὸ εἴρειν ὃ δεῖ λέγειν. nonnulli tamen legendum putant, παρὰ τὸ ὂν εἴρειν. Cum hoc vero Artemidori capite operae pretium erit conferre & componere Macrob. c. III. lib. I. in Somnium Scip.

PAG. VII.

Ἅμα τολμηρῶς εἰπεῖν.] Liber Is. Cas. ἅμα τολμηρῶς ὡς εἰπεῖν.

PAG. VIII.

Καθίζειν εἰς χρείας.] Glossae veteres. Χρεῖαι ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν, Latrinae.

PAG. IX.

Ἀνὴρ δὲ καὶ δημοσίων ἀνδρῶν τι.] Liber Is. Cas. ἀνὴρ δὲ καὶ δημοσίων ὀνείρων τι καὶ κοσμικῶν.

PAG. X.

Καὶ γίνεται εὖ καὶ ἰδιώτης ὁ ἰδών.] Sic habebat editio Aldina. at in libro Is. Cas. καὶ γίνεται εἰ καὶ ἰδιώτης ὁ ἰδών.

Πανυασίδη τῷ Ἀλικαρνασεῖ.] Huius somniorum Interpretis plerique è veteribus meminere. Clemens Alexandrinus, Arnobius, Athenaeus, Macrobius, Suidas & alij.

Γίνεται γὰρ ὡς τοῖς εὐπόροις τὸ ἀκουσιν.] Longe aberrat interpres. Legendum videtur, τὸ ἀκούσιον. Loquitur Artemidorus de insomniis quae contraria qualitati aut conditioni somniantium accidunt, puta si diues aliquid sibi videre videatur quod suae voluntati obstet. diuites enim posse dicimus quidquid volunt. & ipse Artemid. cap. v. τοῖς εὐπόροις inquit, πάντα ῥᾳδίως ἔχει. at nihil magis contrarium τῷ εὐπόρῳ quam τὸ ἀκούσιον.

PAG. XI.

Ἐπειδὴ ὅταν λέγωσιν.] Legendum, ἐπειδὴ ὅ, τι ἂν λέγωσιν.

Ἐκ τῆς οἰκίας διαυγείας προσπεπλησμένον σκοτεῖν.] Feliciter hunc locum restituit vir diuini ingenij Is. Casaubonus. ἐκ τῆς οἰκίας δι' ἀέρος πρὸς πεπλησμένου σκοτεῖν.

PAG. XII.

Τούτοις γὰρ μόνοις ἐν νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προσήκοντες.] Suspendio vitam finire turpissimum genus mortis. Plinius lib. II. c. LXIV. poenam praeposteram vocat, *Homines*, inquit, *torquet laquei poena praepostera, incluso spiritu cui quaereretur exitus.* Virgilius *informe letum*, lib. XII. Aeneid.

Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Quod autem in feralibus epulis suspendiosos non nominari ait Artemidorus, id ex libris pontificalibus fluxisse videtur, quibus cautum fuisse notat Seruius, vt qui laqueo vitam finisset insepultus abiiceretur. & Varro ait, *Suspendiosis quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis veluti per imitationem mortis parentari.* quod fortasse ad ludibrium & deridiculi gratia fiebat.

Κάμηλος οἱονεὶ κάμμηρος.] Quin potius doctissimo Varroni credimus qui Camelum suo nomine Syriaco in Latium venisse ait lib. IV. de lingua Lat.

Ὥς φησιν Εὔηνος.] Euenus Parius poëta antiquissimus, Elegias scribsit. cognomines autem fuere duo; sed iunior maiorem indeptus est gloriam. vnde suspicari licet huius esse plerosque versus qui passim laudantur à Platone, Aristotele & aliis. Suidas: δύο ἀναγράφουσι *γεγράφθαι Εὐήνους ἐλεγείων ποιητάς, καὶ ἀμφοτέρους Παρίους. Harpocration: δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι· γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον. μέμνηται δὲ θατέρου αὐτῶν καὶ Πλάτων. Parium Euenum in poëmate ὑποδήλωσιν καὶ παρεπαίνους inuenisse asserit in Phaedro Socrates. τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὔηνον εἰς μέσον οὐκ ἄγομεν; ὃς ὑποδήλωσίν τε πρῶτος εὗρε καὶ παρεπαίνους; οἱ δὲ αὐτὸν καὶ παραψόγους φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν, μνήμης χάριν, σοφὸς γὰρ ἀνήρ.

PAG. XIV.

Ὡς Ἀρισοτέλης διηπορεῖν.] Lib. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντ. insomnia dici non debere θεόπεμπτα sed tantum δαιμόνια contendit ex eo quod non solum homini sed & aliis quoque animalibus accidant. Ὅλως δ' ἐπεὶ, *inquit*, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὀνειρώττει τινα, θεόπεμπτα μὲν οὐκ ἂν εἴη τὰ ἐνύπνια, οὐδὲ γέγονε τούτου

χεῖρα· δαιμόνια μέν τοι· ἡ γὰρ φύσις δαιμονία, ἀλλ' οὐ θεία.

Μὴ δεῖν διαφέρειν.] Scribe, μηδὲν διαφέρειν.

Ἐπεὶ αἵ γε ἀμυδραὶ τροφαί.] Elegantiſſimè hoc explicat Clemens Alexandrinus lib. II. Paedagogi c. IX. ἐρυγαὶ δὲ οἰνοβαρούντων, καὶ τῶν ἀποσεσαγμένων ταῖς τροφαῖς οἱ ῥωχμοί, καὶ τὸ ῥέγχειν τοῖς στρώμασιν ἐνειλημμένον, γαστέρων τε στενοχωρουμένων βορβορυγμοὶ τὸ διορατικὸν τῆς ψυχῆς κατέχωσαν ὄμμα, φαντασιῶν μοιρῶν τῆς διανοίας ἐμπιπλαμένης· αἰτία δὲ ἡ πλείων τροφή, τὸ λογιστικὸν εἰς ἀναισθησίαν καθέλκουσα. Tertullianus lib. de anima c. XLVIII. *Certiora & colatiora ſomniari affirmant ſub extimis noctibus, quaſi iam emergente animarum vigore prodacto ſopore.*

Σύρων πάντων τὴν Ἀστάρτην σεβομένων.] Aſtarte vetuſtiſſimum nomen Syriae numen fuiſſe notat Tertullianus Apologet. c. XXIV. *Vnicuique etiam prouinciae & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Syriae Aſtartes.* Phoenicib. & Sidoniis alij tribuunt: Achilles Tatius initio Leucipp. ἐνταῦθα ἧκον ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, σῶστρα, θύσων ἐμαυτοῦ τῇ τῶν Φοινίκων, καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην οἱ Σιδώνιοι. Suidas: Ἀστάρτη ἡ παρ' ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, θεὸς Σιδωνίων. Ioannes Xiphilinus Sermone εἰς τὴν τοῦ σταυροῦ προσκύνησιν. Καὶ προσκυνήσουσαι τῇ Ἀστάρτῃ, καὶ τῷ Χαμὼς ὅ ἐστι Σιδωνίων βδέλυγμα.

Ἐν οἷς ὁ γράμματα τινα.] Scribe vt in lib. Iſ. Caſ. ἐν οἷς δὴ κ. τ.

PAG. XVII.

Χεῖρες δὲ αἱ πράξεις εἴρηνται.] Manus opificis pro opere ipſo. vt apud Propertium lib. III. Eleg. XX.

Aut certe tabulae capient mea lumina pictae,
Siue ebore exactae ſeu magis aere manus.

Himerius in excerptis per Photium: Χρυσοῖ μὲν ἀκτῖς ἀστράπτουσα, καὶ τὴν Ἡφαίστου μιμοῦσα χεῖρα τοῖς θαύμασιν. Inde opifices ἀποχειροβίωτοι Luciano.

PAG. XIX.

Ὡς φόβος ἡ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.] Huius verſus authorem Plutarchus, Euenum poëtam, de quo nonnulla ſupra diximus, laudat lib. περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργ. ψελλιζόντων καὶ συλλαβιζόντων ἀκροῶνται, καὶ κώμοις καὶ πότοις καὶ ἔρωτας αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι πλημμελούντων ἐπιδεῖν, ὥστε ἐπαινεῖσθαι καὶ μνημονεύεσθαι τὸ Εὐήνου τοῦτο μόνον, ὡς ἐπέγραψεν,

Ἢ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

atque hinc emendandum Artemidorum cenſet Iſ. Caſaubonus legendúmque. Ἢ δέος ἢ λύπη, &c.

Τὰ δὲ θήλεα προικὸς δεῖται.] Pomponius l. I. D. ſoluto matrim. Reipublicae intereſſe ait dotes mulieribus conſeruari, *quum dotatas eſſe feminas ad ſubolem procreandam, replendamq. liberis ciuitatem, maximè ſit neceſſarium.* ideóque tenentur patres filias dotare. & ipſae iure quodam ſuo dictae promiſſaeue dotis perſecutionem habent. Sic Martialis diſertiſſimo epigrammate IX. lib. VII. poſtquam multa ad Aulum pertinere dixit, addidit

Dotem iam grandis filia poſcit, & hoc.

ipſe Artemidorus lib. IV. c. XLI. filiam cum creditore comparat: δανειστὴς καὶ θυγάτηρ τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον· ἐπειδήπερ καὶ ἡ θυγάτηρ μετ' ἀνάγκης ἀπαιτεῖ, &

ἔπαι μετὰ πολλῶν ἀναβαφῆ φροντίδων, ἀπαλλάσσεται λαβοῦσα περίχα ὡς δανειστής.

PAG. XX.

Παντὶ σώματι ἀσκοῦντι.] Scribe, παντὶ σώματι ἀσκοῦντι.

Μικρὰ δὲ παραιτήσομαι.] Scribe, παραιτήσομαι.

PAG. XXI.

Ἐρανάρχης.] Eranarcham vocat praefectum erano colligendo. Ἔρανος in vetere Glossario, *stipes sodalium*. Suid. Ἔρανα, δῶρα τὰ ἐκ συλλογῆς. Item. ἔρανος, ἡ ἐκ κοινοῦ ἑστίασις, ἡ ἐμπολή, εἰσφορά, συλλογή. Scholiast. Homeri ad illa verba Odys. A. ——— τίπτε δέ σε χρεώ;

Εἰλαπίν᾽, ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ᾽ ἐστίν.

ὁ ἔρανος, inquit, ὡς ἕκαστος τι κομίσειεν, τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον.

Χρήματα κεφάλαια καλεῖται.] Glossae veteres, κεφάλαιον ἐπὶ δανείου, Sors, summa. Iulius Pollux lib. III. c. IX. καλεῖται δὲ τὸ μὲν κεφάλαιον, ἀρχαῖον· τὸ δὲ ἔργον, τόκος. Suidas: κεφάλαια, τὰ χρήματα. Idem: καὶ τὸ κεφάλαιον τὸ μὲν βασιλικὸν χρυσίον παρὰ Αἰσχίνῃ· παρείληπται δὲ καὶ ἐπὶ ἀργυρίου. Idem: κεφάλαια παραλαμβάνεται ἐπὶ χρήματος, καὶ λόγου, καὶ ἀργυρίου. Idem: ἀρχαῖα, τὰ κεφάλαια τῶν χρεῶν. Idem: ἐχρήσαντο οἱ ῥήτορες τῷ ἀρχαίῳ ἐπὶ τοῦ δανειζομένου τοῦ ἀργυρίου, ὅπερ ἔνιοι κατὰ τὴν συνήθειαν κεφάλαιον ὀνομάζουσι. Ipse Artemidorus hoc lib. c. XXXVI. πολλὰ κεφάλαια κτήσασθαι, καὶ οὐσίαν πολλήν. & cap. XXXVII. ἀπώλεια τῶν κεφαλαίων. & alibi. Sic Latinis *Caput* pro vectigali, vt apud Iuuenalem, *Binas qui capiti summas exegit*. Sic & *Capita*. quod alij notauere.

Ἀλλοτρίαις θριξὶν αἱ γυναῖκες χρῶνται.] Alienis capillis turritum verticem aedificant, νεκροῖς ἐνδιδύσκουσαι πλοκάμοις τὸ κράνιον, vt loquitur Clemens Alexandrinus lib. III. Paedag. c. XII. Ouidius Amorum lib. I. Eleg. XIV.

Nunc tibi captiuos mittet Germania crines,
Culta triumphatae munere gentis eris.
O quam saepe comas aliquo mirante rubebis,
Et dices, emta nunc ego merce probor.
Nescio quam pro me laudat nunc iste Sicambram, &c.

Τοῖς περὶ Διόνυσον τεχνίταις.] Aristoteles lib. III. Rhetoricorum c. II. οὐ γὰρ ἂν μητραγύρτην αὐτὸν καλεῖν, ἀλλὰ δᾳδοῦχον· ἄμφω γὰρ περὶ θεόν· ἀλλὰ τὸ μὲν τίμιον, τὸ δὲ ἄτιμον, καὶ οἱ μὲν διονυσοκόλακας, αὐτοὶ δὲ αὑτοὺς τεχνίτας καλοῦσι. Idem Problematum sect. XXX. 9. οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσιν, ὅτι ἥκιστα λόγου σοφίας κοινωνοῦσι. Aelianus lib. XI. Hist. animal. c. XIX. Παντικίδας ὁ Λακεδαιμόνιος ἀναστείλας διὰ τῆς Σπάρτης ἤλαυνε τοὺς ἐς Κύθηρα ἀπιόντας τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν, εἶτα καθήμενος ἐν τῷ ἐφορείῳ ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη. Videatur Pollux lib. III. c. XXX.

PAG. XXII.

Κομμοῦν μὲν γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι ἐστίν.] Suidas: κομμωτίζω, τὸ ἐπιμελοῦμαι. Κομμός, περίεργος κόσμησις. Vetus Glossarium ms. Κομμός ἡ μεγαλοφροσύνη, καὶ ἡ περιφάνεια. Κομμοῦν, τὸ σῶμα ὡραΐζειν, ἐπεὶ καὶ κομμωτρίας λέγουσι τὰς κοσμούσας καὶ ἐμπλεκούσας. καὶ τὸ κομμῶσαι, τὸ ἐπιμελείας ἀξιῶσαι.

Ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ χαίτῃ ἱππείᾳ δεσμεύεται.] M. Cicero Tusculan. V. vbi de Damocle: *In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equi-*

na appensum demitti iussit vt impenderet illius beati ceruicibus. Nec solum ex pilis de cauda equina vulsis funes fiebant, sed etiam è capillo muliebri. Vitruuius lib. X. c. xvi. *Namque fiunt in capitibus foramina, per quorum spatia contenduntur capillo, maxime muliebri, vel neruo, funes qui magnitudine ponderis lapidis quem debet ea ballistia mittere ex ratione grauitatis proportione sumuntur.* Iulius Capitolinus in Maximino iuniore, tanta fide Aquileienses contra Maximinum pro Senatu fuisse refert, vt funes de capillis mulierum facerent, quum deessent nerui ad sagittas emittendas: quod aliquando Romae dicitur factum.

Ἔστα δὲ ἀπὸ τριχῶν ἔχει νόσους μακρὰς καὶ φθίσιν προσαγορεύει.] Ex tabe scilicet plerunque diffluunt capilli. Hippocrates in Coacis: *ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι ὑπὸ διαῤῥοίης ἀπόλλυνται.* Idem lib. II. de Morbis. *πύτεις ἢν μὲν αἱ τρίχες ἤδη ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, καὶ ψιλῶται ἤδη ἡ κεφαλὴ ὡς ἐκ νόσου,* &c. Celsus lib. III. c. xxii. *Tertia tabis species longéque periculosissima, quam Graeci φθίσιν nominauerunt, oritur fere à capite, inde in pulmones destillat,* &c.

PAG. XXIII.

Ὅτι μηδείς ἐπιλαβέσθαι παρέχωσιν.] Posidippus Epigram. *εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ* lib. IV. Antholog.

> Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
> Νὴ Δία. τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
> Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν,
> Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.

Ξυρᾶσθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλὴν ὅλην πλὴν Αἰγυπτίων θεῶν ἱερεῦσι καὶ γελωτοποιοῖς, καὶ τοῖς ἐξ ἔθους ἔχουσι ξυρᾶσθαι ἀγαθόν.] Isiaci sacerdotes caput funditus deradere solebant, quod Graeci dicunt ξυρεῖν ἐν χρῷ. Apuleius Milesia x. *Tunc influunt turbae sacris diuinis initiatae, viri feminaeque omnis dignitatis & omnis aetatis, linteae vestis candore puro luminosi: illae limpido tegmine crines madidos obuolutae, hi capillum derasi funditus vertice praenitentes.* hos Martialis caluos linigeros nuncupauit libr. XII. epigr. xxix.

> *Linigeri fugiunt calui sistrataque turba.*

iisdem λινοστολίαν καὶ ξύρησιν tribuit Plutarchus lib. de Iside & Osiride: *οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξυρήσεις.*

Ξυρᾶσθαι.] Glossae veteres: ξυρὸν κουρέως, *Trauer.* ms. *Craber.* legendum, *Glaber.*

Ναυαγήσαντες μὲν γὰρ ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι.] Τὸ ξυρᾶσθαι naufragorum vltimum votum, Petron. Arbit. *Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue neque vngues neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.* Quem morem iam pridem obseruauerat eruditissimus Brodaeus ad illud Lucillianum lib. VI. Anthol.

> Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
> Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

PAG. XXIV.

Καὶ γὰρ ὀνυχίζεσθαι φαμὲν τὸν ἐπὶ βλάβῃ ὑπό τινος ἐξαπατηθέντα.] Suidas: ὀνυχίζεται, ἀκριβολογεῖται· οὕτως Ἀρίστων. ἐν δὲ τῇ συνηθείᾳ τὸ ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ἐξαπατηθῆναι. καὶ ἀπονυχιῶ σε τοῦ πρυτανείου σιτία, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀνυχιζομένων. Idem in Ἀπονυχιῶ. Atque hunc loquendi modum Gallico nostro idiomate vſurpamus. ad verbum autem ὀνυχίζεσθαι eſt, vngues demere, vngues facere; Sic enim exponunt veteres Gloſſographi. ineptè igitur verterat Cornarius, *vnguibus conſcalpi.*

Μέτωπον τετριμμένον αἰσχύνην δηλοῖ.] Eóque ſenſu accipi debet apud Martialem attrita frons lib. IIX. Ep. LIX.

Lippa ſub attrita fronte lacuna patet.

& apud Iuuenalem Sat. XIII. —— *quando recepit*

Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?

Frontem pudoris templum eſſe ait auctor Gloſſarum ad illud Perſij Sat. V. —— *exclamet Melicerta periſſe*

Frontem de rebus.

Χάλκεον δὲ ἢ σιδήρεον ἢ λίθινον μέτωπον, &c.] Ore ferreo eſſe dicuntur impudentes. Sic Catullus de moecha putida:

Quod ſi non aliud poteſt, ruborem

Ferreo canis exprimamus ore.

Ὦτα ἔχειν πλεῖστα ἀγαθὸν τῷ βουλομένῳ κτήσασθαί τινα ὑπακουσόμενον.] Eorum aures in noſtra poteſtate nos habere dicimus qui nobis loquentibus attenti & obedientes eſſe ſolent. Sic in Milite glorioſo Sc. *Voluptas*, Pyrgopolinices ait,

—— *operam do tibi,*

Loquere, aures meas profecto dedo in ditionem tuam.

& in Pſeudolo Sc. *Si de damnoſis.*

Fac ſis vacuas Pſeudole aedis aurium,

Mea vt migrare dicta poſſint quo volo.

& Trinumi Prologo:

—— *date vacuas aures, dum eloquar.*

Lucianus eloquentiae vires ſub Herculis Ogmij perſona figuratè notauit: cúmque lingua ſubtilibus traiecta catenulis innumerae multitudinis aures reuinctas trahere ad ſe finxit. ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων παμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων ἅπαντας δεδεμένους. δεσμὰ δέ εἰσιν σειραὶ λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. & ibidem aliquanto poſt: μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων καὶ γλώσσης συγγένειαν.

PAG. XXV.

Μαστιγοῦσθαι δὲ τὰ ὦτα κακὰς ἀγγελίας ἀκούσεσθαι τοῖσιν σημαίνει.] Mercurius in Amphitruone Sc. I.

Hinc enim mihi dextera vox auris vt videtur verberat.

So. *Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem quae hunc verberat.*

Περὶ μοιχείας.] Hîc ſemel notandum quod ſaepicule in his libris obſeruari poſſit, imperitos librarios ineptis titulis cohaerentia capita diſ-

iunxisse. delendum igitur hoc lemma, & quae sequuntur titulo περὶ ὤτων continua serie adscribenda.

Μύρμηκας εἰς τὰ ὦτα δοκεῖν εἰσπορεύεσθαι.] Plinius lib. XXIIX. c. IV. Si quod animal aurem intrauerit, & exspuatur, exire ait. & lib. XXIX. c. vlt. Si quod animal aurem intrauerit, praecipuum remedium esse murium fel aceto dilutum. Q. Seren. Sammonicus lib. de pris. med.

Si vero incautas animal penetrauerit aures,
Proderit admisto pauidi fel muris aceto.

Σοφισταῖς ἀγαθόν.] Bonum esse ait Artemidorus & prosperum Sophistis insomnium, si aures suas formicas intrasse somniauerint. fortè quòd huiusmodi somnium pueros qui ad ipsos discendi gratia commeabunt *ἀναρίθμοις καὶ ἀμέτροις* fore portendat. quales formicas describit Theocritus Eidyl. XV. indéque magnos illos sophistas futuros, scilicet *μεγαλομίσθοις, δημοτελεῖς, πανδήμοις, παγκοίνοις.* Sic enim illustriores sophistae à Iulio Polluce nuncupantur lib. IV. c. VI. ceterum Sophistae appellatio anceps & ambigua est. Suid. *Σοφιστής, ἀπατεών· παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾶν· λέγεται δὲ σοφιστὴς καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων.* Vetus Glossarium: *Σοφιστής, discertor, sophista.* ms. *deceptor, sophista, praeceptor, orator.*

Ὅμοιοι γάρ εἰσι μύρμηκες τοῖς φοιτῶσιν ἀκουσομένοις μειρακίοις.] Quidquid enim in pueris discentibus desiderari potest, id in formicarum natura reperire est. quippe haec animalcula *τῶν ἐντόμων ζώων ἐργατικώτατα* operantur & noctu plena luna: in opere labor, sedulitas, concursatio; diligens cum obuiis quaedam collocutio, atque percontatio. condunt frumenta formicae hiemis memores: in iisque notat Aristoteles *ἀπόθεσιν τῆς τροφῆς καὶ ταμιείαν.* ideóque dictae frugilegae, *συναγωγοὶ οἰκονόμοι καὶ φρουροί.* quibus scilicet *τὸ ἐθελουργὸν καὶ τὸ ἐθελόπονον πάρεστι ἀπαραφασίστως καὶ ἄνευ τινὸς ὑπομνήσεως ἐθελοκακούσης καὶ σκήψεως εἰς τὴν ὑποχωρεῖ τὸ ῥᾴθυμον.* vnde & pigros ad formicam mittit Sapiens, *Paruula nam exemplo est magni formica laboris,* & *Formica tandem quidam expauere magistra.* *οὐδὲν γὰρ οὕτω μικρὸν ἡ φύσις ἔχει μειζόνων καὶ καλλιόνων κάτοπτρον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν σταγόνι καθαρᾷ πάσης ἔνεστιν ἀρετῆς ἔμφασις· ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, τὸ κοινωνικόν· ἔνι δὲ ἀνδρείας εἰκὼν τὸ φιλόπονον. ἔνεστι πολλὰ μὲν ἐγκρατείας σπέρματα, πολλὰ δὲ φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης.* Aristoteles lib. IX. Hist. animal. c. XXXVIII. Plin. lib. XI. c. XXX. Ouidius VI. Metam. Virgilius. Horatius. Iuuenalis. Aelian. lib. II. hist. an. c. XXV. & lib. IV. c. XLIII. Plutarchus, *πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα.* Horapollo in Hieroglyf.

Γῆς τε γάρ εἰσι παῖδες.] Inde est quod Apuleius formiculam illam paruulam, *ruricolam* vocat. lib. VI. Metamorphos. & Phaedrus lib. IV. *rusticam.*

Καὶ εἰς τὴν γῆν καταδύονται.] Earum solertiam in subeundis cauis belle expressit Aelianus hist. animal. lib. VI. c. XLIII. *ὀρία δὲ ἄρα τὴν ὑπόγειον οἰκοδομίαν τήνδε ὑπεργάζονται σκολιωτάτην ταῖς ἐπιβουλεύουσί σφισι τῶν θηρίων πάροδον, καὶ δύσπορον, ἢ καὶ παντελῶς ἄπορον ἀποφαίνοντες.* &c.

Ὦτα ὄνου ἔχειν δοκεῖν φιλοσόφοις μόνον ἀγαθόν. ὅτι μὴ ταχέως κινεῖ τὰ ὦτα ὁ ὄνος.] Inepta haec sunt, nisi legas: *ὅτι δὴ ταχέως κινεῖ τὰ ὦτα ὁ ὄνος.*

Αὕτη γὰρ ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρύας.] Aristenaetus Epist. I. Laidis pulcritudinem curiosè inspiciēs, nigerrima eius supercilia fuisse ait: ὀφρὺς τὸ μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον. Plinius lib. XXX. c. xv. *Ouis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt.* Tertullianus lib. de habitu muliebri. *Illum ipsum nigrum puluerem quo oculorum exordia producuntur.* nec solum supercilia sed & palpebras oculósque tingebant. Ouidius lib. III. de Arte,

Nec pudor est oculos tenui signare fauilla.

Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *palpebrae in genis homini vtrinque; mulieribus vero etiam infectae cotidiano. tanta est decoris affectatio, vt tinguntur oculi quoq.* Lucianus in Perictione Pithagor. οὐδὲ χείλεσι πρόσωπον λευκαίνουσα ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο, ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς. eo pertinet etiam illud Tertulliani lib. de cultu fem. *oculos fuligine collinunt.* & Arnob. lib. II. aduers. gen. *fuligine oculos obumbrant.* & B. Chrysostom. Panegyr. in Ioseph. Ψιμμυθίῳ δὲ τὸ μέτωπον λευκαίνουσα καὶ μέλανι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσα. Pingebant autem supercilia vt ea in arcum ducerent, & quasi lunarent. & Varro notat lib. IV. de lingua Lat. mulieres potissimum supercilia sua attribuisse Lunae.

Ἔθος γὰρ παλαιὸν ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι.] Nimirum in luctu homines supercilia ponunt aut etiam radunt, vt abiectiores & humiliores videantur. etenim supercilia maximè indicāt fastum. Superbia aliubi conceptaculum, sed hîc sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hinc pendet. nihil altius simul abruptiúsque inuenit in corpore vbi solitaria esset. Plin.

PAG. XXVI.

Ἐπειδὴ καὶ τὰ ὄμματα ψήφους ἔχει.] Pupilla enim in oculo est quasi ψῆφος siue gemma in anulo. alludit ad ambiguam significationem τῆς ψήφου. vt cap. v. lib. II. ψῆφον γὰρ καλοῦμεν ὥσπερ λίθον τὸν ἐν δακτυλίῳ, οὕτω δὴ καὶ τὸν τῶν χρημάτων ἀριθμόν. Vetus Glossarium: ψῆφος ὁ ἀριθμός, *numerus.* ψῆφος ὁ λίθος, *gemma.*

Ἐοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παισίν.] Orbi & quasi caeci dicuntur parentes qui liberos amiserunt. Festus: *Orba est quae patrem aut matrem aut filios, quasi lumen, amisit.* Glossae: *Orbus* παιδὸς, ὀρφανός, τυφλός.

Ὀφθαλμοὶ τοῦ σώματος ὁδηγοί.] Cicero lib. II. de Nat. Deor. *Oculi tanquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere.*

Ὀφθαλμοὶ ἀδελφοί εἰσιν ἀλλήλων.] Ipse Artemidorus sup. c. XXV. τὰ ὦτα ἀδελφά ἐστιν ἀλλήλων. Suidas, ἀδελφὰ οἰκεῖα, ἁρμόζοντα, πρέποντα.

Εὐσέβεια.] Pialia. certamen quinquennale quod in Hadriani honorem ab Antonino Pio institutum fuisse scribit Spartianus.

Ἐν Ἰταλίᾳ.] Scilicet apud Puteolos vt tradit idem Spartianus in Hàdriano sub finem.

PAG. XXVII.

Λόγος δέ τις ἔχει ὡς καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος τυφλὸς ἦν.] Caecum fuisse Homerum & à caecitate sic dictum vetus fabula est. Herodotus in Homeri

vita: ὅθεν δὲ καὶ τὸ ὄνομα Ὅμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορῆς. οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν. ὥστε πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγένεος, τότε γενέσθαι τοὔνομα Ὅμηρος. Plutarchus in eiusdem vita. μετωνομάσθη δὲ Ὅμηρος ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη· οὕτω δὲ ἐκάλουν οἵ τε Κυμαῖοι καὶ οἱ Ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις πεπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὅ ἐστι τῶν ἡγουμένων. Christodorus Thebanus lib.V. Antholog.

—— ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀφρῦς
Ἀμφοτέρας προβλῆτας ἐΰσκοπος ἔπλασε τέχνη·
Οὐδὲ μάτην· φαίνων γὰρ ἐρημάδας ἦσαν ὀπωπαί.
Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλαοῖς ἐναλίγκιος ἀνδρὶ νοῆσαι·
Ἔζετο γὰρ κενεοῖς χάρις ὄμμασιν, &c.

Alij vero caecum Homerum ab antiquis habitum fuisse aiunt ὅτι οὐχ ἥδετο ἐπιθυμίαις ἃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἄρχεται. Videndus Suidas.

Διὰ τὸν Κύκλωπα μῦθον.] Scribe, διὰ τὸν περὶ Κύκλ. μ.

PAG. XXVIII.

Ἀλλοτρίους δὲ δοκεῖν ἔχειν ὀφθαλμοὺς, τυφλὸν γενέσθαι σημαίνει.] Leonidas Epigrammatarius lib. I. Anthol.

• Τυφλὸς ἀγυιπόδην χωλὸν πόδας ἤρταζεν,
Ὄμμασιν ἀλλοτρίοις αὐτεχνιζόμενος.

Τίκνει ἐκείνου παραλήψεται.] εἰς γάμον scilicet.

Προπέμπειν τὰς χεῖρας.] Praetentare iter. *aller à tatons.* Plinius de cochleis lib.XI. c. XXXVIII. *Cochleis oculorum vicem cornicula bina praetentatu implent.*

Πολλὴν γὰρ ἀϊσθησιν.] Scribe, ἀναισθησίαν, vt infra ἀναισθησίαν.

Διὰ γὰρ τῆς ῥινὸς ἀέρα ἐπισπῶντες οἱ ἄνθρωποι βέλτιστα ὄντως ὠφελοῦνται.] Aristoteles lib.I. Hist.an.c.XI. ἔτι προσώπου μέρος, τὸ μὲν ἐν τῷ πνεύματι πόρος, ῥίς· καὶ γὰρ ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ ταύτῃ, καὶ ὁ πταρμὸς διὰ ταύτης γίνεται, πνεύματος ἀθρόου ἔξοδος, σημεῖον οἰωνιστικὸν καὶ ἱερὸν μόνον τῶν πνευμάτων. Arnobius lib.II. aduers. Gent. *Suspensam imbricem narium munctionibus mucculentis & spiritali commeabilem tractui.*

Δύο ἔχειν ῥῖνας, ἔτι στάσεις πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας οἰκείους σημαίνει.] Delendum τὸ, ἔτι: obrepsit enim oscitanti librario per similem litterarum ductum sequentis vocabuli ἐπί.

PAG. XXIX.

Καὶ γὰρ ἐν τοῖς πένθεσι, λωβῶνται τὰς παρειὰς οἱ ἄνθρωποι.] Morem hunc notauere viri docti ad illud caput legis XII: MVLIERES GENAS NE RADVNTO.

Τὰς δὲ σιαγόνας πρὸς ἀποθήκας ληπτέον.] Etenim in maxillis vt in loculis & apothecis repositi sunt dentes.

Παιδὶ δὲ νέῳ κομιδῇ θάνατον σημαίνει, διὰ τὸ προσλαβεῖν τὴν ἡλικίαν.] Censorius Cato filium monebat senilem iuuentam praematurae mortis esse signum.

PAG. XXX.

Ἀριστάνδρου τοῦ Τελμισέως.] Aristander Telmissensis peritissimus vates in

magna apud Alexandrum existimatione fuit. Q. Curtius lib. IV. *Apud Macedonas quoque cum fortè panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notauerunt: territóque rege, Aristander peritissimus vatum respondit, si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum: contrà, cum ab interiore parte manauerit, vrbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere.* Idem eodem lib. *Fortè praeteruolans coruus glebam quam vnguibus ferebat, subito omisit.* & paullo post: *Digna res visa de qua vates consuleretur, & erat Alexander non intactus ea superstitione mentis. ergo Aristander cui maxima fides habebatur, vrbis quidem excidium augurio illo portendi, ceterùm periculum esse inquit ne rex vulnus acciperet.* Plutarchus in Alexandro: ὁ δὲ Φίλιππος ὕστερον χρόνῳ μετὰ τὸν γάμον, εἶδεν ὄναρ αὑτὸν ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός· ἡ δὲ γλυφὴ τῆς σφραγῖδος, ὡς ᾤετο, λέοντος εἶχεν εἰκόνα. τῶν δὲ ἄλλων μάντεων ὑφορωμένων τὴν ὄψιν, ὡς ἀκριβεστέρας φυλακῆς δεομένων τῷ Φιλίππῳ τῶν περὶ τὸν γάμον, Ἀρίστανδρος ὁ Τελμησσεὺς κύειν ἔφη τὴν ἄνθρωπον, οὐθὲν γὰρ ἀποσφραγίζεσθαι τῶν κενῶν, καὶ κύειν παῖδα θυμοειδῆ καὶ λεοντώδη τὴν φύσιν. & in eodem opere celeberrimi huiusce vatis frequens mentio. meminit etiam Arrianus lib. I. καὶ Ἀλέξανδρος οὐ φαῦλον ποιησάμενος τὸ τῆς χελιδόνος, ἀνεκοίνωσεν Ἀριστάνδρῳ τῷ Τελμισσεῖ μάντει. Lucianus in Philopatri. Aelianus variae hist. lib. XII. c. LXIV. Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεὺς θεόληπτος γενόμενος ἢ ἔκ τινος ἄλλης συντυχίας κατασχεθείς, &c. Clemens Alexandrinus lib. I. Strom. Ἀρίστανδρός τε ὁ Τελμισσεύς, ὁ σὺν Ἀλεξάνδρῳ γενόμενος. Hunc Aristandrum esse puto quì De ostentis scribsit. citatúrque à Plinio lib. XVII. Nat. hist. c. XXV. *Laodiceae Xerxis aduentu platanus in oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet, ne in infinitum abeamus.* Ceterum Telmessus in Caria est: qua in vrbe excellit haruspicum disciplina. Cicero lib. I. de diuinat. *Tum Caria tota*, inquit, *praecipuéque Telmessenses, quòd agros vberrimos maximéque fertiles incolunt, in quibus multa propter foecunditatem fingi gignique possunt, in ostentis animaduertendis diligentes fuerunt.* Arrianus lib. I. εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν. Tertullianus lib. de Anima. cap. XLVI. *Telmessenses nulla somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant.* è contrario verò Atlantes insomnia non visunt qualia reliqui mortales, vt ait Plin. lib. V. c. IIX. Tertullianus, *Sed & quod Libyca gens Atlantes caeco somno noctem transigere dicuntur, animae vtique natura taxatur.*

Οἶκον μὲν γὰρ ἡγεῖσθαι χρὴ τὸ στόμα· τοὺς δὲ ὀδόντας, τοὺς κατὰ τὸν οἶκον ἀνθρώπους.] Achmet. cap. XLI. τὸ δὲ στόμα ὡς οἶκος κεῖται τοῦ ἀνθρώπου· οἱ γὰρ ὀδόντες ὁ τοῦ οἴκου εἰσὶ λαός.

Οἱ τομεῖς λεγόμενοι, τουτέστιν. οἱ ἔμπροσθεν ὀδόντες.] Dentium forma & vsus triplex. Arnob. lib. III. aduers. gen. *subactionibus ciborum dentes trini generis, atque in officia trina compositi.* Aristoteles lib. III. de part. animal. cap. I. ὁ δὲ ἄνθρωπος πρός γε τὴν κοινὴν χρῆσιν καλῶς ἔχει πεφυκότας· τοὺς μὲν προσθίους ὀξεῖς, ἵνα διαιρῶσι· τοὺς δὲ γομφίους πλατεῖς, ἵνα λεαίνωσι· ὁρίζουσι δὲ ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες. Cicero lib. II. de nat. Deor. *dentibus autem in ore constructis manditur: atque ab aliis extenuatur & molitur cibus; eorum aduersi acuti morsu dimi-*

dunt escas, intimi autem conficiunt qui genuini vocantur. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *continuorum qui digerunt cibum lati & acuti: qui conficiunt, duplices: qui discriminant eos canini appellantur.*

Τομεῖς.] Plinio, *primores*: Polluci: *διχαστῆρες, κτένες, γελασῖνοι.* Isidoro Orig. XI. c. I. *praecisores.* in veterino pecore vocantur, *rapaces.* Veget. lib. III. Mulomedicinae c. I.

Κυνόδοντες.] canini, Isidoro *columelli*, à longitudine & rotunditate. vnde apud Achmetem legitur: *ὁ κυνόδους, στελεχμὸς καὶ ἔρεισμά ἐστι τοῦ οἴκου.* eiusmodi dentes in equis vocantur, *columellares.* Varro lib. II. de re rust. cap. VIII. *Equus triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, totidem inferiores: incipientes quartum agere annum, itidem eiiciunt & totidem proximos eorum quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant columellares.* Plinius lib. XI. c. XXXVII. *aetas veterinorum dentibus indicatur. equo sunt numero quadraginta. amittit tricesimo mense primores vtrinque binos; sequenti anno totidem proximos: tum subeunt dicti columellares.* Columellares dentes, *κυνόδοντες* Absyrto Mulomedico in Bassi Geoponicis lib. XVI. cuius verba operae pretium erit conferre cum Varronianis. *λʹ μηνῶν μὲν γὰρ γινόμενος ὁ πῶλος, περιβάλλει τῶν ἐμπροσθίων ὀδόντων οὓς καλοῦμεν τομεῖς, τοὺς μέσους δύο κάτωθεν, καὶ ἄνωθεν ὁμοίως τοὺς δύο ἀποβάλλων. ἀρχόμενος δὲ τοῦ τετάρτου ἔτους, ἐκβάλλει πάλιν ἄλλους δύο κάτωθεν ἐξ ἑκατέρου μέρους, καὶ ἄνωθεν ὡσαύτως· φύειν δὲ δοκεῖ τότε καὶ τοὺς κυνόδοντας. πληρώσας δὲ τὰ δʹ ἔτη καὶ τοῦ εʹ ἐπιλαβόμενος, τοὺς λοιποὺς ἐκβάλλει κάτωθεν καὶ ἄνωθεν, ἐξ ἑκατέρου ἕνα.* Vegetius lib. IV. cap. V. Artis veterinar. *pullis enim bimis & sex mensium medij dentes superiores cadunt, quos lactantes vocant. quum autem quartum annum agere coeperint, decidentibus his, alios supponunt qui canini appellantur. deinde intra sextum annum molares cadunt.* Plinij locus supra citatus, ab ceteris quos etiam protulimus quodammodo dissentire videtur. consentit autem cum Aristotele cap. XXII. lib. VI. Hist. anim. *ἔχει μὲν οὖν ὀδόντας τετταράκοντα. βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέτταρας τριακοντάμηνος, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν· ἐπειδὰν δὲ γένηται ἐνιαυτός, βάλλει τὸν αὐτὸν τρόπον τέτταρας, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· καὶ πάλιν ὅταν ἄλλος ἐνιαυτὸς γένηται, ἑτέρους τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον· τεττάρων δὲ ἐτῶν παρελθόντων καὶ ἓξ μηνῶν, οὐκέτι βάλλει οὐδένα.*

Μύλοι.] molares, *γόμφιοι*, maxillares Plinio. Isidor. *vltimi sunt molares, qui concisa à prioribus atque confracta subigunt & molunt atque immassant.*

PAG. XXXI.

Ὀδόντες ἐμπρόσθιοι ἐκβληθέντες οἱ καλούμενοι τομεῖς οὐδὲν ἐῶσι πρᾶξαι διὰ λόγου.] Quippe vocis sermonisque regimen primores tenent, concentu quodam excipientes ictum linguae, seriémque structurae atque magnitudinem; mutilantes mollientésve aut hebetantes verba, & cum defluxere, explanationem omnem adimentes. Plin. lib. VII. c. XVI.

Ἄνευ μὲν γὰρ ὀδόντων, οὐκ ἔστι χρῆσθαι ὑγιεινῇ τροφῇ, ἀλλὰ ῥοφήμασι καὶ χυλῷ.] Qui validè valent vtuntur *ὑγιεινῇ τροφῇ, ἰσχυροῖς βρώμασι.* at aegrotis, quia cibos solidiores conficere nequeunt, victitandum sorbilo. ideóque à priscis medicis inuenta fuisse *ῥοφήματα* tradit Hippocrates lib. de prisca med.

ἦσαν τινες οὕτως ἔχοντες ὡς μηδ᾽ ὀλίγων σιτίων δύνασθαι ἐπικρατεῖν· ἀδυνατωτέρου δή τινος ἐδόκει οἱ τοιοῦτοι δεῖσθαι, εὗρεν ῥοφήματα, μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι. Ῥόφημα in veteribus Glossis exponitur *Sorbicina, Sorbicio.* in ms. *Sorbicium, Sorbillacio.* Item, ῥοφητὸν, *Sorbile.*

Ὀδόντας δοκεῖν ἔχειν ἐλεφαντίνους ἀγαθὸν φιλολόγοις.] Philologos adeóque & philoſophos decere munditias oris dentiúmque candorem probat Apuleius in Apolog. *cum primis cui vllа fandi cura ſit, impenſius cetero corpore os colendum, quod eſt animi veſtibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium.*

Ὡς γὰρ ἀπὸ χρυσίων φθέγγονται τῶν ὀδόντων.] quaſi fiant Chryſoſtomi & Chryſologi.

Νόσον τὴν ὑπὸ χολῆς πλήθους συνισταμένην, ἣν καὶ ἴκτερον καλοῦσι.] Suidas: Ἴκτερος, νόσος ἐκ χολῆς συνισταμένη. Aretaeus Cappadox lib. II. περὶ χρον. παθ. cap. XV. Ἢν χολῆς ξανθῆς λεκιθώδεος ἢ κροκοειδέος ἢ τῆς μελαγχλώρου, εἰς τὸ παντελὲς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γίνηται, τὸ πάθος ἴκτερος κικλήσκεται. Gloſſae veteres: ἴκτερος, *auguro.* ἰκτερικὸς, *auruginoſus.* ms. *auriginarius.* icterus, arquatus Lucretio lib. IV. morbus regius: *molliter hic quoniam celſa curatur in aula*, vt ait Q. Seren. Samonicus.

Pag. xxxii.

Παραιρεῖται γὰρ καὶ τὴν τῶν λόγων παῤῥησίαν ἡ πενία.] Πενία ἄνδρα ταπεινοῖ· χεῖρες δὲ ἀνθρώπων πλουτίζουσιν. Sic in Platonis Conuiuio Πενίας υἱὸς σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς, καὶ ἀνυπόδητος, καὶ ἄοικος· χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαιθρίοις κοιμώμενος· τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων.

Pag. xxxiii.

Τὸν ἴσον λόγον ἔχει τῷ αἵματι τὰ ἀργύρια.] Achmet c. XXXIII. Γνωστέον ὅτι ὥσπερ αἱ τρίχες δύναμιν καὶ πλοῦτον τοῦ ἀνθρώπου σημαίνουσιν, οὕτως καὶ τὸ αἷμα· ἀλλὰ καὶ πολλῷ ἀκριβεστέρα εἰς τὸν πλοῦτον ἐστὶν ἡ κρίσις. καὶ ὅσον ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀφῃρέθη τοῦ αἵματος αὐτοῦ καὶ διὰ φλεβοτομίας καὶ διὰ συκιάσεως, τοσοῦτον ἐλαττωθήσεται ἡ ὑπόστασις αὐτοῦ. Sic ambiguo ſenſu apud Plautum argentiexterebronides lenonum puellae miſeris amantibus ſanguinem exſugere & ebibere dicuntur. Curculione, Sc. *Flos veteris.* & in Bacchid. Sc. *Pandite.*

Apage iſtas à me ſorores quae hominum ebibunt ſanguinem.

eo ſenſu in Poenulo Collabiſcus Agoraſtocli ſanguinem exſugere procul geſtit, id eſt, pecuniam. vetus poëta comicus:

Τ᾽ ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδ᾽ ἐκτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Nos Galli vulgo dicimus, *Qui perd le ſien perd le ſang.*

Αἷμα φερόμενον ἰδεῖν ἀπὸ τοῦ λαθραίως περιαιρουμένου ἐλεγχθήσεται τόδε.] Inter ſigna quibus homicidia argui ſolent, cruorem obſeruant Rhetores. Cicero lib. II. de Orat. ex conſequentibus ſignis argumenta duci ait, puta *ſi & ferro interfectus ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehenſus es in illo ipſo loco,* &c. Marius Victorinus in I. Rhetoric. Cic. *Sed quod paullo ante dixi, ſignum eſſe in eo quod fere ſolet fieri; vtique cum dico: ex itinere venit,*

nit, nam multus in calceis puluis est. &, hominem occidit, nam cruentus est: argumentum facio ex his quae fere solent fieri. nam & qui ex itinere venit, solet fieri vt puluerulentus sit: & qui hominem occidit, solet fieri vt cruentus sit. Caussam huiusce rei eleganter explicat Lucretius lib. IV.

Námque omnes plerunque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem sanguis vnde icimur ictu:
Et, si comminus est, hostem ruber occupat humor.

PAG. XXXIV.

Πρὸς γὰρ τὸ τινὰς κεφαλὰς κτήσασθαι, καὶ οὐσίαν περιβαλέσθαι πολλήν.] Notaui supra ad pag. XXI.

Καὶ γὰρ ἡ κεφαλὴ, ὡς εἰπεῖν, οἶκός ἐστι τῶν αἰσθήσεων.] Sensus enim interpretes ac nuntij rerum in capite, tanquam in arce, mirificè ad vsus necessarios & facti & collocati sunt vt ait Tullius lib. II. de nat. Deor. & Plato in Timaeo *κεφαλὴν* vocat *τὸ θειότατον καὶ ἱερώτατον οἴκησιν.*

PAG. XXXV.

Πειρατέου.] *πλωτῆρες.* Thucyd. & Iul. Poll. Suidas: *πειράτας, τοὺς πειρατὰς, τοὺς ἐπιβάτας, οἱ δὲ δούλους.*

Ὁ τοίμαρχος.] Legendum *τοίχαρχος*, vt emendauit eruditissimus Io. Brodaeus ad illud Bianoris epigrammatarij lib. I. Anthol. c. XXXIII.

Μὴ θάμβει χειμέθοντα, καὶ ἐν ποσὶ λαῖφα πεποιθότα
Τοίχοις, &c.

Τοίχαρχος dicitur lateri nauis praepositus. Pollux lib. I. *ὁ δὲ τοίχαρχος λέγοιτ' ἂν καὶ τοίχων ἄρχων.* Idem: *ὀνομάσαις δ' ἂν τοῖχον εὐώνυμον καὶ δεξιόν.*

PAG. XXXVI.

Εἰ δέ τις ἐπτιμήσειε τὴν κεφαλήν.] Scribendum, *ἐπιτιμήσειε.*

PAG. XXXVII.

Καὶ γὰρ οἱ ὦμοι ἀδελφοί εἰσιν ἀλλήλων.] Sic ipse sup. c. XXVIII. *καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀδελφοί εἰσιν ἀλλήλων.*

Ἀμελέστεροι γὰρ ὑπάρχουσι γυναῖκες καὶ δασύνονται ἐπειδὰν μὴ παρῇ δι' ὃν ἀσκοῦσι τὰ σώματα.] Arnobius lib. V. *partem illam corporis per quam secus femineum & sobolem prodere & nomen solet acquirere generi, eam longiore ab incuria liberat, facit sinnere habitum puriorem, & in speciem leuigari nondum duri atque striculi pusionis.* Mulier absente viro quasi ager incultus siluescit. Ouidius lib. I. Amorum Eleg. IIX.

Aera nitent vsu: vestis bona quaerit haberi:
Canescunt turpi tecta relicta situ:
Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit.

Catullus: *Vt vidua in nudo vitis quae nascitur aruo*
Nunquam se ex tollit, nunquam mitem educat vuam, &c.

Μαζοὶ μείζονες κτημάτων ἐπίκτησιν σημαίνουσι.] Ceres mammosa Lucretio lib. IV. & Arnob. lib. III. & VI. Minutio Felici Ephesia mammis multis & vberibus exstructa. éoque habitu in numis multis cérnitur.

PAG. XXXIIX.

Χεῖρες εὔτονοι καὶ καλαὶ εὐπραξίαν σημαίνουσι, μάλιστα χειροτέχναις καὶ τοῖς διὰ δόσεως

καὶ γόμφιος πελαζομένοις.] Aristoteles lib. IV. de partibus animal. c.x. *Ἀναξαγόρας μὲν οὖν φησι, διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν, φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον. εὔλογον δὲ, διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων, χεῖρας ἔχειν· τὸ λαμβάνειν γὰρ χεῖρες ὄργανόν εἰσιν.* Isidorus Hispal. Orig.lib.XI.c.1. *Manus dicta, quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia atque dispensat; per eam accipimus & damus.*

Ἔστι δὲ παλαιὰ διαίρεσις ἀρχῆς ἤδη.] eam diuisionem insinuauit cap.11.

Κοινῇ δὲ ἀμφότεραι αἱ χεῖρες σημαίνουσι τέχνας.] Aristoteles lib. IV. de partibus animal. *ἡ δὲ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά. ἔστι γὰρ ὡσπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνων, τῷ οὖν πλείστας δυναμένῳ δέξασθαι τέχνας, τὸ ἐπὶ πλεῖστα τῶν ὀργάνων χρήσιμον τὴν χεῖρα ἀποδέδωκεν ἡ φύσις.* Ipse Artemidorus supra, cap.XIV. *χεῖρες δὲ αἱ πράξεις εἴρηνται.* Cicero lib.II.de nat.Deorum: *Quàm verò aptas, quámque multarum artium ministras manus natura homini dedit?* & paullo post: *iam verò operibus hominum, id est, manibus cibi etiam varietas inuenitur & copia.* Pollux lib.II. *καὶ τοὺς ἰδαίους δακτύλους κεκλῆσθαι λέγουσιν· οἱ μὲν κατὰ τὸ ἀεὶ θλῖβειν, ὅτι πάντα· οἱ δὲ κατὰ τὸ τῇ ῥέᾳ ταῦτ' ὑπουργεῖν· ὅτι καὶ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνῖταί τε καὶ πάντων ἐργάται.* Scholiastes Aristophanis ad illud ex Auibus: *τί δῆτα πόλις οὐκ αἱ ἐργασαίατε;* —— *πρὸς τὴν παροιμίαν,* inquit, *τί δῆτα χεῖρες οὐκ αἱ ἐργασαίατε;* Arnobius lib.III. *manus ministras operum, articulis, digitis, & cubitorum mobilitate tractabiles.* Horapollo in hieroglyficis: *ἄνθρωπον φιλοκτίστην βουλόμενοι σημῆναι, χεῖρα ἀνθρώπου γράφουσιν· αὕτη γὰρ ποιεῖ πάντα τὰ κτίσματα.* Isidorus Orig.XI. *abusiuè manus etiam ars vel artifex, vnde & manus pretium dicimus.* Virgilius I. Aeneid.

Quale manus addunt ebori decus ——

Seruius: *manus, vel artificis, vel ars ipsa.* Martialis lib.IX.epig.LX.

Pocula Mentorea nobilitata manu.

Sic Propertius vt sup. notauimus,

Siue ebore exactae seu magis aere manus.

Varro lib.IV.de ling.Lat. *Quae manu facta sunt, dicam de victu, de vestitu, de instrumento, & si quid aliud videtur his aptum.* Idem: *quod manu factum erat, & datum pro eo,* manupretium, *à manibus & pretio.* Glossarium: *χειρῶν μισθός, manupretium.* Item: *Manupretium, χειροδόσιον.* Tertulliani etiam locus de operibus intelligendus est, lib.de Idololatria cap. v. *eundem praecepisse dicunt secundum suum exemplum, vt manibus vnusquisque operetur ad victum. Si hoc praeceptum ab omnibus manibus defenditur, credo & fures balnearios manibus suis viuere; & ipsos latrones manibus agere quo viuant. item falsarios vtique non pedibus sed manibus operari malas litteras. histriones verò non manibus solis, sed totis membris victum elaborare.*

Χειρόγραφα δὲ ἔτι ἃ αὐτοὶ χεῖρες λέγονται.] Suidas: *Χεῖρα, τὸ χειρόγραφον.* Iulius Pollux lib. II. *Υπερείδης δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ Λυκόφρονος, καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χειρόγραφον, χεῖρα εἰρηκεν εἰπών, οὔτε τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα δυνατὸν ἀρνήσασθαι.* Cicero lib. VII. Epist. ad Atticum: *Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae: litterae manum non amabam, quia indicabat se non valere.* Idem: *Statilius agnouit manum & signum suum.* Sic & apud

Iurisconsultos, manus, pro chirographo l. XV. D. de Probationibus. & metatorum manus, pro metatoria pagina l. 1. de metatis & epid. lib. XII. Cod.

Ἐπὶ μὴ αἰδῶ πόνων.] Scribe, ἐπειδὴ αἰδῶ τ.

Λόγους δὲ, ἐπὶ ἅμα τοῖς λόγοις αἱ χεῖρες κινοῦνται.] Horapollo hieroglyf. XXVII. τὸ λέγειν σημαίνοντες, γλῶσσαν καὶ χεῖρα ὑποκάτω γράφουσι. τῇ μὲν γλώσσῃ, τὰ πρωτεῖα τοῦ λόγου φέρειν διδόντες· τῇ δὲ χειρὶ, ὡς τὰ τῆς γλώσσης βουλήματα ἀνυούσῃ, τὰ δεύτερα. possunt etiam referri ad mentem Artemidori ea qua de gestu rhetores tradunt. videatur Curius Fortunatianus sub finem lib. III.

Pag. xxxix.

Οὐκέτι γὰρ περὶ τὰ ἔργα τετριμμένων τῶν χειρῶν, οὐδὲ πυκνωθείσης τῆς ἐπιφανείας, εἰκὸς αὖ ἔτι καὶ τρίχας ἀναφύναι.] Pellis quae occalluit, densior est; ideóque nec pilos emittit. Hippocrates lib. de natura pueri: σημεῖον δὲ ὅτι ἐν τοῖσι ἀραιοτάτοισι τῆς ἐπιδερμίδος φύονται αἱ τρίχες, εἴ τις ἐθέλοι ἐπικαῦσαι τὴν ἐπιδερμίδα, καὶ φλυκταίνας μόνον ποιῆσαι καὶ ὑγιῶσαι, πυκνὴ γενομένη ἡ ἐπιδερμὶς κατὰ τὴν οὐλὴν τὰς τρίχας οὐκ ἐκφύονται.

Pag. xl.

Δεινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὑπό τινος κατανοεῖσθαι τὰ σπλάγχνα· πραγμάτων γὰρ πονηρῶν καὶ δεινῶν ἐπαγωγὴν σημαίνει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει.] Reorum viscera nudari dicimus cum intima & secreta negotiorum aperiuntur. & caussae viscera dixit M. Tullius lib. II. de Orat. *haec autem in dicendo non extrinsecus aliunde quaerenda; sed ex ipsis visceribus caussae sumenda sunt.*

Ἡ καρδία γυναῖκα σημαίνει ἀνδρὸς ἰδόντος, ἄνδρα δὲ γυναικὸς ἰδούσης· διὰ τὸ τὴν ὅλην τοῦ σώματος ἔχειν δοκεῖν, καὶ τὸν θυμὸν τοῦ ἰδόντος καὶ τὸ πνεῦμα.] Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *cor prima domicilia intra se animo & sanguini praebet.* Hippocrates lib. περὶ σαρκῶν: πνεῦμα ἡ καρδίη ἔχει θερμὴ ἐοῦσα μάλιστα τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Χολὴ δὲ τὸν χυμὸν καὶ χρήματα.] Isidorus Orig. XI. *Fel appellatum quod sit folliculus gestans humorem qui vocatur bilis.*

Κοιλία δανειστὰς σημαίνει, ἐπὶ μετὰ πολλῆς βίας ἀπαιτεῖ τροφάς.] Venter quasi creditor, exigit nec moras patitur. Plinius lib. XXVI. c. VIII. *Aluus pessimum corporum vas; instat vt creditor, & saepius die appellat. huic luxuria conditur: huic nauigatur ad Phasin: huic profundi vasa exquiruntur. & nemo vilitatem eius aestimat consummationis foeditate.*

Τὸ αἰδοῖον ἔοικε γονεῦσι· ἐπεὶ τὸν σπερματικὸν ἐπέχει λόγον.] Martialis parentem omnium vocat, lib. XI. epigr. XVI.

Nec per circuitus loquamur illam
Ex qua nascimur omnium parentem,
Quam sanctus Numa mentulam vocabat.

Ἀδελφοῖς δὲ καὶ πατρὶ τοῖς καθ' αἷμα προσήκουσι.] Scribe, καὶ πᾶσι τ. καθ' αἷ. πρ.

Pag. xli.

Διὸ ἀνδρεία πρός τινων καλεῖται] Suidas: καλεῖται δὲ πρός τινων ἀνδρεία καὶ τὸ αἰδοῖον. Sic Martiali, virilitas, lib. IX. epig. VII.

Virilitatis damna moeret ereptae.

& Arnob. lib. v. *Virilitate pignoris visa sumit animũ mitiorem.* Sic etiã *virilia.*

Εἶδον δὲ καὶ ἐν Κυλλήνῃ γινόμενος Ἑρμοῦ ἄγαλμα οὐδὲν ἄλλο ἢ αἰδοῖον δεδημιουργημένον λόγῳ τινὶ φυσικῷ.] Pausanias sub finem Heliacorum. θεῶν δὲ ἱερὰ ἐν Κυλλήνῃ Ἀσκληπίου, τὸ δὲ Ἀφροδίτης ἐστί. τοῦ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα, ὃν οἱ ταύτῃ περισσῶς σέβουσιν, ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. naturalem vero effingendae huiusmodi statuae rationem quam Artemidorus innuit, bene explicat Plutarchus lib. εἰ πρεσβυτ. πολιτ. extremis verbis: διὸ καὶ τοὺς Ἑρμᾶς τοὺς πρεσβυτέρους, ἄχειρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν ὡς προσήκει καὶ γόνιμον ἔχωσι. Phurnutus in Mercurio: ἄχειρ δὲ καὶ ἄπους, ἐπεὶ οὔτε ποδῶν οὔτε χειρῶν δεῖται πρὸς τὸ αὐύειν τὸ προκείμενον αὐτῷ. οἱ δὲ ἀρχαῖοι, τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας τῶν Ἑρμῶν, ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας. τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ λείους, ἀνειμένους. παριστάντες ὅτι ἐν τοῖς προβεβηκόσι ταῖς ἡλικίαις γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειός ἐστι.

Ὅτι μήδεα καλεῖται τὰ βουλεύματα καὶ τὸ αἰδοῖον.] Suidas: Μήδεα τὰ βουλεύματα καὶ τὰ αἰδοῖα. in veteribus Glossis vbi scribitur, Μυδεῖα, *Anguicia*, legendum, Μήδεα, *Inguina.* nam in ms. legitur, Μήδεα, *testiculi, pudenda.* Venus φιλομμηδὴς, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, vt ait Hesiod. in Theogon. Homerus Ἰλιάδ. Γ. Scholiastes: φιλομμειδὴς, ἡ φιλόγελως καὶ ἱλαρὰ καθ' Ὅμηρον· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, ὅ ἐστι τῶν αἰδοίων. Videatur Clemens Alexand. in Protreptico.

Αἰδοῖον ἀναγκαῖον καλεῖται, καὶ τῆς ἀνάγκης ἐστὶ σύμβολον.] Ipse Artemid. cap. LXXV. καὶ οὕτω συμβήσεται τῷ ἀνδρὸς τὸ ἀναγκαῖον· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ αἰδοῖον καλεῖται. Suidas: Ἀναγκαῖον, οὕτω καλεῖται τὸ αἰδοῖον, ἐπεὶ τῆς ἀνάγκης ἐστὶ σύμβολον. οἱ δὲ πρὸς δίκην ἔβαπτον ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, ἀντὶ τοῦ δι' ἀνάγκης. Ἴσαιος δὲ ἀναγκαῖον τὸ δεσμωτήριον καλεῖ.

Αἰδὼς γὰρ καὶ ἐπιτιμία καλεῖται τὸ αἰδοῖον. [Αἰδοῖα Latini vocant, pudenda, & verenda siue reuerenda. Arnobius lib. V. *obiectantúrque partes illae quas pudor communis abscondere, quas naturalis verecundiae lex iubet: quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare praefatis. quidnam, quaeso, spectaculi? quid in pudendis reuerendísque Baubonis, quod feminei sexus Deam, atque consimili formatam membro in admirationem conuerteret?* Vetus Glossarium: αἰδοῖον, *pudimentum, pudendum, penes.*

Καὶ ἐπὶ εἷς ὀνόματα τρία ἔχει.] Ausonius in Gripho.

—— *tria nomina nobiliorum.*

Iuuenalis Sat. V.

—— *tanquam habeas tria nomina.*

Μόνον δ' ἐπιτάκτοι γινόμενοι τοῖς πλουσίοις ἀνδράσι.] Legendum vt emendauit Is. Casaubonus μόνοι δὲ πάλτοι Γ. nec audiendus interpres.

PAG. XLII.

Καὶ γὰρ ὁ κάλαμος γένοιτο τι ἕλκος καὶ συριγξ γίνεται.] Vetus Glossarium: συρίγγιον τὸ ἕλκος, *fistula.* Corn. Celsus lib. V. *id nomen est vlceri alto, angusto, calloso.* Plinius lib. XXV. c. XII. *fistulae quoque in omni parte serpunt medicorum vitio.*

male sectis corporibus. Cornelius Nepos in T. Pomponio Attico: *subito tanta vis morbi in vnum intestinum prorupit, vt extremo tempore per lumbos fistulae puris erumperent.* Exstat apud Hippocratem liber περὶ συρίγγων.

Πλείοσι γὰρ ποσὶ χρῆσθαι τῆς νεὼς ἐρεσσομένης.] naues instar vermium multigradae Lycophron:

—— αἱ δὲ παρθενοκτόνον θέαν
Ἰουλόπεζοι θεῖνον ἀλώπις σπάθαις.

Homerus nauem ποντοπόρον vocat. Pollux lib. I. λέγοις δ' ἂν ταῖς ναῦς, ἢ πορεῖα θαλάττια καὶ ὀχήματα. nimirum remis quasi pedibus nauis graditur, est veluti equus ligneus. Plautus Rudente

Nempe equo ligneo per vias caeruleas
Estis vectae

Palaephatus in Bellerophonte Pegasum non equi sed nauigij nomen fuisse ait: πλοῖον κατασκευάσας μακρὸν, ἐλῄζετο τὰ παραθαλάσσια χωρία. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. μᾶλλον δὲ δοκεῖ πλοίῳ, ἢ ἵππῳ ὄνομα εἶναι πήγασος. Idem, qui vulgo Pelopis equus dicitur nauem fuisse adfirmat. ῥητέον οὖν ὅτι Πέλοψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον· ἐγέγραπτο δὲ ἐπὶ τοῦ πλοίου, ἵπποι ὑπόπτεροι.

Συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι.] Obseruauere hunc locum viri doctissimi Isac. Casaubonus Animaduers. in Tranquil. & I. Lipsius lib. II. Elector. c. xv. ad illud Sueton. in Tiberio c. LI. *vno ex his equestris ordinis viro & in antliam condemnato.* qui locus sic olim è veterib. lib. à magno illo Turnebo emendatus fuerat, lib. XIV. Aduers. c. XVII.

PAG. XLIII.

Θᾶττον γὰρ καὶ ὡς εἰπεῖν ἐκ πυρὸς ἁρπάζουσι τὰ σκέλη.] alludit ad paroemiam, ὡς διὰ πυρὸς βαδίζειν. Chrysostomus Panegyrico IX. de SS. Bernice & Prosdoce: ἓν γὰρ μόνον σπουδάζουσιν, ὅπως τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῶν περιεξαρπάσωσι τῆς φλογὸς. καὶ τὸν τοῦ πυρὸς φεύγωσι δρόμον μετὰ πολλῆς ἐπείγοντα τῆς ταχύτητος.

Νῶτα δὲ καὶ τὰ ὀπίσθια Πλούτωνος καλοῦσιν ἴδια.] nam in diuisione patrimonij Ioui plagam orientalem, Plutoni occidentalem obtigisse fabulantur.

PAG. XLIV.

Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.] Homeri versus Iliad. Δ. Idem odyss. H. ἐρξέμεν· αἰεὶ γάρ τε νεώτεροι ἀφραδέουσιν.

Ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ οἰκουροῦσιν αἱ γυναῖκες.] D. Paullus epist. ad Titum mulieres esse vult οἰκουροὺς, ἀγαθὰς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι. Mulierem οἰκουρὸν esse oportere significabat Phidias per testudinem domiportã. celebratur enim inter eius opera Vrania Venus, ἡ τῷ ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ χελώνης βέβηκε, vt refert Pausanias Heliac. II. Τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. Ideóque Plutarchus ἐν γαμικ. παραγγέλμ. moris fuisse ait Aegyptiis mulieribus calceis non vti. τὰς αἰγυπτίας ὑποδήμασι χρῆσθαι τὸ παράπαν οὐκ ἦν, ὅπως ἐν οἴκῳ διημερεύωσι. Inter personas comicas notat Iul. Pollux οἰκουρὸν γρᾴδιον.

PAG. XLV.

Σιδηρέους γὰρ λέγομεν τοὺς πολλὰ κακὰ ὑπομένοντας.] Suidas: Σιδηροῦς ἄνθρωπος, ὁ

πολλὰ ὑπομένων κακά. Antipater lib.I.Antholog.

> Ταύρου βαθὺν τένοντα καὶ σιδαρέοις
> Ἄτλαντος ὤμοις.

Γεωργεῖν ἢ σπείρειν ἢ ἀροτριᾶν, ἢ φυτεύειν ἀγαθὸν τοῖς γῆμαι προῃρημένοις.] Matrimonium agriculturae imaginem quandam esse notaui ad Phaedri fab. XLII. Plutarchus in praeceptis coniugalibus: ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. καλῶς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Σοφοκλῆς εὔκαρπον Κυθέρειαν προσηγόρευσε.

Κεῖσθαι δὲ θυγατέρες, ἐξαμβλώματα.] hic aliquid deesse suspicatur Isac. Casaubonus. & quidem certe legendum mihi videtur κεῖσθαι δὲ θυγατέρες, ὀστάρια δὲ ἐξαμβλώματα aut, quod minus placet, κ. δὲ θυγατέρες καὶ ἐξαμβλώματα.

Pag. XLVI.

Ἰατροὺς δὲ ἰδεῖν χαλεπώτατον ἁπάντων.] Martialis lib.VI. Epigr. LIII. de subita morte Andragorae,

> *Tam subitae mortis caussam Faustine requiris?*
> *In somnis medicum viderat Hermocratem.*

Χρυσοχοεῖν δὲ πανουργίας σημαίνει διὰ τὰ ὑποκείμενα τῶν ἰῶν.] Aurifices vtuntur argento viuo rerum omnium veneno, vt ait Plinius lib. XXXIII. cap. VI. *Est & lapis in his venis, cuius vomica liquoris aeterni argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium. exest ac perrumpit vasa, permanans tabe dira. omnia ei innatant praeter aurum: id vnum ad se trahit. ideo & optimè purgat, ceteras eius sordes exspuens crebro iactatu fictilibus in vasis: ita vitiis abiectis, vt ipsum ab auro discedat.*

Καὶ τοὺς ὑποπεπλεγμένους ὅρμους.] contortiplicata monilia. Sic in sua officina Vulcanus apud Homerum recenset Πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας τε καὶ ὅρμους.

Χαλκεύειν τῷ γῆμαι βουλομένῳ εὔνουν γυναῖκα σημαίνει, διὰ τὰς φύσας, συμπνέουσι γάρ.] Συμπνεῖν, conspirare: idem velle atque idem nolle. quasi fiat in matrimonio quod Pythagoras in amicitia voluit, vnum è duobus; vel potius quod Deus iussit, in vna carne vna anima.

Μάχιμον δὲ διὰ τὰς σφύρας, ἠχοῦσι γάρ.] Poterat Artemidorus in bonam etiam partem hoc interpretari. ὥσπερ αἱ φθόγγοι δύο σύμφωνοι ληφθῶσι, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος, οὕτω πᾶσα πρᾶξις ἐν οἰκίᾳ σωφρονούσῃ πράττεται μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων ὁμονοούντων, ἐπιφαίνει δὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡγεμονίαν καὶ προαίρεσιν. Plutarchus ἐν γαμικ. παραγγέλ.

Pag. XLVII.

Φοβοῦνται γὰρ ἅμα καὶ πατοῦσιν οἱ μανθάνοντες.] Ausonius Protreptico ad nepotem Ausonium,

> *Tu quoque ne metuas, quamuis schola verbere multo*
> *Increpet, &c.*

Prudens vero Quintiliani monitum lib. I. Institut. orator. c. III. in aetatem infirmam & iniuriae obnoxiam nemini debere nimium licere. *Caedi vero discentes*, inquit, *quanquam & receptum sit, & Chrysippus non improbet,*

minime velim, quia deforme atque seruile est: & certe, quod conuenit si aetatem mutes, iniuria.

Pag. XLVIII.

Χρὴ γὰρ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι καὶ τὴν δεξιὰν ἐναπειλημμένην ἔχειν, διὰ τὸ ἀργὴν μὴ εἶναι.] Delenda negatio. Sic enim apud Suidam hic locus legitur: μόνοις δὲ ἐλευθέροις ἐφῆκεν ὁ νόμος ἐφηβεύειν· ἔχειν δὲ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι τὴν δεξιὰν ἔχειν ἐναπειλημμένην διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι εἰς ἔργα καὶ λόγους εἰς ἐνιαυτὸν, καὶ μὴ προϊέναι τὴν χεῖρα.

Ἐν δήμῳ γὰρ χρὴ εἶναι τὸν ἔφηβον.] Suidas: ἔνδημον δὲ χρὴ ε. τ. ἔ. Id vnum ephebis curae erat vt populo maxime grati essent. Atys apud Catullum

Egone à mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?
Abero foco, palaestra, stadio & gymnasiis, &c.

Καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκὴ, &c.] Notauit hunc locum Hadrianus Turnebus lib. XI. Aduers. c. VI.

Ἐφηβεία κακὸν ἐστιν ὀρθοῦ παισὶ καὶ ὁμοίως.] Haec etiam reperiuntur apud Suidam.

Οὐδὲ γὰρ εἰς μακρὰν ὁ ἔφηβος ἔσται ἀνήρ.] Donatus in Andriam: ἐφηβεία *prima pars adolescentiae, & extrema pueritiae.* Suid. ἐφηβεία, πίτης, ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας.

Τροχὸν ἐλαύνειν.] Vetus Glossarium, *Trochus rotae genus ad ludum. ludentum rota.* Graecanicum ludum fuisse docet Horatius lib. III. Carm. od. XXIII.

——nescit equo rudis
Haerere ingenuus puer,
Venaríque timet ludere doctior
Seu Graeco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.

Pueros aleas fugere, trocho ludere iubet Dionysius Cato. puerilem enim fuisse ludum declarant etiam ista, Martialis lib. XIV. epig. CLXVIII.

Inducenda rota est, das nobis vtile munus:
Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.

Sequenti epigrammate trochus belle depingitur:

Garrulus in laxo cur anulus orbe vagatur?
Cedat vt argutis obuia turba trochis.

& epigramm. XXII. lib. XI.

Lydia tam laxa est, &c.
Quam celer arguto qui sonat aere trochus.

atque hinc explicandus Propertij versus Eleg. XIV. lib. III.

Increpat & versi clauis adunca trochi.

versatus enim & agitatus à pueris trochus vna cum claue adunca siue anulo illo laxiore garrulus erat & argutus, ita vt sonaret & increparet, adeóque turbam quasi summoueret. Caue autem putes Trochum à Iuuenale per Lacedaemonium orbem significari. nec enim adsentior viro

magno qui lib.XXIV.Aduerſ.c.XXVIII.hoc putauit. ait enim Iuuenalis, pauperem non facile in libidinem accendi; & poſtquam multa laſciuiae luxuriaeque incentiua recenſuit,

Non capit has nugas humilis domus, inquit, *audiat ille*
Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans
Fornice mancipium quibus abſtinet: ille fruatur
Vocibus obſcoenis, omníque libidinis arte
Qui Lacedaemonium pytiſmate lubricat orbem.

diues ſcilicet qui in marmor Lacedaemonium expuit, qui per marmoreum pauimentum incedit. Sed haec alea eſt, Trocho iterum ludamus. Τροχὸς idem fuiſſe videtur atque Βέμβιξ. Sane non abſimiles fuiſſe luſus docent iſta ex epigram. Callimachi in Pittacum

Οἳ δ᾽ ἄρ᾽ ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες,
Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.

Scholiaſt. Ariſtoph. ad Veſpas & Aues, cuius verba ſic emendata leguntur apud Suidam: ἔστι δὲ βέμβιξ ἐργαλεῖον ὃ μάστιγι στρέφουσιν οἱ παῖδες, ἢ παίγνιον τῶν παίδων, ὡς τροχὸς, ὃς μάστιγι διωκόμενος στρέφεται. Bembix propriè Turbo, qui eleganter deſcribitur VII. Aeneid.

Ἁρπαστὸν δέ.] Harpaſti mentio frequens apud Martialem. Harpaſto raptim luditur. eſtque ludus coeleſtis, οὐρανία παιδιά. Iulio Polluci: ἡ μὲν ἀνακλάσας αὐτὴν ἀπορρίπτεις τὴν σφαῖραν εἰς τὸν οὐρανόν· τοῖς δ᾽ ἦν ἀγωμένοις φιλοτιμία πρὶν εἰς γῆν αὐτὴν ἐμπεσεῖν ἁρπάσαι.

Ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρα.] Naeuius Tarentilla:

——— *quaſi in choro pila*
Ludens datatim dat ſe & communem facit:
Alium tenet: alij nutat: alibi manus
Eſt occupata: alij perpellit pedem:
Alij annulum dat ſpectandum à labris. &c.

Ἁρτῆρες.] Legendum ἁλτῆρες. Martialis lib.XIV. epigr. XLIX.

Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti.

& lib.VII. epigram. LXVI.

Alteras agili rotat lacerto.

PAG. XLIX.

Θύλακοι δὲ καὶ σφαφίδες, καὶ ὑποδήματα.] Suidas: θύλακοι, καὶ σφῆνες, καὶ ὑποδήματα γυμνασίων εἴδη. Gloſſae: θύλακος, *follis*. Martialis

Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Κώρυκος Paullo Aeginetae lib.IV.c.I. καὶ γυμναζέσθω ποικίλως, τὰ μὲν ἀφαλλόμενος, τὰ δὲ πλεῖον ἁλτῆρσι τε καὶ κωρύκῳ χρώμενος.

Σφαφίδες.] Scribe, σφῆνες, vt eſt in Suida. fortaſſean autem erant pilae paganicae. Martialis:

Haec quae difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa eſt, & minus acta pila.

Σαλπίζειν δοκεῖν σάλπιγγι τῇ ἱερᾷ.] Suidas: Σάλπιγξ, ἱερατικὸν τοῦτο ὄργανον. ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι. Pollux lib. IV. ἔστι δέ τι καὶ πομπικὸν ἐπὶ πομπαῖς, καὶ ἱερουρ-

ἱερουργικὸν ἐπὶ θυσίαις.

Καὶ γὰρ ἐν πολέμῳ συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους.] Tuba enim ſigna militaria dantur. vnde in Tacticis ſaepe occurrit illud, *σημῆναι τῇ σάλπιγγι.*

Σύγκειται γὰρ ἐξ ὀστοῦ καὶ χαλκοῦ.] Pollux lib. IV. *Σάλπιγξ, τὸ μὲν εὕρημα τυῤῥηνικόν· τὸ δὲ σχῆμα εὐθεῖά τε καὶ καμπύλη. ἡ δὲ ὕλη, χαλκὸς καὶ σίδηρος. ἡ δὲ γλῶττα, ὀστίνη.*

Στρογγύλῃ δὲ σάλπιγγι σαλπίζειν.] Gloſſae veteres: *σάλπιγξ περιφερὴς, claſsica.* *Καμπύλη σάλπιγξ.* Polluci ſup.

Δοῦλοις ἢ χάριτι τῶν δεσποτῶν ἐλευθεροῖ. ἀλλὰ ἀναφωνήσαντας ἐλευθερωθῆναι λέγει.] Serui ad pileum & libertatem vocabantur *ἢ χάριτι τῶν δεσποτῶν*, in ſeditione, aut vrgente aliqua neceſſitate, aut publica vtilitate exigente. Seneca lib. VI. Epiſt. *Dicat nunc aliquis me vocare ad pileum ſeruos & dominos de faſtigio ſuo deiicere.* Sic apud Liuium lib. III. ſeruos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, ſe miſerrimi cuiuſque ſuſcepiſſe cauſſam dictitans, vt exſules iniuria pulſos in patriam reduceret, & ſeruitutis graue iugum demeret. Sic apud eundem lib. XXIV. ad premendas obſidione Syracuſas ſerui ad pileum vocati, carcere vincti emiſſi. & apud Suetonium Octauius Auguſt. xx ſeruorum CIↃ manumiſſis & ad remum datis, portum Iulium apud Baias, commiſſo in Lucrinum & Auernum lacum mari, effecit.

Αὐλεῖν δὲ πυθικοῖς αὐλοῖς.] Pollux: *πρὸς παιᾶνας δὲ οἱ πυθικοὶ αὐλοί. τελείους δ' αὐτοὺς ὠνόμαζον· ηὔλουν δὲ τὸ ἄχορον αὔλημα τὸ πυθικόν.*

Καταιακτιον.] L. *καταιακτιον.*

PAG. I.

Τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας.] Veteris comoediae meminit Horatius in Arte Poët.

> *Succeſsit vetus his comoedia, non ſine multa*
> *Laude, ſed in vitium libertas excidit.*

quid autem inter veterem ac nouam ſit diſcriminis docent excerpta illa è veteribus Gloſſographis Graecis praefixa Ariſtoph. comoediis.

Σκώμματα καὶ παραχαί.] Suidas: *κωμῳδεῖν, σκώπτειν. Κωμῳδίαι, ὕβρεις, διασυρμοὶ, ἐμπαίγματα.*

Σκώμματα καὶ παραχαὶ καὶ σάσις καὶ αἰσχρολογίας σημαίνει.] Ariſtoteles lib. de Poëtica cap. V. *Κωμῳδία ἐστὶ μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κακίαν, ἀλλὰ τοῦ αἰσχροῦ ἐστι τὸ γελοῖον μόριον. τὸ γὰρ γελοῖον ἐστὶν ἁμάρτημά τι καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, οὐ φθαρτικόν.*

Ἵππον κέλητα ἐλαύνειν.] Homeri Scholiaſtes Iliad. O. *κελητίζειν, ἵππον κέλητα ἐλαύνειν· κέλης ὁ μονάμπυξ, παρὰ τὸ κέλειν, τὸ βαδίζειν.* Suidas: *Κέλης ὁ μόνος ἵππος, γυμνός.*

Ἵππος γὰρ γυναικὶ μὲν καὶ ἐρωμένῃ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον.] Ipſe Artemidorus lib. IV. cap. XLIIX. *ὁ μὲν γὰρ ἵππος τὴν γυναῖκα ἐσήμαινεν.* Sic Anacreon puellam Threiciam quae nondum ſubacta ceruice iugum ferre didicerat, pullo equino comparat.

Πῶλε Θρῃκίη, &c.

Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

eadémque tralatione dixit Ouidius lib.II.de Arte,

Cum mora non tuta est, totis incumbere remis
Vtile, & admisso subdere calcar equo.

& lib.III.

Tu quoque cui rugis vterum Lucina notauit
Vt celer auersis vtere Parthus equis.

permulta apud poëtas huiusmodi nequitiarum exempla.

Τὸν ἐλατῆρα βαστάζει.] In veteri epigrammate Graeco Nauis cui nomen Ἑταίρα, ait,

Ἐλθόντα δέχομαι, πάντα βαστάζω ξένον.

Ὅμοιος δὲ ἐστι τῷ πλοίῳ.] Suidas: κέλητος μικρὸν πλοιάριον, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κέλητος ἵππου.

Ἄλλη μὲν γὰρ ἵππος.] Scribe, ἀλλά μὲν γ. ἵ. vel potius, ἀγὸς μὲν γὰρ ἵ.

Ἡμεῖς δὲ τὸν Ποσειδῶνα Ἵππιον καλοῦμεν.] Suidas Ἵππιος, ὁ Ποσειδῶν. Phurnutus: Ἵππιος δὲ ἀπὸ τοῦ ταχείαν τὴν διὰ θαλάσσης ὁδὸν εἶναι, καθάπερ ἵπποις ἡμῶν ταῖς ναυσὶ χρωμένων. Sed aliam huius epitheti caussam esse autumat Pausanias in Achaicis: ὀνομάσθαι δὲ Ἵππιον τὸν θεὸν πείθοιτο μὲν ἄν τις καὶ ἐπ' αἰτίαις ἄλλαις· ἐγὼ δὲ εὑρετὴν ἱππικῆς ὄντα ἀπὸ τούτου οἱ εἰκάζω καὶ τὸ ὄνομα εἰκάζω.

Φημὶ δὲ ἀγαθὸν ἐλευθέραις γυναιξὶν, ἅμα καὶ παρθένοις πλουσίαις, τὸ διὰ πόλεως ἅρμα ἐλαύνειν· ἀγαθὰς γὰρ ἱερωσύνας αὐταῖς προαγορεύει.] Sacerdotes feminas carpento per vrbem vehi solitas obseruauit Hadr. Turnebus lib.XI. Aduers. cap. VI. ex hoc Artemidori loco, qui & his Taciti verbis ex Annal. XII. confirmari possit. *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi: qui mos sacerdotibus, & sacris antiquitus concessus.*

PAG. 11.

Ἀγαθὰς ἱερωσύνας.] Sic Gallicè dicimus, *bons benefices.*

Περὶ πεντάθλου.] Festus: *Pentathlum antiqui quinquertium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat, iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione.* Videatur Pollux lib.IV.& c.1.lib.I.Antholog.

Ἔπειτα δὲ ζημίας τινὰς ἢ δαπάνας ἀκαίρους, ἢ ἐξοδιασμούς τινας προαγορεύει, διὰ τὸν δίσκον, ὃς χάλκεος ὢν τῶν χειρῶν ἀπορρίπτεται.] Aes suum scilicet opésque suas proiiciunt, qui δαπάνας ἀκαίρους faciunt. Discus autem aereus fuit. Martial. epigr. CLXIV. lib.XIV.

Splendida cum volitent Spartani pondera disci,
Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Διὰ τὰ πηδήματα τὰ ἐν τῇ ἀγωνίᾳ.] Aristoteles sectione V. Problem. IIX. ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ πένταθλος, πρὸς τοὺς ἁλτῆρας· καὶ ὁ θέων προσφερόμενος, πρὸς τὰς χεῖρας. διὸ ὁ μὲν μεῖζον ἅλλεται ἔχων, ἢ μὴ ἔχων ἁλτῆρας· ὁ δὲ, θᾶττον θεῖ παρασείων, ἢ μὴ παρασείων.

Ὁ δὲ δίαυλος τὰ αὐτὰ τῷ σταδίῳ σημαίνει.] Iulius Pollux lib.III. Δίαυλος, ὁ

τοῦ διαύλου ἀγωνιστὴς, καὶ ἀγωνιζόμενος τὸ διπλοῦν στάδιον, ἢ ἵππιον δρόμον· καὶ δρόμον τὸν ἀνακαμπτόν. Scholiastes Homeri Ἰλιάδ. Ρ. αὐλὸς καλεῖται πᾶν τὸ στενὸν καὶ ἐπίμηκες, κατὰ μεταφορὰν τοῦ ὀργάνου· ὅθεν τὸ στάδιον δίαυλον ἐκάλουν, διὰ τὸ μῆκος. Scholiastes Aristophanis in Auibus: Δίαυλος ὁ διπλοῦν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι. δολιχόδρομοι δὲ οἱ ἑπτὰ τρέχοντες, διὸ καὶ δολιχόδρομοι. οἱ γὰρ σταδιοδρόμοι διπλοῦν ποιοῦνται τὸν δρόμον. Item: δίαυλος, ὁ διστάδιος τόπος, ἡ μέτρον πήχεων σ. δίαυλος καὶ ἡ μακρὰ περίοδος. Vitruuius lib. V. cap. IX. *in palaestris peristylia quadrata ita sunt facienda, vt duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem, quod Graeci vocant* δίαυλον.

PAG. LII.

Ὡς καὶ ὁ δόλιχος ἐκ πολλῶν ὑποθέσεων ἐξαίρεται.] Repete quae ex Aristophanis Scholiaste protulimus: cuius verba etiam leguntur apud Suidam.

Ἐξκρίνεσθαι δὲ δοκεῖν.] Scribe hic vbique, Ἐκκρίνεσθαι. ipse infr. c. LXVI. ἐκβληθῆναι τοῦ ἀγῶνος.

Διὰ τὸ τοῦ ἱεροῦ ἀγῶνος μὴ μετεῖναι αὐτοῦ.] ἱερὸς ἀγὼν, στεφανίτης. Pollux lib. III. τοὺς μὲν οὖν καλουμένους ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλεσαν καὶ φυλλίνας.

Καὶ ἐκ δακτύλων δύο περὶ μίαν τὸ λεγόμενον ποιήσας.] Vide an legendum potius sit, ἢ ἐκ δ. δ. ἀγωνίαν τὸ λεγό. π.

PAG. LIII.

Οὐ γὰρ ἐκκριθῆναι σημαίνει τοῖς παισί.] Scribendum videtur, ποῦ γὰρ ἐκ. σ. minime, inquit, bonum est athletae puero colluctari & congredi viro. hoc enim puero reprobationem significat.

Πυκτεύειν πάντα βλαβερόν. ἢ γὰρ ἄσχημον γίνεται τὸ πρόσωπον.] Pugilis os deforme. pugillatus enim cruentus erat, & inhonestis vulneribus faciem deturpabat; vt cernere est in pugna Daretis & Entelli V. Aeneid. Euripides in Autolyco apud Athenaeum lib. X. pugilem designans dixit: ἀνὴρ γνάθον παίσας καλῶς. & apud eundem Xenophanes Colophonius πυκτοσύνην ἐμπεπονηκότα vocat. Sic apud Plautum in Capteiueis Hegio multa minantem Ergasilum ridens,

——*hic homo pugillatum incipit.*

respondet Ergasilus, *Facere certum est.* & paullo post:

——*tum genu vt quémque icero, ad terram dabo.*
Dentilegos omnes mortales faciam, quemquem offendero.

Tertullianus lib. de Spectaculis: *Sed quae in stadio geruntur, indigna conspectui tuo non negabis. pugnos, & calces, & colaphos, & omnem petulantiam manus, & quamcunque humani oris, id est, diuinae imaginis depugnationem.* Ibidem: *Tales enim cicatrices caestuum, & callos pugnorum, & aurium fungos à Deo cum suo plasmate accepit?* Et in Scorpiaco aduersus Gnosticos, cap. VI. *pugni quassant, calces arietant, caestus dilaniant, flagella dilacerant: nemo tamen agonis praesidem suggillauerit, quod homines violentiae obiectet. iniuriarum actiones extra stadium. &c.*

Τὸ δὲ παγκράτιον τὰ αὐτὰ τῇ πυγμῇ σημαίνει.] Suidas: παγκράτιον, πυγμὴ, ἀγὼν, πάλη, ἄθλησις. παγκρατιασταὶ, ἀθληταὶ, πύκται· ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσι.

Τὸ δὲ ὅπλον τὸ λεγόμενον, πολλακὶς σημαίνει.] Notauit hunc locum vir incomparabilis doctrinae Iosephus Scaliger Notis ad Manilij Sphaeram barbaricam, ad illa verba:

Aut solo vectatus equo. nunc arma mouebit.

déque armatura intelligendum monuit. Sed mendum hîc subesse existimo, legendúmque in lemmate, περὶ ἄθλου, & deinceps, τὸ δὲ ἆθλον τὸ λεγόμενον, &c. est enim ἄθλον, βραβεῖον, corona, πλοῦταιον καὶ ἐπὶ πᾶσι, finis scilicet & quasi scopus quem sibi tandem post exantlatos labores maximos proponunt agonistae. Sic ipse Artemid. in praecedenti cap. τὰ ἆθλα καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπὶ τέλος ἀγει, ὅταν μέχρι στεφάνου τις ἀφίκηται.

Ἄθλον.] Glossae veteres, Ἄθλον, *Missum.* quod temere reiiciendum non puto, quamuis in codice ms. legatur, *miserum.*

PAG. LIV.

Οἱ μὲν πάνυ παλαιοὶ τὸ λύεσθαι οὐ καλὸν ἐνόμιζον εἶναι· βαλανεῖα γὰρ οὐκ ᾔδεσαν.] Suidas in voce Βαλανειομφαλοῖς. ὅτι τὸ καταρχὰς μὴ ὄντων βαλανείων, ἐν ταῖς σκάφαις καὶ πυέλοις οἱ ἀρχαῖοι ἐλούοντο.

Ἐν ταῖς λεγομέναις ἀσαμίνθοις ἐλούοντο.] Homerus Ἰλιάδ. Κ. sub finem,

Ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας λούσαντο.

Suidas: ἀσάμινθος ἡ πύελος, ἡ σκάφη. ἐν αἷς οἱ ἀρχαῖοι ἐλούοντο· οὐκ ἦσαν γὰρ βαλανεῖα. παρὰ τὸ ἄσιν μινύθειν. Scholiastes Homeri: ἀσαμίνθους, πυέλους, σκάφας, παρὰ τὸ τὴν ἄσιν, τὸν ῥύπον μινύθειν. Asaminthi meminit etiam Pollux lib. X. cap. περὶ τῶν ἐν τῷ βαλανείῳ σκευῶν.

Ἔτι δὲ ἀγωνίας τε τὰ δεῖνα τῆς ψυχῆς. [Scribe, τὰ δεινὰ τῆς ψυχῆς.

Ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου ἐλούοντο.] quod in Homeri rhapsodia obseruatur non semel. & notat Athenaeus lib. I. ἴσασι δὲ καὶ λουτρὰ ἄκη πόνων παντοίων. κόπον μὲν θαλάττῃ λύοντες ἣ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ προσφορος· ἀναχαλῶντες δὲ ταῖς ἐμβάσεσι τὰς τῶν μυῶν συντάσεις, εἶτ' ἐπαλειφοντες λίπα, πρὸς τὸ μὴ ξηρανθέντος τοῦ ὕδατος ἀποσκληρυμμένα γίνεσθαι τὰ σώματα, &c.

Καὶ ἔστι, πῶς τὸ βαλανεῖον οὐδὲν ἄλλο ἢ ὁδὸς ἐπὶ τρυφήν.] Aliter legitur in Suida; ἐστὶ δὲ τὸ βαλανεῖον ὁδὸς ἐπὶ τρυφήν. nec male.

Οἱ περὶ μεγάλων ἀγωνιῶντες ἐν τοῖς ἱματίοις ἱδροῦσι.] Persius Sat. III.

Quae pater adductis sudans audiret amicis.

Vetus Interpres: *sudans, id est, sollicitus de spe filij recitantis.* scilicet tanquam de re maximi momenti.

PAG. LV.

Οἶδα δέ τινα κιθαρῳδὸν ἐν Σμύρνῃ.] Ephesius erat Artemidorus. Smyrna autem dicta Ephesus. Strabo lib. XIV. postquam recensuit XII. Ionicas vrbes, προσελήφθη δὲ ὕστερον καὶ Σμύρνα, εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύνοικοι τὸ παλαιὸν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος. paullo post: Σμύρνα δ' ἦν Ἀμαζὼν ἡ κατασχοῦσα τὴν Ἔφεσον· ἀφ' ἧς τοὔνομα καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῇ πόλει. Eustathius ad Dionysij periegesin. καὶ ἡ Σμύρνα δὲ Ἀμαζὼν οὖσα καὶ αὐτὴ, κατασχεῖν τὴν Ἔφεσον λέγεται, ἀφ' ἧς καὶ Σμύρνα τόπος Ἐφέσου, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἔφεσον Σμύρναν κληθῆναι λέγουσι.

Πανύασις ὁ Ἁλικαρνασσεύς.] Suidas: Πανύασις Ἁλικαρνασσεὺς, νεώτερος, φιλόσοφος,

περὶ ὀνείρων βιβλία β.

Στριγίδες.] Scribe, στλεγγίδες. Suidas ex hoc Artemidori loco: στλεγγίδες καὶ καταμάγια, τὰ εἰς τὸ λούεσθαι χρειώδη, καὶ ξύστραι, καὶ λήκυθος, καὶ ξυστροφύλαξ, εἴδη λουτρῶν ἐπιτήδεια.

Ξύστραι.] Glossae veteres: Ξύστρα, *strigila, strigilis*. ξυστροποιὸς, *strigilarius*. Ξύω, *rado, stricto*. rectius in cod.ms. *strigo, polio*.

Λήκυθος.] Glossae sub titulo de aereis: *Ampulla*, λήκυθος. vide Suidam.

Pag. LVI.

Δοκεῖ δέ μοι ἐν καιρῷ ἄν τις εἰπεῖν τὸ Ξενοφῶντος τοῦ Σωκρατικοῦ.] Socrates in Xenophontis Symposio: ἀλλὰ πίνειν μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ. τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει. τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. quae verba etiam citantur ab Athenaeo lib.XI. Deipnosophist.

Μυρτίτην.] Vinum myrteum M. Catoni lib. de re Rust. c.CXXV. myrtites Plinio lib.XIV.c.XVI.

Ὄξος δὲ πίνειν δοκεῖν, στασιάσαι σημαίνει πρὸς τοὺς οἰκείους.] Aristophanes in Equitibus:

ἐμαχόμεθ' αὐτοῖσι θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες.

Διὰ τὴν τοῦ στόματος συστροφήν.] Ea vero συστροφὴ contingit ob aceti acrimoniam quam Plinius *nequitiam* vocauit lib.XIV.cap.XX. *aceti nequitiae*, inquit, *inest virtus ad magnos vsus*. Arnobius *perfidiam*, lib.I. aduers. gent. *sub ipsis in potu labris in acoris perfidiam vinum repente mutari*.

Ἔστι γὰρ οὐδὲν ἄλλο ὁ γάρος ἢ σηπεδών.] Vetus Glossarium, Γάρον, *liquamen*. Suidas: Γάρος ἀρσενικῶς λέγεται ἔστι δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ σηπεδών. Plinius lib.XXXI. cap.VII. *aliud etiamnum liquoris exquisiti genus quod Garon vocauere, intestinis piscium, ceterisque quae abiicienda essent sale maceratis, vt sit illa putrescentium sanies*. Idem lib.IX.cap.VII. vbi de mullis: *Marcus Apicius ad omne luxus ingenium mirus, in sociorum garo, nam ea quoque res cognomen inuenit, necari eos praecellens putauit, atque è iecore eorum alecem excogitare prouocauit*. Apicius in Polytele: *fungi faginei elixi calidi exsiccati in garo, pipere accipiuntur, ita vt piper cum liquamine teras*. ad eúmque locum multa eruditè notauit Gabriel Humelbergius.

Pag. LVII.

Ἔτι τὰ κεραστὰ καὶ διὰ τὴν ἀρχαιότητα ἀγαθά.] Interpres Homeri ad illud Ιλιάδ. Θ.

Οἶνον τ' ἐκεράσσασα πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

ἐκεράσσασα, inquit, εἰς κέρας. πρὸ τοῦ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, εἰς κέρας ἔπινον. Athenaeus lib.XI. τοὺς πρώτους λέγεται τοῖς κέρασι τῶν βοῶν πίνειν, ἀφ' οὗ τὸν Διόνυσον κερασφυᾶ πλάττεσθαι· ἔτι δὲ ταῦρον καλεῖσθαι ὑπὸ πολλῶν ποιητῶν. &c. multa enim ibi de poculis corneis.

Τὰ δὲ ὑάλινα τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει διὰ τὸ διαφανές.] Horatius lib. I. od. XIIX. *Arcanique fides prodiga perlucidior vitro*. Plinius lib. XIV. cap. vlt. vbi de ebrietate: *Tunc animi secreta proferuntur. alij testamenta sua nuncupant. alij mortifera loquuntur. redituráſque per iugulum voces non continent, quammultis*

ita interemptis. vulgóque veritas iam attributa vino est.

Σέρις.] Plinius lib.XX.cap.VIII. Dioscorides lib.II.cap.CLX. Σέρις διττή. ὧν ἡ μὲν ἀγρία, πικρὶς ἢ καὶ κιχώριον καλουμένη. ἡ δέ τις ἐστὶ καὶ πλατυφυλλοτέρα καὶ εὐστομαχωτέρα τῆς κηπευτῆς. Suidas: Σέρις εἶδος λαχάνων, τὰ παρ' ἡμῖν σέρια λεγόμενα. αἱ πικρίδες παρ' ἄλλοις. ἢ μᾶλλον τ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, μαχιδονίσια.

Θριδακίναι καὶ εἴ τι ἄλλο ὅμοιον.] fortasse legendum, θριδακίναι καὶ πικρίδες, καὶ εἴ τι ἄλλο, &c.

Pag. LVIII.

Ἐπειδὴ ἄμπελος μόνη κράμβῃ οὐ συμπλέκεται.] Crambe siue brassica viti adeóque vino inimica, τὰς ἐκ κραιπάλης καὶ οἴνου κακίας σβέννυσιν ἐπιλαμβανομένη, vt ait Dioscorides lib. II. cap. CXLVI. Cicero lib. II. de nat. Deor. *Vites à caulibus brassicisque si prope sati sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.* Plinius lib.XX.cap.IX. *Hanc alij* crambem *petream vocant, inimicissimam vino, quam praecipue vitis fugiat; aut, si non possit fugere, moriatur.* Suidas. Κράμβη τῷ κάρῳ ἀντιβαίνουσα, ὅθεν καὶ πρώτη ἐν συμποσίοις δίδοται, καὶ παρ' ἄμπελον οὐ φυτεύεται.

Ἤπια γὰρ τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ καλοῦσι.] Suidas: ἤπιον, προσφιλέστατον, προσηνέστατον.

Καὶ γὰρ τὸ ἔκλυτον ἤπιον καλεῖται.] Suidas: ἤπιοι, ἔκλυτοι, ἀσθενεῖς.

Εἴ τις πολλὰ κρόμμυα δόξειεν ἐσθίειν.] Suidas: κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν. Aristophanes in Ranis: Τί δῆτα κλαίεις; ΔΙ. κρομμύων ὀσφραίνομαι. Scholiastes: σημαίνει τὸ δακρύειν ἀκουσίως. τοῦτο γὰρ συμβαίνει τοῖς ὀσφραινομένοις κρομμύων. ita enim reficiendus mihi videtur ille locus.

Πισοῦ.] Glossae veteres, Πισός, *Pisus*. Item: *Pisus*, Πίσος. Scholiastes Aristophanis in Pluto. λέκιθος δὲ κυρίως τὸ ξανθὸν τοῦ ᾠοῦ, διὰ τὸ τῷ λέπει κεύθεσθαι. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀσπρίου, ὃ καλεῖται πίσον. ὅτι ἐν Πίσῃ τῆς Ἤλιδος καταφόρως φύεται, διὰ τὸ ἐοικέναι τὴν χροιὰν λεκίθῳ ᾠοῦ.

Ἐρεγμὸς δὲ καὶ κύαμος.] Vetus Glossarium: *Faba frensa*, Ἐρεγμός. *Faba solida*, Κύαμος. Festus: *Frendere, est frangere; vnde & faba fressa.*

Κύαμος πνεύματος ποιητικὸς ἄτοπον.] Hippocrates lib.II. de victus rat. κύαμοι, τρόφιμόν τι, καὶ στατικὸν, καὶ φυσῶδες. φυσῶδες μὲν, ὅτι οὐ δέχονται οἱ πόροι τὴν τροφὴν ἄλλην ἐπιοῦσαν. Didymus in Geoponicis collectis à Cassiano Basso Scholastico, lib. II. οἱ δὲ φυσικοί φασι τοὺς κυάμους ἀμβλύνειν τὰς καρδίας τῶν ἐσθιόντων αὐτούς. διὸ καὶ ἐμποδίζειν ταῖς εὐθυονειρίαις νομίζονται. εἰσὶ γὰρ πνευματώδεις. Theophrastus lib. V. causarum naturalium: οἱ Πυθαγόρειοι ἀπηγορεύκασι τῶν κυάμων χρῆσθαι· καὶ γὰρ πνευματοποιὸν καὶ δυσαπεπτον· καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ἡμῖν ἐμποιεῖν. Tertull. lib. de An. c. XLIIX. *Pythagorici fabam respuunt, oncrosum & inflatum pabulum.* Vid. Cl. Alexand. Stromat. III. & A. Gellius lib. IV. cap. XI.

Ὅτι πάσης πόλεως καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀπελήλαται.] quod Aegyptiis quidem vsitatum fuit, qui fabam impurum legumen censebant, vt tradit Herodotus in Euterpe: κυάμους δὲ οὔτι μάλα σπείρουσι Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τούς τε γινομένους οὔτε τρώγουσι, οὔτε ἕψοντες πατέονται. οἱ δὲ δὴ ἱρέες, οὐδὲ ὁρέοντες ἀνέχονται, νομίζοντες οὐ καθαρὸν μιν εἶναι ὄσπριον. Pompeius Festus: *Fabam nec tangere nec nominare Diali flamini licet, quod ea putatur ad mortuos pertinere. nam & le-*

muralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore eius luctus litterae apparere videntur. Faba igitur minime ab omnibus sacris reiecta. Plinius lib. XIIX. cap. XII. *quin & prisco ritu fabacia suae relligionis Diis in sacro est.* Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XII. *& quia cordis beneficio cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publici status, hanc Deam quae vitalibus praest templo sacrauit. cui pulte fabacia & larido sacrificatur: quod his maxime rebus vires corporis roborentur. nam & Calendae Iuniae Fabariae vulgo vocantur: quia hoc mense adultae fabae diuinis rebus adhibentur.* Pollux lib. VI. c. IX. κύαμοι, οἱ δὲ πύανοι, ἀφ' ὧν καὶ τὰ πυανέψια ἑορτή. Videatur Harpocration.

PAG. LIX.

Καθόλου μὲν γὰρ πένησι οἱ ῥυπαροὶ ἄρτοι· πλουσίοις δὲ οἱ καθαρῶς καθαροί.] Hanc panis diuersitatem luxuriae tribuit Plinius lib. XIX. cap. IV. *Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro, pauperibus interdicta.* & post paullo. *è frugibus quoque quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriam, ac medullam tantum earum, superque pistrinarum operibus & caelaturis viuere, alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus vsque ad infimam plebem descendente annona.* Panis καθαρὸς, mundus, Lamprid. in Alex. Seuero: *panis mundi pondo xxx, panis sequentis ad donandum pondo L.* Panis pulcerrimus Horat. Sat. V. lib. I. Pollux lib. VI. cap. XI. Αἰγύπτιοι δὲ τοὺς εἰς ὀξὺ αἰλουρωμένους ἄρτους καλλίστους ὠνόμαζον. Didymus lib. II. Geoponicorum. σταφυλὰς πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἀρτοποιεῖν βάλλοντες εἰς ὕδωρ, τῇ ἑξῆς τὰς ἐπιπλεύσας ἄρας συμπιέζουσι, καὶ τῇ ῥυείσῃ νοτίδι ἀντὶ ζύμης χρῶνται, καὶ ποιοῦσι τοὺς ἄρτους ἡδίους καὶ λαμπροτέρους. Panis ῥυπαρὸς, sordidus, furfuribus consparsus. panis niger, Martialis epig. LVII. lib. XI.

—— *nigro pane carere potes.*

panes sordidi, magni. Athenaeus lib. III. Πλάτων δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Νυκτὶ μακρᾷ τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς, κιλικίους ὀνομάζει. Panem ῥυπαρὸν innuit Persius Sat. III. cum ait,

Durum olus, & populi cribo decussa farino.

Glossae veteres hanc farinam interpretantur, *panem non deliciosius cribro discussum, sed plebeium, de populi annona, id est, fiscalem.* qualem fortasse Lampridius vocat, *panem sequentem,* & Horatius *secundum,* lib. II. Ep.

—— *uiuit siliquis & pane secundo.*

Sic inuenio δευτερείους ἄρτους apud Geoponicorum auctores lib. II. vt apud Plinium *deuteria, secundaria, & operaria vina,* lib. XIV. cap. x. & apud Dioscoridem lib. V. cap. XIII. οἶνον δευτερεῖον καὶ ἀδυνάμον. Sic etiam *cibarium panem.* M. Tull. Tusculan. V. *Ptolemaeo peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis, cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.* Apuleius lib. VI. Metamor. *& frusto cibarij panis ei proiecto, cubitum facessit.*

Ἀπνίας.] L. *ἀπνίας.*

Ἔστι δὲ τὰ πρόβατα οὐδὲν ἄλλο ἢ ἄνθρωποι.] Ipse Artemid. lib. II. cap. XII. πρόβατα ἀνθρώποις ἐοίκασι, διὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ποιμένι καὶ συναυλίζεσθαι. Ideóque

reges dicti ποιμένες λαῶν. Clemens Alexandrinus Stromat. I. προγυμνασία γὰρ βασιλείας, ἡ μάλιστα τῆς ἡμερωτάτης τῶν ἀνθρώπων ἐπιστατεῖν ἀγέλης, ἡ ποιμενική· καθάπερ καὶ τοῖς πολεμικοῖς τῇ φύσει ἡ θηρευτική. Disertissimè Philo Iudaeus libro qui inscribitur βίος πολιτικοῦ. Ὅθεν οἶμαι, inquit, καὶ τὸ ποιητικὸν γένος ποιμένας λαῶν τοὺς βασιλεῖς εἴωθεν ὀνομάζειν. ὁ γὰρ τὴν ποιμενικὴν ἄκρος, ἄριστος ἂν εἴη καὶ βασιλεύς, τῆς καλλίστης ζώων ἀγέλης ἀνθρώπων τὴν ἐπιμέλειαν ἐν ταῖς ἐλάττοσιν σπουδῆς ἀξίαις ἀναδιδαχθείς. καὶ καθάπερ τῷ μέλλοντι πολεμαρχεῖν καὶ στρατηγεῖν ἀναγκαιότατα αἱ περὶ τὰ κυνηγέσια μελέται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἷς ἐλπὶς ἐπιτροπεῦσαι πόλεως, οἰκειότατον ποιμενική, προαγωγή τις οὖσα στρατηγίας.

Βόεια.] Glossographi veteres, titulo περὶ κρεῶν. *Bubal*, βόειον.

Δούλοις δὲ βασάνους διὰ τὸν ἱμάντα καὶ τὴν ταυρείαν.] Seruos scilicet viuos mortui saepe incursabant boues, vt loquitur Plautus. castigabantur enim illi taureis, bubulis coriis, bubulis exuuiis, censione bubula, bubulis monumentis, bubulis cottabis. ideóque dicti *bucaedae*. Ταυρεία, Taurea. Iuuenalis Sat. VI.

> ——— *taurea punit*
> *Continuò flexi crimen facinúsque capilli.*

Glossae veteres: *Taureae, plagae, nerui.*

Ταῖς δὲ ἐν χειμῶνι διάγουσιν ἀγαθὰ τετήρηται.] Corruptum hunc locum repentina sed certissima coniectura felicissimè restituit magnus ille Isacius Casaubonus: τὰ δὲ αἶγα τοῖς ἐν χειμῶνι διάγουσιν ἀγαθὰ τετήρηται.

Ὅτι χειμῶνι ὁμώνυμα ὄντα τὰ ζῷα εἰρήνται.] αἶγες scilicet, caprae. αἰγὶς autem est χειμών. Ipse Artemidorus lib. II. c. XII. αἶγες πᾶσαι πονηραί, καὶ μάλιστα τοῖς πλέουσι· καὶ γὰρ τὰ μεγάλα κύματα αἶγας ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν.

PAG. LX.

Ἐπὶ μὲν κρατεῖ ἡ ἡμετέρα φύσις ὠμῶν κρεῶν.] Hippocrates lib. II. de victus ratione. τὰ δὲ ἔναιμα τροφώδεα καὶ ἐρυγμώδεά ἐστι, διότι δεῖ τῷ πυρὶ κατεργασθῆναι, ταῦτα ἡ κοιλίη διαφορέουσα ἀσθενεστέρη ἐοῦσα τῶν ἐσιόντων.

Ὡς γε φιλεῖ γενέσθαι ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ.] Hannibalem humanis corporibus vesci militem suum docuisse ait Liuius lib. XXIV. *Hunc natura & moribus immitem ferumque, insuper dux ipse efferauit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis, &, quod proloqui etiam piget, vesci humanis corporibus docendo. hos infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atque habere dominos, &c.* Arnobius lib. II. *& ad vltimum vi famis humanis cadaueribus incubarent.* D. Chrysostomus Homilia in S. Lucianum: καὶ ἵνα μάθῃς ὅσον ἐστὶ λιμός, καὶ τέκνων ἀπεγεύσαντο μητέρες πολλάκις τὴν τοῦ κακοῦ τούτου βίαν οὐκ ἐνεγκοῦσαι· καὶ ταύτην τὴν συμφορὰν τραγῳδῶν ὁ προφήτης ἔλεγε. χεῖρες γυναικῶν οἰκτιρμόνων ἥψησαν τὰ τέκνα αὐτῶν. οἱ τίκτοι κατήσθιον, καὶ τῶν γεννηθέντων παιδίων ἡ τεκοῦσα γαστὴρ ἐγένετο τάφος, καὶ φύσεως ἐκράτησεν ὁ λιμός. Vid. Plinius lib. VII. c. II. Iuuenalis Sat. XV. Petronius sub finem Satyr.

Τρόπον γάρ τινα οἱ ἄνθρωποι ὅταν ὠφελῶνται παρ' ἀλλήλων, ἐσθίουσιν ἀλλήλους.] Homines mutua hominum opera res omnes, sine quibus vita retineri nequit, sibi comparant, ideóque quasi hominibus ipsis vesci videntur. Sic Diomedem poëtae quia opes suas omnes alendis equis prodigebat, equos

equos ἀνδροφάγους habuisse fabulati sunt. Phurnutus: καὶ μέχρι τούτου ἵπποις ἔδωκε, ἕως οὗ τὰ αὐτοῦ ἀπώλεσε, καὶ πάντα πωλῶν κατηνάλωσεν εἰς τὴν τῶν ἵππων τροφήν. οἱ οὖν φίλοι τοὺς ἵππους ἀνδροφάγους ὠνόμασαν.

Τοῖς ἄλλοις γεγονότας.] L. τ. ἄλλως γ.

PAG. LXI.

Διὰ γὰρ τῶν ἁλῶν ἐπιπολὺ τηρεῖται.] Salem diuinum Homerus vocauit, eo quod putredinem & quasi mortalitatem à carnibus arceat. Plutarchus Sympoſiac. VI. problem. x. ἢ μὴν ἀλλὰ καὶ σκόπει μὴ κἀκεῖνο θεῖον αὐτοῦ συμβέβηκεν, ὅτι τῶν σωμάτων τὰ νεκρὰ διατηροῦν ἄσηπτα καὶ μόνιμα πολὺν χρόνον, ἀντιτάττεται τῷ θανάτῳ, καὶ οὐκ ἐᾷ παντελῶς ἐξολέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι τὸ θνητόν. ἀλλ' ὥσπερ ἡ ψυχὴ, θειότατον οὖσα τῶν ἡμετέρων, τὰ ζῶα συνέχει, καὶ ῥεῖν οὐκ ἐᾷ τὸν ὄγκον, οὕτως ἡ τῶν ἁλῶν φύσις τὰ νεκρὰ παραλαμβάνουσα, καὶ μιμουμένη τὸ τῆς ψυχῆς ἔργον, ἀντιλαμβάνεται φερομένων ἐπὶ τὴν φθορὰν καὶ κρατεῖ καὶ ἵστησιν, ἁρμονίαν παρέχουσα καὶ φιλίαν πρὸς ἄλληλα τοῖς μέρεσι·

Διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἁλῶν πήγνυσθαι.] Plutarchus Quaeſt. Nat. III. τὴν πιμελὴν τήκουσιν αἱ ἅλες καὶ διαχέουσιν. vnde & Virgilius I. Aeneid.

——— optata potiuntur Troes arena,

Et ſale tabentes artus in littore ponunt.

Οἱ δὲ πεπυρωμένοι, δόλον καὶ ἐνέδραν σημαίνουσι. ταῦτα γὰρ καὶ ὁ τυρὸς προσαγορεύει.] ſcilicet propter homonymiam verbi τυρεύειν. videatur Pollux lib. VI. cap. XXXII. & Euſtathius ad Ἰλιάδ. Λ.

Ἦν γὰρ ὁ πυραμοῦς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος.] Scholiaſt. Ariſtophanis ad Equit. Πυραμοῦς δὲ, εἶδος πλακοῦντος ἐκ σησάμης ἑφθοῦ καὶ πυρῶν πεφρυγμένων. ὡς καὶ σησαμοῦς τὸ διὰ σησάμου. ταῦτα δὲ ἐτίθεσαν ἆθλα τοῖς διαγρυπνηταῖς. εἰώθασι δὲ ἐν τοῖς συμποσίοις ἁμιλλᾶσθαι περὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὁ διαγρυπνήσας μέχρι τῆς ἕω, ἐλάμβανε τὸν πυραμοῦντα. eadémque fere verba reperiuntur etiam in Suida.

Τὰ δὲ χειμερινὰ κυδώνια καλούμενα, λυπηρὰ διὰ τὸ στύφον.] Hippocrates lib. II. περὶ διαίτ. Κυδώνια, στυπτικὰ, καὶ οὐ διαχωρέουσιν. Cydonia, cotonea, Plin. lib. XIII. cap. XI.

PAG. LXII.

Καὶ τὰ λεγόμενα λεπτοκάρυα.] Veteres Gloſſae, Λεπτοκάρυον, *auellanum, corilum.* & tit. περὶ δένδρων, *Auolana*, λεπτοκάρυα. Κάρυα ποντικά. Dioſcorid. lib. I. cap. CCLXXX. τὰ δὲ ποντικὰ ἃ ἔνιοι λεπτοκάρυα καλοῦσι, ἐστὶ κακοστόμαχα. in Geoponicis extat caput περὶ ποντικοῦ τοῦ καλουμένου λεπτοκαρύου. è Ponto ſcilicet venere, & ideo Ponticae nuces vocantur, vt ait Plin. lib. XV. cap. XXII. In vetere Gloſſario, *Caluae*, ποντικὰ πεφρυγμένα. per archaiſmum vero, *galbae*, Plin. ibid.

Καὶ ὅσα καταπίπτει ταραχὰς διὰ τὸν ψόφον σημαίνει.] Nuces cadendo tripudium ſonúmque faciunt: ideo nuptialium feſcenninorum comites, & nuptiis religioſae. ſed aliam rationem magis probat Plinius. *Nec non & honor his naturae peculiaris, gemino protectis operimento; puluinati primum calycis, mox lignei putaminis. quae cauſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis foetu munito: quod eſt veriſimilius, quam quia cadendo tripudium ſonúmve faciant.* Seruius ad illud Eclogae VIII. *Sparge marite nuces. ideo à nouo marito nu-*

ces spargi debere dicitur, quod proiectae in terram tripudium felissimum faciant, quod auspicium ad rem patrandam optimum est. vel ideo à pueris aspergendas nuces cum strepitu & conuicio flagitari, nequid noua nupta audiat aduersum, quo dies nuptiarum dirimatur. Idem. *nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, vt rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellae vox virginitatem deponentis possit audiri.* Catullus,

Da nucis pueris, iners
Concubine. satis diu
Lusisti nucibus.

Δουλείας ἐκ ὑποταγῆς διὰ τὸ ἐν Ελευσῖνι λόγον.] Acdestis fabulam innuit quae narratur à Clem. Alexand. in Protrept. & Arnobio lib. V. aduers. gent.

Περσικά.] Persicorum duo genera supernatia & popularia, Plinio lib. XIII. cap. XII. Persicum malum, mollusca nux Plauto & Sueuio apud Macrob. lib. II. Saturn. cap. XIV. Diphilus Siphnius apud Athenaeum lib. III. Περσικὰ λεγόμενα μῆλα ὑπὸ τινῶν δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ὄντ' εὔχυλα, θρεπτικώτερα δὲ τῶν μήλων.

Βερίκκια.] Scribendum videtur πραικόκια. Martialis lib. XIII. epig. XLVI.

Vilia maternis fueramus praecoqua ramis:
Nunc in adoptiuis Persica cara sumus.

Plinius lib. XIII. cap. XII. *aestate praecocia intra XXX dies reperta.* Dioscorides lib. I. cap. CLXVI. τὰ δὲ μικρότερα καλούμενα ἀρμένια, ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια, εὐστομαχώτερα τῶν εἰρημένων εἰσί. in quibusdam tamen codicibus legitur, βρεκόκια: & in Suida: κοκκύμηλα εἶδος ὀπωρῶν τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα βρεικοκκα.

Καὶ πάντα τὰ ὥρια.] ὡραῖα, scilicet, quae fugacia sunt decerpique properant, quorum velocitas cito mitescentium transuolat, cogúntque se venundari.

Ἐπὶ τὸ δένδρον.] L. ἀπὸ τὸ δ.

Οἶδα δὲ ἐξ αὐτῶν παρά τισι καὶ ποτὸν σκευαζόμενον.] Plinius lib. XIV. cap. XVI. *vinum fit & è siliqua Syriaca, & è piris malorúmque omnibus generibus.*

Pag. LXIII.

Πίνακες.] Glossae veteres, Πίναξ, *catinus.* Item, *Catillus* πίναξ. reperies etiam πινάκια, πινακίσκους, πινακίσκια apud Pollucem lib. VI. cap. XII. & lib. X. cap. XXIII.

Παροψίδες.] Suidas, παροψίς, ἐμβάφιον, ὀξυβάφιον.

Λυχνία.] Pollux, λυχνίον ἐφ' οὗ ἐπίκειται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη λυχνία.

Διὰ τὸ εὐαπόσβεστον.] Hadriano interroganti, Quid est homo? Epictetus resp. Lucerna in vento posita.

Καὶ ἔρωτα διὰ τὸ ἀναλάμπειν.] Hadriano interroganti, Quare Venus Vulcano nupta est, Epictetus resp. Ostendit amorem amore incendi.

Τράπεζα δὲ τρίποδας ὑδὲν διαφέρει.] Pollux lib. X. c. XXIII. ἡ ὑποκειμένη τοῖς ὄψοις τράπεζα, καὶ τρίπους αὐ καλεῖται.

Οἱ τοῖχοι τῶν κλινῶν.] Spondae, ἐνήλατα, latera lectorum. vt in Antholog.

lib. I. c.xxxiii. πῆχος πώς. vnde & πήχυχος apud Artemidorum sup.

Τραπεζοφόρα.] Iulius Paullus lib.III. De supellect. leg. *Supellectili legata haec continentur, mensae, trapezophora, delficae, &c.* trapezophora, abaci è quibus vina ministrantur. Glossae veteres, Τραπεζοφόρον, *Caliclare.* ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἰνοχόει ἐπέθηκε, vt loquitur Procopius: vel vt Iul. Pollux lib.X. cap. xix. ἐφ' ᾧ τὰ ἐκπώματα κατάκειται. de delficis olim adnotauit princeps Iurisconsultorum Iacobus Cuiacius Obseruat.X.cap.xiii. Fortean vero scribserat Glossographus *Calicare* à calice; vt Iuuenalis Interpres à culice, culicare. ad Sat.VI. *Latine,* inquit, *conopeum culicare dicunt.* Sed in aliis Glossis legere memini, Ποτηροθήκη, *Calicularium.*

Ἀγκῶνες δὲ καὶ πάντα τὰ προσηπτημένα τὸν κόσμον τοῦ βίου σημαίνουσι.] Suidas, ἀγκῶνες δὲ καὶ πάντα τὰ προσηπτημένα κατ' ὄναρ, τὸν κόσμον τοῦ βίου σημαίνει. Glossarium vetus, ἀγκωνόδεσμος, *hoc cubital.* codex ms. ἀγκῶνος δεσμός, *Cubital.*

PAG. LXIV.

Περίσκοι καὶ ὀπωροφυλάκια.] Suidas, περίσκοι καὶ ὀπωροφυλάκια, σχεδὸν κατ' οἶκον.

Μυρίζεσθαι, γυναιξὶ πάσαις ἀγαθὸν· πλὴν μοιχευομένων.] Odor scilicet deprehensionem significat apud Artemid. passim.

Ἀνδράσι δὲ πρὸς αἰσχύνην ἐστί.] Viros vnguenta olere turpe & indecorum est. vnguentatos enim καὶ ὄζοντας μύρου τί ἄν τις φαίη τούτους ἰδών; ἀπηχοῦς, καθάπερ μετωποσκόπος ἐκ τοῦ σχήματος αὐτοὺς καταμαντεύεται μοιχούς τε καὶ ἀνδρογύνους. Clemens Alexand. lib. III. Paedag. cap.iii. Phaedrus Aug. Libertus lib. V. fab.xxxiii.

> *Vnguento delibutus, vestitu adfluens,*
> *Veniebat gressu delicato & languido.*
> *Hunc vbi tyrannus vidit extremo agmine:*
> *Quinam cinaedus ille in conspectu meo*
> *Audet venire?*

Vespasianus narrante Suetonio adolescentulum fragrantem vnguento, cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauissima increpuit, Maluissem allium oboluisses. Vnguentis sese vnctitant feminae vt elegantiores sint & mundiores, ait Pomponius l. XXI. De aur. arg. leg. Plinius vero lib. XIII. cap. iii. summam vnguentorum commendationem esse scribit, vt transeunte femina odor inuitet etiam aliud agentes. Clemens Alex. lib.II. Paed. c. viii. μυρίζεσθαι ἤθους ὅτιν ἑταιρικοῦ διαβολή, καὶ φάρμακον ἐρεθισμοῦ.

Πλὴν τῶν ἔθος ἐχόντων μυρίζεσθαι.] Quibusdam moris est vnguentis vti non voluptatis sed valetudinis caussa vt notat Pomponius loco citato. Clemens. οὐ γὰρ κατὰ πάντα ἀποσκορακιστέον τὴν χρῆσιν αὐτῶν, ἀλλ' ὥσπερ φαρμάκῳ καὶ βοηθήματι χρηστέον τῷ μύρῳ· πρός τε τὸ ἐπεγεῖραι τὴν ἀπαυδῶσαν δύναμιν, καὶ πρὸς τοὺς κατάρρους, καὶ πρὸς τὰς καταψύξεις, δυσαρεστήσεσί τε. ὑγείας μέρος μέγιστον, ὀσμαὶ ἐγκεφάλων χρησταὶ ποιοῦν. Sed magis est vt his verbis τῶν ἔθος ἐχόντων μυρίζεσθαι, cinaedos & draucos notet Artemidorus, qui solent μυρίζεσθαι voluptatis & nequitiae gratia. & obscoenorum dominorum praecipua erat cura

delicatos ſaepe linire. qua de re nimis multa paſſim.

Εὐφροσύνην δὲ πολλὴν καὶ διαψίλειαν βίου δηλοῖ· ἐπεὶ οἱ ἄνθρωποι οὐ πρότερον ὀρχοῦνται, &c.] Saltationem vmbram luxuriae vocat M. Cicero orat. pro Muraena, quia comiſſationem ſequatur. *nemo enim fere*, inquit, *ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit: neque in ſolitudine, neque in conuiuio moderato atque honeſto. intempeſtiui conuiuij, amaeni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.* atque id omnino eſt quod ait Artemid. Horatius Sat. I. lib. II.

Quid faciam? ſaltat Milonius vt ſemel icto
Acceſſit feruor capiti, numerúſque lucernis.

Εἰ μὴ ὥσπερ δεσπότῃ ὑποτίμως καὶ οἶμαι τῇ ἀρχῇ τὴν ἀποφορὰν ἀποδῶσι.] Scribe, *τῇ γαστρὶ τὴν ἀποφορὰν ἀποδ.* Ventris obſequium dixit Horatius Sat. VII. lib. II. ventri enim parendum domino acerbo, crudeli, inexorabili. ideóque arduam rem eſſe aiebat Cato verba facere ad ventrem qui auribus caret. & apud Ariſtophanem in Acharnenſ. pater filias famelicas compellans, non aures praebere iubet, ſed ventrem.

ἀκούετε δὴ ποτ' ἴσχετ' ἐμὶν ταὶ γαστέρα.

Homerus Ὀδυσ. Η.

Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
Ἔπλετο, ἥτ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκη.

hic vero locus citatur ab Athenaeo lib. X. vbi & Alexis comicus ait,

Μάθοις τ' ἂν ὅσον ἐστὶ κακὸν ἀνθρώποις
Ἡ γαστήρ, διδάσκει θ' οἷ', ἀναγκάζει θ' ὅσα.
Εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος ἀπὸ τοῦ σώματος,
Οὐδ' ἂν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδεὶς, οὔθ' ὑβρίζοιτ' ἂν ἑκών.
Νῦν δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα γίνεται τὰ δυσχερῆ.

Propter hanc ventris crudelitatem fit vt malo famis premi atrociſſimum ſit ſupplicij genus, *τιμωρία δριμυτάτη ὁμοῦ καὶ μακροτάτη. ἁπάντων θανάτων χαλεπώτατος.* D. Chryſoſtomus Homilia de S. Luciano: *καθάπερ γὰρ δήμιός τις τοῖς σπλάγχνοις ἔνδον καθήμενος, ἅπαντα καταξαίνει τὰ μέλη, πυρὸς παντὸς καὶ θηρίου σφοδρότερον κατεσθίων πάντοθεν τὸ σῶμα, διηνεκῆ τινα καὶ ἄρρητον παρέχων ὀδύνην.*

Τὴν ἀποφορὰν ἀποδῶσι.] Suidas: *ἀποφορὰ παρὰ Ἡροδότῳ ἡ πληρωμὴ παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.*

Κωφὸν ἅμα καὶ ἄφωνον.] *ἐκ γενετῆς κωφός, ἄφωνος.* Alexand. Aphrodiſ. Problem.

PAG. LXV.

Ἵνα δηλῶσιν ὅσα βούλεται σημαίνειν.] Saltantium nutus & geſtus loquaces erant. adeóque quod canebatur oculis ſubiiciebant. Vetus epigramma

Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat,
Solerti pendet prodere verba manu.
Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quae reſonat cantor, motibus ipſe probat.
Tot linguae, quot membra viro, mirabilis ars eſt
Quae facit articulos ore ſilente loqui.

Caſſiodorus lib. IV. Var. 11. *horciſtarum loquaciſſimae manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam muſa Polyhymnia reperiſſe narratur,*

ostendens homines posse & sine oris affatu suum velle declarare, &c. postrema haec verba rectam faciunt interpretationem illis Artemid. ἵνα διαδῶσι ὅσα βούλεται σημαίνειν. Idem Cassiodorus lib.I. xx. *hanc partem musicae disciplinae mutam nominauere maiores: scilicet, quae ore clauso manibus loquitur.* Petronius apud Terentianum Maurum,

Memphitides puellae
Sacris Deum paratae.
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

Antipater epigrammatarius, in statuam Pyladis saltatoris,

Θῆβαι γιγνώσκουσι τὸν ἐκ πυρός· οὐράνιος δὲ
Οὗτος ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος,

Leontius Scholasticus in statuam saltatoris,

Ὄμματά σοι, καὶ ταρσά, ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα.

hinc illa apud Graecos saltationum vocabula: χειρῶν ἀπαγωγή. ἔνδειξις. ἐπίδειξις. ὀξυχειρία. εὐχειρία. ταχυχειρία. μεταφράσαι. σχηματοποιήσασθαι. Item, χειρίσοφοι & χειρονόμοι, qui saturo gestu per multiplices figuras & schemata sub canticis historiam aut fabulam saltabant. veteres enim saltare dicebant ἐπιδεξίως ὀρχήσασθαι. Sic Horatius saltare Cyclopa, Sat.V.lib.I.

Pastorem saltaret vti Cyclopa rogabat.

Arnob. lib. V. aduers. gent. *saltatur Venus. saltatur Pessinuntia Dyndumene.* Apuleius Apol. *mos in iuuentute saltandis fabulis exossis plane & eneruis.* Sic Iuuenal. Sat. VI.

Cheironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuccia vesicae non imperat.

hoc est, Tuccia prurit & pene crissat spectando Bathyllum, qui tam bene Ledam saltando repraesentat, vt ipse cheironomos Leda videatur. Iull. Pollux lib.II. χειρονομῆσαι τὸ ταῖν χεροῖν ἐν ῥυθμῷ κινηθῆναι.

Βασιλικὰ μὲν πρόσωπα μιμεῖται, καὶ πολλοὺς ὑπηρέτας ἔχει ὁ ὀρχηστής.] Petronius Sat.

Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen diuitis ille tenet:
Mox vbi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Vetus verbum est, mortales omnes histrioniam hîc agere. postquam enim persona quam nobis Deus imposuit, & vita functi sumus, mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, regúmque turres.

Ὅπως δ' ἂν ὀρχήσηται δοῦλος ἢ ὅπου ἂν, πολλὰς λήψεται πληγάς.] Quum plebeiis ludis quidam paterfamilias priusquam pompa induceretur seruum suum sub furca caesum medio egisset circo, T. Atinio Iupiter in quiete praecepit vt Coss. diceret, ὅτι οὐ καλὸν ὀρχηστὴν ἔδωκαν. ὅτι κακὸν ὀρχηστὴν ἔστησαν ἢ ἀπρεπέστατον. praesultatorem sibi displicuisse.

Σταυρωθήσεται διὰ τὸ ὕψος.] Chrysalus seruus in Plauti Bacchidib.

Credo hercle aduenięns nomen mutabit mihi,
Faciétque ex templo Crucisalum me ex Chrysalo.

in crucem ſalire. in crucem excurrere, apud eundem nec ſemel.

Διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν.] cruciarij diſpeſſis manibus figebantur vt apud comicos obſeruare eſt.

Τὸ δὲ πυῤῥιχίζειν τὸ αὐτὸ τῷ ὀρχεῖσθαι σημαίνει.] Suidas: Πυῤῥιχίζειν, μετὰ τῶν ὅπλων ὀρχεῖσθαι. Πυῤῥίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως. Agathias lib. II. Ναρσῆς δὲ ἐξασκεῖν γε ἐπιπλεῖστον αὐτοὺς ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπιῤῥωννὺς τὸν θυμὸν τοῖς καθημέραν μελέταις· ἱππάζεσθαί τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυῤῥίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι. qui locus citatur à Suida in voce πυῤῥίχαις, nonnullis immutatis, nec nominato auctore. Athenaeus lib. XIV. καὶ γὰρ ἐν τῇ μουσικῇ, καὶ τῇ τῶν σωμάτων ἐπιμελείᾳ προσεποιοῦντο τὴν ἀνδρείαν, καὶ πρὸς τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἐγυμνάζοντο μετὰ τῆς ᾠδῆς, ὅθεν ἐκπεφύκασιν αἱ καλούμεναι πυῤῥίχαι. Vid. Xenophon initio lib. VI. Κύρ. ἀναβ. Iul. Pollux lib. IV. c. XIII.

Τροχοπαικτεῖν.] Saltatorium orbem vertere, Arnob. lib. II. M. Cicero orat. in Piſonem: *ne tum quidem cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunae rotam pertimeſcebat.* aptè ad ſenſum Artemidori. niſi mauis, quod magis mihi placet, iſtud verbi referre ad illam ſaltationis figuram quae belle repraeſentatur in Xenophontis conuiuio: ὁρῶ γὰρ ἔγωγε τήνδε τὴν ὀρχηστρίδα ἐφεστηκυῖαν, καὶ τροχούς τινα αὐτῇ προσφέροντα. ἐκ τούτου δὴ ηὔλει μὲν αὐτῇ ἡ ἑτέρα, παρεστηκὼς δέ τις τῇ ὀρχηστρίδι ἀνεδίδου τοὺς τροχοὺς μέχρι δώδεκα. ἡ δὲ, λαμβάνουσα ἅμα τε ὠρχεῖτο, καὶ ἀνεῤῥίπτει δινουμένους· συντεκμαιρομένη ὅσον ἔδει ῥιπτεῖν ὕψος ὡς ἐν ῥυθμῷ δέχεσθαι αὐτούς.

Μαχαίρας περιδινεῖσθαι ἢ ἐκκυβιστᾶν.] fortean intelligit ſaltationis ſchema quod à Polluce & Suida vocatur ξιφισμός. vnde & ξιφίζειν Heſychio. Suidas, Ξιφισμός, σχῆμα ἐκ τῆς ἐμμελείας καλουμένης. addendum videtur, πυῤῥίχης. vel legendum, ἐκ τῆς ἐμμελείας οὕτω καλουμένης. Quin potius ſignificare voluit Artemidorus periculoſum illud ſaltandi ſchema de quo etiam Xenophon in Conuiuio, μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν· ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο μή τι πάθῃ. ἡ δὲ θαῤῥούντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο.

PAG. LXVI.

Στέφανοι ναρκίσσου, τεθνηκόσι πᾶσι κακοί. μάλιστα δὲ διὰ τὴν ἱστορίαν.] Narciſſus amore ſui attenuatus intabuit ad Cephiſum amnem mutatúſque eſt in florem. Sed florem huiuſmodi neruis inimicum caput grauantem à narce narciſſum dictum, non à fabuloſo puero ait Plinius lib. XXI. c. XIX. Plutarchus Sympoſiac. III. τὸν νάρκισσον ὠνόμασαν ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις· διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, τουτέστι χθονίων προσηγόρευκε. quod Sophoclis dictum citatur etiam à Clemente Alexand. Paedag. II. c. VIII.

Ἔχει γὰρ τινὰ τὸ πορφυροῦν χρῶμα συμπάθειαν καὶ πρὸς τὸν θάνατον.] Eóque ſenſu dixit Homerus πορφύρεον θάνατον. & Virgilius, Purpuream animam. Vid. Aelian. Hiſtor. animal. lib. XVI. cap. I.

Διὰ τὸ ἀμάραντον.] Plutarchus Sympos. III. problem. I. τὸ δὲ ῥόδον αὐτόματον δήπουθεν, ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀσμῆς ἀφίησι· διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται. Ouidius.

Quam longa vna dies, aetas tam longa rosarum;
Quas pubescentes iuncta senecta premit.

de floribus generatim Plinius lib. XXI. c. I. *natura flores odorésque in diem gignit: magna vt palam est admonitione hominum, quae spectatissimè floreant celerrimè marcessere.* Plutarchus, αὐτίκα μαραινομένων ἐν ταῖς χερσὶ τῶν στεφανηπλόκων.

Ἀμαράντους.] mirum in Amaranto, gaudere decerpi, & laetius renasci. mirúmque postquam defecere cuncti flores madefactus aqua reuiuiscit, & hibernas coronas facit. summa eius naturae in nomine est, appellato, quoniam non marcescat. Plin.

Σισυμβρίου.] Vetus Glossarium, Σίσυμβρον, εἶδος λαχάνου, *cunila.* Item. *Cunela,* Θύμβρα. *Cunilium,* θύμβρος, εἶδος βοτάνης. Plinius lib. XX. *sisymbrium siluestre à quibusdam thymbraeum appellatum.* Duplex sisymbrium agnoscunt Dioscorid. & Plin. vnum quod in riguis nascitur, alterum quod in sicco. in sicco ortum, odoratum est, ait Plin. & inseritur coronis, angustiore folio. Dioscorid. Σισύμβριον, (οἱ δὲ ἕρπυλλον ἄγριον καλοῦσιν) ἐν χέρσοις φύεται. ἔοικε δὲ ἡδυόσμῳ κηπαίῳ, πλατυφυλλότερον δὲ καὶ εὐωδέστερον, στεφανωματικόν. coronam ex sisymbrio morbum significare ait Artemidorus, tamen apud Aristophanem σισύμβρια laetitiae voluptatisque signa sunt. Scholiast. σισύμβρια φύλλα οἷς ἐστεφανοῦντο οἱ νύμφιοι.

Ἀμαράκου.] Amaracum inter στεφανωματικὰ ἄνθη recenset Theophrastus. quod etiam notatur ab Athenaeo lib. XV. Amaracus & sampsychus idem Dioscorid. lib. III. cap. XLVII. & Plin. lib. XXI. cap. XI. Mollis amaracus Virgil. I. Aeneid. Amaracus regius vnguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret vnguenta, maiorem ex confusione odorem creauit. vnde optima vnguenta amaracina dicuntur. hic postea in herbam sampsuchum dicitur versus. Seruius.

Λαπάθου.] Glossae: Λάπαθον, λάχανον, *rumex, lapathium.*

Φρυγίου.] Plinius lib. XXI. cap. XI. amaracum Phrygium cognominatum fuisse ait. ἀμάρακος ὁ φρύγιος. Theophrast. lib. VI. & Athen. lib. XIV.

Ἑλενίου.] Helenium è lacrimis Helenae dicitur natum. & in Helena insula laudatissimum. Plin. lib. XXI. c. X.

Ἀνεμώνης.] Anemone quae & Limonia vocatur Plin. lib. XXI. cap. XI. Glossae, Ἀνεμώνη, *Vaccinium, Saliunculа.* Ἀνεμώνιον, *vaccinium.* Item. *Vaccinium,* Ἄγχουσα, Υάκινθος. Item. *Saliunca,* ἀγριόροδον, λευκόροδον. Seruius ad Eclog. V. *Saliunca, herbae genus quam orcitumicam vocant.* varia anemones genera enumerat Dioscorid. lib. II. c. CCVII.

Καὶ τῆς ῥοδοδάφνης.] Glossae: *Rosa Graeca,* Λυχνίς, ἡ Ῥοδοδάφνη. Item. *Taxus,* σμίλαξ, ῥοδοδάφνη. Item. Ῥοδοδάφνη, *Taxus, Viburna, Lauria, Andrum.* ms. *Lauriandrum.* Dioscorid. lib. IV. cap. LXXXII. ῥοδόδενδρον, νήριον. Apul. IV. Metam. Rosa Laurea.

PAG. LXVII.

Καὶ τὸ ἑπίθυμον.] ἐπίθυμον, θύμου ἐστὶν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου. Dioscorid.

Καὶ τὸ μελίλωτον.] Plin. lib. XXI. cap. IX. *Ergo in coronamenta folio venere melothron, spircon, trigonon, cneoron, quod casiam Hyginus vocat; & quod cunilaginem, quae conyza, melyssophyllon quod apiastrum, melilothon quod sertulam Campanam vocamus.*

Σελίνων δὲ στέφανος, καὶ ὅτι ἐπιταφίῳ ἀγῶνι ἐπιτήδειός ἐστιν ὁ στέφανος οὗτος.] Suidas: Σέλινον, εἶδος λαχάνου. σελίνου δεῖται ὁ νοσῶν. ἐπεὶ ἐν ἐσχάταις πνοαῖς ὄντων τοὺς τάφους ὅτε ἔμελλον τοὺς νεκροὺς θεῖναι, σελίνοις ἐστρώννυον. σελίνου στέφανος, πένθιμος. τὸ γὰρ σέλινον πένθει προσήκει. Plinius lib. XX. cap. XI. Selinum ad cibos admittere olim omnino nefas fuisse notat. nam id defunctorum feralibus epulis dicatum esse; visus quoque claritati inimicum. Plutarchus in Timoleonte. ἀναβαίνοντι δὲ αὐτῷ πρὸς λόφον, ὃν ὑπερβάλλοντες ἔμελλον κατόψεσθαι τὸ στράτευμα καὶ τὴν δύναμιν τῶν πολεμίων, ἐμβάλλουσιν ἡμίονοι σέλινα κομίζοντες· καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις. καὶ παροιμία τις ἐκ τούτου γέγονε εἰς τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα, δεῖσθαι τοῦτον τοῦ σελίνου. Seruius ad illud Virgil. Eclog. VI.

—— *apio crines ornatus amaro,*

apud antiquos indago erat species coronae de apio, sed in Nemeo agone qui in honorem Archaemori institutus est. & volunt quidam hoc coronae genus ad indicium mortis electum.

Ἀθληταῖς δὲ ἀγαθός.] Apio enim victores Nemei certaminis, ἐπιταφίου ἀγῶνος, coronabantur. vt patet ex illis Seruij verbis, & Plutarchi in eodem Timoleon. & Plin. lib. XIX. cap. IIX. *Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeae.* Isthmiorum quoque corona fuit. Plutarch. in Timol. &. Sympos. V. quaest. III.

Καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ ἄρχειν ὁρμωμένοις καὶ ἀθληταῖς συλλαμβάνουσι, καὶ πένησι· οὓς μὲν γὰρ εὐπόρους· οὓς δὲ ἀπόρους ποιοῦσι.] in exemplari Cornarij scriptum fuisse videtur, τοὺς δὲ ἀφόβους.

Φοίνικες δὲ καὶ ἐλαίας στέφανοι τέκνα προσαγορεύουσι πολυχρόνια, διὰ τὸ ἀειθαλές.] Plutarchus Sympos. IIX. quaest. IX. palmam esse ait μακρόβιον, ἐμπεδόφυλλον, βεβαίως ἀείφυλλον. ideóque esse victoris praemium, ὅτι δεῖ τὴν τῶν νικηφόρων δόξαν ἄφθιτον καὶ ἀγήρω διαμένειν. Phurnutus tit. de Musis, in ea agnoscit τὸ ἀείζωον.

Κοινὸν δὲ ταῖς θεαῖς τὸ φυτόν.] Myrtum Dianae gratam fuisse refert Cl. Alexand. Paedag. II. cap. IX. Mineruae Didymus Geoponic. XI. Veneri sacram fuisse vetus fabula est Seruianis in Virgilium commentariis variè inserta. nam aliter ad illa verba lib. III. Aeneid.

—— *& densis hastilibus horrida myrtus.*

aliter ad illa lib. V.

—— *velat materna tempora myrto.*

Myrtum vero etiam ad Cererem pertinere dixit Artemidorus, propter virgas myrteas quibus Bona illa Dea à Fauno marito caesa est, quod meri seriam ebibisset plenam. Sed in huius quoque fabulae narratione dissen-

dissentiunt Plutarchus ἐν Ῥωμαϊκ. Arnob. lib. V. aduers. gent. Lactantius I. de falsa relig. Macrobius Saturnal. I.

Σπήναιοι κήρινοι.] Splenia de ceroto. coronae cerinae. quo modo apud Plaut. in Epid. cerinum dici vestimenti genus à cerae colore notat Marcellus. vel, si mauis, ceras intellige quae magicis ad malas artes vsui sunt.

Οἱ δὲ τῶν ἐρίων πεποιημένοι, διὰ τὸ ποικίλον, φαρμακείας καὶ καταδέσμους σημαίνουσι.] Huiusmodi coronae veneficiorum licia sunt & filamenta lanea discoloria. Virgilius in Pharmaceutria,

Terna tibi haec primum triplici diuersa colore
Licia circumdo.

Idem, —— *& molli cinge haec altaria vitta.*

Seruius, *molli vitta, lanea scilicet.* Petronius, *illa de sinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicémque vinxit meam.* Apuleius in Apolog. *at si Virgilium legisses, profecto scisses alia quaeri ad hanc rem solere. ille enim, quantum scio, enumerat vittas molles, & verbenas pingues, & tura mascula, & licia discoloria.* Ouid. I. Amor. Eleg. IIX.

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia.

Χλωρὸς γὰρ ὁ χρυσός.] Catullus:

Quantum saepe magis fulgore expalluit auri.

Diogenes interrogatus διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

PAG. LXIX.

Οὐδὲν μόνοι κοιναὶ γυναῖκες.] L. οὐδὲν μ. τ. κοινὸν αἱ γυν.

PAG. LXX.

Καὶ περιοδήσεις κίονι.] Seruos ad columnam verberari solitos fuisse indicat Nicobulus in Plauti Bacchid.

——*abducite hunc*
Intro, atque adstringite ad columnam fortiter.

Iullius Pollux lib. III. cap. VIII. Hyperidem de seruis dixisse notat, κρεμάσας ἐκ τοῦ κίονος.

Καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ δεσπότου ἐντείνη.] non intentus in venerem, sed extensus ad columnam.

Περὶ τῆς παρὰ νόμον συνουσίας.] Inepta dissectio huius capitis quod intactum integrúmque esse debuit.

Ερωμένου τὴν γνώμην.] L. ἐρρωμένον.

PAG. LXXII.

Εἰς φιλίας καταστήσεται διὰ τὴν μίξιν· καὶ γὰρ φιλότης καλεῖται.] Homerus Iliad. Z.

Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ.

& alibi passim.

PAG. LXXIII.

Καὶ τὴν γῆν οὐδὲ ἧττον μητέρα καλοῦμεν.] L. καὶ τὴν γῆν αὐτὴν ο. ἧ. &c.

PAG. LXXV.

Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ὡς ἡμιθανέστερον ἐν μέρει τοῦ σώματος, τούτῳ καὶ κολασθῆναι.] Notaui

ad Phaedri Fab. V. lib. III. haec verba inueniri etiam apud Heraclidem Ponticum.

PAG. LXXXIII.

Ὀθόνια τὰ καὶ τρίβακα ἱμάτια δοκεῖν φορεῖν ἀγαθὸν ἐν ἔτι.] Suidas, τρίβακα καταπεπτεμμένα ὀθόνια. & τρίβακα φορεῖν δοκεῖν ἀγαθόν. Vetus Gloss. ὀθόνιον, *linteamen*. ὀθόνη, *linteamen*. ms. *Subtile velum*. Suid. ὀθόνη, πᾶν τὸ λεπτὸν ὕφασμα, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνὸν, καὶ μὴ λινοῦν ἦ.

Λευκὰ δὲ ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι μόνοις συμφέρει.] alba scilicet vestimenta purissima sunt, qualia sacerdotes decent. Festus, in voce, *Pura*.

Δούλοις Ἑλλήνων.] Graecorum seruis albae vestes libertatem significant: δούλοις δὲ Ῥωμαίων, non item; vt ipse mox paullo indicat, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν τοῖς δεσπόταις ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἔχειν ἐσθῆτα.

Τοὺς ἐν ὄχλῳ ἀναστρεφομένους λευκὰ ἔχειν ἱμάτια.] Scito, inquit Tullius, nihil tam exercitum fuisse Romae quam candidatos omnibus iniquitatibus. officiosissima scilicet illa natio petitorum, vnumquemque Quiritium assidue prensando, salutando, deducendo permultos terebat dies, & in comitiorum turba vniuersis placere maxime studebat. ambitiosos autem candidatos, hoc est cretatos fuisse & album in vestimenta addidisse quis nescit?

Οὐ γὰρ πρὸς ἔργῳ ὄντες οἱ ἄνθρωποι λευκοῖς ἱματίοις χρῶνται.] Pulla & sordida erat tenuiorum vestis, qualis etiam rusticorum.

PAG. LXXXIV.

Διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι.] Vita functorum corpora albis vestibus induebant, quando iam animas non poterant. quas tamen puras & intaminatas emigrare cupiebant. Plutarchus in Quaest. Rom. τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος ἀμφιεννύουσι λευκοῖς· ἐπεὶ μὴ δύνανται τὴν ψυχήν· βούλονται δὲ ἐκείνην λαμπρὰν καὶ καθαρὰν προπέμπειν, ὡς ἀφειμένην ἤδη καὶ διηγωνισμένην μέγαν ἀγῶνα καὶ ποικίλον.

Ἀλουργίδα.] Sic vocata vestis à colore quem Plato in Timaeo rubrum esse ait, nigri austeritate & albi splendore temperatum. ἐρυθρὸν μέλανι λευκῷ τε κραθὲν, ἁλουργὸν λέγεται.

Πορφυρᾶ ἐσθὴς νοσοῦντα ἀναιρεῖ.] Ipse Artemidorus sup. lib. I. cap. LXXIX. ἔχει γὰρ τινὰ τὸ πορφυροῦν χρῶμα συμπάθειαν & πρὸς τὸν θάνατον.

Κοκκίνη δὲ ἐσθής.] Glossae veteres, κόκκινον, *russeum*. ms. *roseum*, *cocinum*. Item, κόκκος, βάμμα, *vermicula*, *coccum*. Isid. lib. XIX. Orig. cap. XXVIII. *Κόκκον Graeci, nos rubrum, seu vermiculum dicimus. est enim vermiculus ex silvestribus frondibus.* Dioscorides lib. IV. cap. XLVIII. Κόκκος, βαφικὴ θάμνος ἐστὶ μικρὸς, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ, οἵ τινες ἐκλεγόμενοι σωρεύονται. ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ Γαλατικὴ καὶ ἡ Ἀρμενιακή. Plinius lib. IX. cap. XLI. *Coccum Galatiae rubens granum.* eundem vide lib. XVI. cap. VIII. & lib. XXII. cap. II. Pollux lib. VI. ἱμάτιον κοκκοβαφὲς ἀπὸ τοῦ χρώματος.

PAG. LXXXV.

Ἣν νῦν πῖλον καλοῦσιν, ἀπὸ πρώτου τοῦ Ἀρκάδος.] citatur hic locus à Suida, nec laudatur auctoris nomen. enimuero inanis opera non erit illius

verba cum his Artemidori nostri componere & conferre: Τήβεννος, στολὴ ῥωμαϊκή. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Τηβέννου Ἀρκάδος, ὃς πρῶτος ταύτην τὴν χλαμύδα περιεβάλλετο ἐκπλεύσας κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, καὶ ἀποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων· ἀφ' οὗ μαθόντες οἱ ἐγχώριοι, τὴν αὐτὴν ἐπεσκεύαζον ἐσθῆτα, καὶ ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα, τηβέννειον, ἐπώνυμον τοῦ εὑρόντος. ὕστερον δὲ παραφθαρέντος τοῦ ὀνόματος, τήβεννος ἐκλήθη. Glossae veteres: Τήβεννος, *toga, trabea.* Τηβεννοφόρος, *togatus.* apud Pollucem lib. VII. scribitur, τήβεννα & Τηβεννίς.

Χλαμὺς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βίρρον καλοῦσι.] Suidas, Ἐφεστρίς, ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. λέγεται δὲ καὶ μανδύας, καὶ βίρρον. ἅ τινα ἐν ὀνείρῳ βλεπόμενα, θλίψεις σημαίνουσιν. haud dubie ex hoc loco. Idem Suid. alibi, Βίρρον, ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. Isidor. etiam *Birrum.*

Φαινόλης.] apud Suidam scribitur, φελόνης, apud Athenaeum lib. III. & Pollucem lib. VII. φαινόλης.

Ὅθεν ἀπολύειν.] L. ἀπολλύειν.

Γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει· μάλιστα δὲ ἑταίρᾳ καὶ πλουσίᾳ.] Floridas vestes Lacedaemone solis meretricibus concessas fuisse notat Clem. Alexand. lib. II. Paedag. cap. x. ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιάν, ἣ μόναις ταῖς ἑταίραις ἀνθινὰς ἐσθῆτας καὶ χρυσοῦν κόσμον ἐπέτρεψε φορεῖν. ἀφαιροῦσα τῶν δοκίμων γυναικῶν φιλοκοσμίαν, τῷ μόναις ἐφεῖναι καλλωπίζεσθαι ταῖς ἑταιρεύσαις. eandémque Syracusis legem fuisse tradit Philarchus apud Athenaeum lib. XII. Συρακουσίοις νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδὲ ἀνθινὰ φορεῖν, μηδ' ἐσθῆτας ἔχειν πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφάς, ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. Plinius lib. XXII. cap. II. infici vestes admirabili fuco ait, vt facilius matrona adultero placeat; corruptor insidietur nuptae.

Ἡ δὲ διὰ τὴν τρυφήν.] Clemens Alexand. eod. αἱ δὲ ταῖς αἴθουσιν ἐοικυῖαι ἐσθῆτες, βακχικοῖς καὶ τελεστικοῖς κατάλληλοι λήροις, &c. ὄψεως οὐ σκέπης ἡ ἐσθὴς αὕτη.

PAG. LXXXVI.

Πλύνειν γὰρ καταχρηστικῶς καὶ τὸ ἐλέγχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί.] Suidas. Πλύνεται, λοιδορεῖται, αἰσχρῶς ὑβρίζεται. πλύνειν γὰρ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἐλέγχειν, ὥς που καὶ Μένανδρος· ἐὰν κακῶς μου τὴν γυναῖκα οὕτω λέγῃς, τὸν πατέρα καί σε τοὺς σοὺς τύτθους ἐγὼ πλυνῶ. ἀντὶ τοῦ ἐλέγξω. Pollux lib. VII. cap. x. τὸ λοιδορεῖν, πλύνειν. καὶ πλυνόν με ποιεῖς, ἡ κωμῳδία φησίν, ἤγουν ἐξονειδίζεις, ἢ αἰσχύνεις. Aristophanes in Plut.

— οὐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς,
Πλυνόν με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσι.

Scholiastes, ἐφύβριστον πλῦμα interpretatur. Sic apud Athenaeum lib. III. ex Aristophanica fabula quae inscribitur Δαιταλεῖς.

Οὐκ αἰσχυνοῦμαι τὸν τάριχον τουτονὶ
Πλυνῶν ἅπασιν ὅσα σύνοιδ' αὐτῷ κακά.

Δακτύλιοι ὄντες σιδηροῖ ἀγαθὸν μὲν, &c.] Annulos primum ferreos fuisse docet Plinius lib. XXXII. cap. I. ait autem Artemidorus boni ominis esse annulos ὄντες σιδηροῦς, quia seruorum annuli erant ὄντες σιδηροῖ. Plinius ibid. *nec non & seruitia iam ferrum auro cingunt.* vt ferrum scilicet

loco gemmae esset.

Πολύκμητον γὰρ ὁ ποιητὴς τὸν σίδηρον ἐκάλεσε.] Homerus Odyss. Ξ.

Χαλκόν τε, χρυσόν τε, πολύκμητόν τε σίδηρον.

Scholiastes, πολύκμητος, μετὰ πολλοῦ καμάτου ἐργαζόμενος, ἢ ὁ πολλῷ κάματῳ παρεχόμενος.

Ψῆφον γὰρ καλοῦμεν.] Suidas, ψῆφον καλοῦμεν λίθον τὸν ἐν τῷ δακτυλίῳ καὶ τῶν χρημάτων ἀριθμόν.

Θεῖον εἶδος ἔχοντες.] quales Execesti Phocensium tyranni anuli γεγοητευμένοι, de quibus Clem. Alexand. lib. I. Strom. Ἐξήκεστός τε ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διεγίνωσκε τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων. qualis etiam fuit Gygis anulus, quo circumacto habentem nemo cernebat. Fuere item anuli φαρμακοί, in quibus ἀλεξιφάρμακα. imo & sub gemmis venena cludebant, anulósque mortis gratia habebant.

Σύκινοι δὲ καὶ ἐλεφάντινοι καὶ ὅσοι ἄλλοι.] Suidas, Σύκινοι καὶ ἐλεφάντινοι δακτύλιοι γυναιξὶ εἰσὶ σύμφοροι.

PAG. LXXXVIII.

Ἀνέμοιγε δὲ ἐν κατόπτρῳ δοκεῖν ὁρᾶν ἑαυτὴν, κακόν· νόθων γὰρ ἢ ἀλλοτρίων παίδων πατέρα καταστῆσαι προαγορεύει.] Liberos parentibus absimiles procreare, culpae & vituperio vxoribus esse solet. quaeque alieno & extraneo similem pariunt filium, pariunt sibi & probrum. vnde in Declam. II. Calpurnij Flacci, adulterij rea matrona quae Aethiopem pepererat. & adulteram Satyrica figura notat Iuuenalis per filium patri suo dissimilem,

——testudineo tibi Lentule conopeo

Nobilis Euryalum mirmillonem exprimit infans.

Theocritus Ειδυλ. εἰς Πτολεμαῖον, impudicam vxorem per liberorum vultum designat: & illius quae virum suum non amat, cuiúsque mens in alienum fertur, faciles & procliues esse partus ait, natósque minime similes patri,

Ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεί.

Ῥηΐδιοι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.

Tertullianus lib. de virgin. vel. *Scit Deus quot iam infantes & perfici & perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. facillime semper concipiunt & felicissime pariunt huiusmodi virgines, & quidem simillimos patribus.* Et ita in Amphitruone Plautina, Alcumena Iouis & Amphitruonis partiario compressu grauidata, absque vteri doloribus peperit, & alterum fudit è geminis Ioui potius & Deo, quam Amphitruoni aut mortali similem. Contra vero, πατροπαίδεια, qua parentum vultus velut in speculo repraesentantur, puerperis laudi fuit. Horatius lib. IV. Carm. Od. V.

Laudantur simili prole puerperae.

Culpam premit comes.

Est enim haec naturae lex, vt in sobolem transeant formae, quas posteri quasi descriptas species custodiunt. déque hac lege belle Lucretius lib. IV. ait,

——multa modis primordia multis
Mista suo celant in corpore saepe parentes,
Quae patribus patres tradunt à stirpe profecta.

forte ob hanc quoque rationem quam tangit Macrobius lib. V. Satur. cap. XI. *quod prouidentia naturae similitudinem natorum atque gignentium ex ipso quoque nutricatu praeparans, fecit cum ipso partu alimoniae copiam nasci.* Sed fraudem naturali huic legi faciunt pudicae alioqui mulieres, quae partum lacte suo alere negligunt. *Id hercle ipsum est*, inquit Phauorinus, *quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes existere.* Certissima igitur legitimi partus nota, cum tacentibus cunctis, filiorum vultus parentem arguit. cuiusmodi puerum optabat Manlio Catullus

Sit suo similis patri
Manlio, & facile insciis
Noscitetur ab omnibus;
Et pudicitiam suae
Matris indicet ore.

Minerua apud Homerum Ὀδυσ. Α. Telemachum Vlyssis esse filium ex ipsius vultu coniicit.

Ἀλλ᾽ ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
Εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσος παῖς εἰς Ὀδυσῆος.
Αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικας.

Medea apud Senecam liberos parere cupiebat Iasoni similes; vt illius perfidiam non fama solum, sed & puerorum vultus praedicaret,

——limen alienum expetat
Iam notus hospes, quoque non aliud queam
Peius precari, liberos similes patri
Similésque matri.

communes scilicet liberos optabat, &, vt loquitur Lucretius, *miscentes volta parentum.* Nec raro enim accidit, vt vir & vxor, amore mutuo conspirantibus animis, mutuum quoque sibi pignus edant. Vnde fit vt iure naturali communes vtriusque parentis liberi nascantur; etsi iuris subtilitate, patrem filius sequatur, non matrem. Suauiter Phalaris de Paurola filio ad Erythiam suam, Εἰ ὡς μόνη, καὶ οὐ μετ᾽ ἐμοῦ γεγέννηκυῖα, μόνη δικαίως ἔχειν αὐτὸν, ἀγνωμόνως κρίνεις τοῦ παιδὸς γένεσιν· κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀποδεμφότατον λόγον, πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον, ἢ μητρὸς, κατὰ δέ τὸν εὐγνωμονέστερον, ἑκατέρων ἴσος.

Ψεκάδες.] ψεκὰς, δρόσος, ros, minutissima pluuia. vnde & mulierum ornatrices quae disponendis crispandisque crinibus paullulum aquae conspargunt & irrorant Psecades dictae. Scholiastes Iuuenalis Sat. VI. *ψεκάζειν Graeci dicunt quando rarum siue minutum pluit. ornatrices igitur componentes, rarum ac paruum aquae solent mittere ac velut ψεκάζειν.* Sic Antimachus Psecas nuncupatus, ὅτι προσέρραινε τοῖς ὁμιλοῦσιν διαλεγόμενος.

PAG. LXXXIX.

Ἀστραπὴ δὲ χωρὶς βροντῆς, φόβον μάταιον σημαίνει.] Seruius ad illud I. Aeneid.

Aeternis regis imperiis, & fulmine terres.

non sine caussa, inquit, *adiecit, terres. est enim fulmen quod terreat, est quod afflet, est quod puniat.*

Ὅτι μετὰ τὴν ἀστραπὴν προσδοκῶσαι ἄν τις βροντὴν, ἢ διὰ τὸν φόβον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀπειλή.] Legendum videtur, ὅτι μετὰ τὴν ἀστραπὴν, ἢ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀπειλὴ, προσδ. α. τ. β. διὰ τὸν φόβον. Quum autem fulgurat coelum minari videtur. Aristoteles lib. II. Meteorologic. cap. IX. sonum illum siue strepitum quem excitant anhelitus terrae frigidi, quum se in nubem induunt, eiúsque tenuissimam quámque partem diuidunt & disrumpunt, similem esse ait τῷ ἐν τῇ φλογὶ γινομένῳ ψόφῳ, ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν τὸν Ἥφαιστον γελᾶν, οἱ δὲ τὴν Ἑστίαν, οἱ δὲ ἀπειλὴν τούτων. hanc vero comparationem probare videtur Plinius quum ait, *ergo vt è flagrante ligno carbo cum crepitu, sic à flore coelesti ignis expuitur.* lib. II. cap. XX.

Ἢ ὅπου ἀναφέρηται.] L. ὁ. ἂν φέρηται.

Pag. xc.

Ὁ κεραυνὸς τὰ μὲν ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ.] Fulgurita, religione insignia. Festus, *Fulguritum, id quod est fulmine ictum: qui locus statim fieri putatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur.* Glossae veteres ad illud Persij Sat. II.

Triste iaces lucis euitandúmque bidental.

Bidental, locus sacro percussus fulmine, qui bidente ab aruspicibus consecratur, quem calcare nefas est. Ἐπίσημος autem erat ille locus, quia sepiebatur, aris inibi erectis. varro lib. IV. de lingua Lat. de Curtio lacu; *C. Aelius & Q. Lutatius scribunt, eum locum esse fulguratum, & ex SC. septum, idque factum esse à Curtio cos.* Apuleius I. Florid. *colliculus sepimine consecratus.*

Τὰ δὲ πλωτικὰ χωρία ἔρημα καὶ ἄβατα ποιεῖ.] Per fulgurita loca incedere, eáque calcare nefas erat. Plutarchus in Pyrrho: Λυσιμάχῳ δὲ οὐκ ἤρεσκεν ἡ ὄψις, ἀλλ' ἔφη δεδιέναι μὴ, καθάπερ τὰ βαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένει χωρία, καὶ τῷ Πύῤῥῳ προσημαίνῃ τὸ θεῖον ἀνέφικτον εἶναι τὴν πόλιν.

Οὔτε δεσπότας ἔτι οἱ κεραυνωθέντες ἔχουσιν.] Ipse Artemid. lib. I. cap. VI. κεραυνωθῆναι δοκεῖν πένητα ὄντα καὶ δοῦλον, ἢ μέλλοντα πλεῖν, ἢ μισθωμαχεῖν ἀγαθόν· τούτων μὲν γὰρ, ὁ μὲν πλοῦτον, ὁ δὲ ἐλευθερίαν.

Pag. xci.

Οὐδεὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστι.] Tamen apud Athenaeum lib. XII. Clearchus notat Tarentinos ob petulantem in Carbinatium mulieres lasciuiam à Ioue fulmine ictos quasi infames mansisse. καὶ μέχρι καὶ νῦν ἐν Τάραντι ἑκάστη τῶν οἰκιῶν ὅσους ὑπεδέξατο τῶν εἰς Ἰαπυγίαν ἐκπεμφθέντων, τοσαύτας ἔχει στήλας πρὸ τῶν θυρῶν, ἐφ' αἷς καθ' ὃν ἀπώλοντο χρόνον, οὔτε οἰκτίζονται τοὺς ἀποιχομένους, οὔτε τὰς νομίμους χέονται χοὰς, ἀλλὰ θύουσι Διὶ Καταιβάτῃ.

Ὅτι γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται.] Ipse supra, χαμαὶ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τιμηθεῖσιν. Seruius ad illud II. Aeneid. *Fulminis afflauit ventis,* &c. *Sane,* inquit, *de fulminibus hoc scriptum in reconditis inuenitur, quod si quem principem ciuitatis, vel regem fulmen afflauerit & superuixerit, posteros eius nobiles futuros & aeternae gloriae.*

Καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας ἐν τῇ συνηθείᾳ κεραυνοῦσθαι φαμέν.] Petronius Satyrico, *Fulminatus hac pronunciatione, sicut eram sine gladio, in lectulum decidi.* Idem. *intremui post hoc fulmen attonitus, iuguló que detecto, Aliquando, inquam, totum me fortuna vicisti.*

Ἀλλ' ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται.] Plutarchus lib. IV. Symposiac. πάντων δὲ θαυμασιώτατον, ὃ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἴσμεν, ὅτι τῶν ὑπὸ κεραυνοῦ διαφθαρέντων ἄσηπτα τὰ σώματα διαμένει. πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν, οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί. Lex Numae Pompilij apud Festum. SEI. HOMINEM. FVLMIN. IOBIS. OCCISIT. NE. SVPRA. GENVA. TOLLITO.

PAG. XCII.

Ἢ μὴ ὅλον τὸ σῶμα, εἰ μὴ τοιοῦτον καταλάβοι.] Scribendum videtur, εἰ μὴ ὅλον τὸ σῶμα τοιοῦτον καταλάβοι.

Τὸ ἐφ' ἑστίας πῦρ λαμπρὸν καὶ καθαρόν.] Focum serenum dixit Martialis lib. III. Epig. LVIII.

Πολλὴν γὰρ εὐπορίαν σημαίνει· ἄνευ γὰρ τοῦ τροφὰς παρασκευάζεσθαι, &c.] Ideóque idem Martialis focum perennem optabat, ἀέναον πῦρ. Et lib. XII. Epigram. XVIII.

Surgentem focus excipit, superba
Vicini strue cultus iliceti,
Multa villica quem coronat olla.

PAG. XCIII.

Τούτων δὲ μάνδαλον ἔχουσα.] Veteres Glossae, Μάνδαλος, *Pessulus.*

Ἡ δὲ δεχομένην τὴν γυναῖκα.] Legendum puto, ἡ δὲ οὐκ ἔχουσα, δεχομένην τὴν γυναῖκα.

PAG. XCIV.

Τέρμινα δὲ καὶ ὑπέρθυρα.] Suidas, τέρμινα, καὶ ὑπέρθυρα, καὶ ὑπέρθυρα, καὶ δρύφακτοι κατακαίοντες παίδων ὄλεθρον σημαίνουσι.

Θριγκοί] περίβολοι Iul. Polluci lib. VII. θριγκὸς καὶ τειχίος Suid. τὸ περίφραγμα τοῦ οἴκου, στεφάνη, μικρὸν τεῖχος, περίβολος. ἢ τῶν οἰκιῶν τὰ ἀνώτατα.

Ἔοικε γὰρ καὶ ἡ ἑστία καὶ ὁ κλίβανος γυναικί.] Suidas, κλίβανος ἡ κάμινος, ἑστία. καὶ κλίβανος ἔοικε γυναικὶ, διὰ τὸ δέχεσθαι τὰ πρὸς τὸν βίον εὔχρηστα. πυρὸς δὲ εἰσὶ δεκτικά.

Λίνα.] Glossae, Λίνον κυνηγετικὸν, *Retium.* Suid. Λίνα, τὰ δίκτυα. Antipater lib. V. Antholog.

—— ὦ χθὼν ὅπερ ἔπαισε πλεκτὰ λίνα.

iis vtuntur aucupes, venatores, ac piscatores. Archius lib. VI. Anthol.

—— εἰ σὺ δι' αἴθρης

Καὶ γαίης καὶ πελάγευς εὔστοχα πέμπε λίνα.

Videatur Xenophon Cynegetico, & Iul. Pollux lib. V.

Στάλικες.] Glossae, Στάλικες, τῶν δικτύων αἱ στάσεις, *Plagae.* ὀξυπαγεῖς στάλικες, Antipat. lib. VI. Anthol. ἰθυτενεῖς στάλικες, Alpheio Mitylenaeo. Iul. Poll. lib. V. στάλικες δὲ σχαλίδες, καὶ χαλιδώματα, ξύλα ὀρθὰ ἐξ ἄκρου δίκρα, ἱστάμενα μὲν κατὰ τῆς γῆς, τοῖς δὲ δίκροις ἀνέχοντα τοὺς τῶν δικτύων βρόχους τε καὶ περιδρόμους.

Aegaeum dictum ab insulis, quod in eo mari sic scopuli vocantur, à similitudine caprarum. Plinius lib.IV.cap.XI. *Aegaeo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius quam insula, Aix nomine, à specie caprae, quae ita Graecis appellatur, repente in medio mari exsiliens.* Quod autem ait Artemidorus Aegaeum mare φοβερώτατον εἶ), id plane testatur Dionysius in Periegesi,

Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει
Υ'ψόθι μορμύρων ἕτερος πόρος ἀμφιτρίτης.

Aegaei tumultus Horat.od.XXIX.lib.III.Carm.

Καὶ ὁ ποιητὴς πλατία τὰ αἰπόλια καλεῖ.] Homerus Ιλ. Β.

Τοὺς δ' ὥς αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες
Ρ'εῖα διακρίνωσιν, &c.

Scholiastes, πλατία, μεγάλα· ἢ ὅτι ἐν διαστήματι ἐν πλάτει πλείονι νέμονται αἱ αἶγες.

Pag. IIIC.

Τῷ γὰρ ἡδύστῳ ἀνάκειται δαίμονι σιλλῷ.] Lucianus ἐν Θεῶν ἐκκλ. de Sileno ait, Ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος.

Καὶ πρὸς τοὺς φίλους δὲ ἀγαθοὶ διὰ τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν.] Suidas, Ὄνος εἰς Κυμαίους. Phaedrus lib. I. fab.XI.

Ἀγελαῖοι δὲ βόες, ταραχὰς καὶ περιβοήσεις σημαίνουσι, διὰ τὸ ὄνομα.] βόος scilicet ἐν βοῆς. Suid. Βοὴν, μάχην, ἢ μεγάλην φωνήν.

Pag. IIC.

Διὰ τὰς βύρσας.] δέρματα, ἀσκώματα, Polluci lib. I.

Κέρατα.] Glossae, Κέρας πλοίου, Antemna. *Cornua velatarum obuertimus antemnarum.* Seruius ad illud V. Aeneid. *vna ardua torquent Cornua detorquéntque. Cornua,* inquit, *antemnarum extremitates.*

Ἔοικε γὰρ καὶ ἡ νόσος θηρίῳ.] siue quia febrem artus humanos depascere dicimus. siue quia leo saepissime febre vexatur. Horapollo lib. II. Hieroglyfic. vel potius intelligit morbum λεόντιον à medicis nuncupatum, de quo Aretaeus lib.II. Χρονίων παθῶν. cap.XIII.

Η' τοὺς ἀπὸ πυρὸς κινδύνους.] Ignem maxime formidant leones. Aristoteles lib.IX.Hist.animal. δηλοῖ δὲ ἐν τὰ λεγόμενα, τό τε φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ, ὥσπερ ἐν Ὅμηρος ἐποίησε, Καιόμεναί τε δᾶδες, τάς τε τρεῖ ἐσσύμενός περ. Versus est Ιλ.λ. Videatur Horapollo lib.II.Hieroglyf.

Ἐπὶ παιδισκάια δεῖ.] Leaena, nobile meretricis nomen.

Καὶ περὶ ὄμματα κίνδυνον.] nimirum propter maculas, quibus variegata est pardalis. eas vero maculas Plin. oculos vocat lib. VIII. cap.XVII.

Καὶ τὸ ἄστρον ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ κινούμενον οὐ καταδύεται.] Virgilius I. Georgic.

Arctos oceani metuentes aequore tingi.

Ouidius II. Metamorphos.

Gurgite caeruleo septem prohibete Triones:
Sideráque in coelum stupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in aequore pellex.

Pag. IC.

Ἐν Ἰταλίᾳ δὲ ἐλέφας δεσπότην σημαίνει, καὶ βασιλέα, ἢ ἄνδρα μέγιστον.] Caesarem, scilicet, clarum & duraturum cum aeternitate mundi nomen, quo

nomine Mauri elephantum vocant. Maximianus atque Constantius Caesares dicti sunt, quasi quidam principum filij viri, & designati augustae maiestatis heredes. Aelius Spartianus in Aelio Vero, initio.

Λύκος δὲ ἐνιαυτὸν σημαίνει, διὰ τὸν λυκάβαντα, τουτέστι τὸν χρόνον.] Vetus epigramma lib. I. Anthol. de Ianuario mense

Ἐξ ἐμέθεν λυκάβαντος ὑπ' ἠελίοιο θύρετρα
Αὐσονίοις ὕψος ἄρχεται ἠέλιος.

Suidas: Λυκάβας, ἐνιαυτός, ἀπὸ τοῦ ταχέως βαίνειν, ἢ λυχαίως βαίνειν, ὅ ἐστι σκοτεινῶς καὶ ἀδήλως. ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λύκων, οἱ τοὺς ποταμοὺς περῶσιν ἀλλήλων κατέχοντες ταῖς οὐραῖς χλῦδος ὥρᾳ. Videndus Aelianus X. Hist. animal. cap. XXVI.

Ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ ζῶα ταῦτα συμβεβηκότος.] haec verba sic interpolauit Suidas, Λυκάβας οὖν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὰ ζῶα. ἑπόμενα γὰρ ἀλλήλοις τάξει διέρχεται τὸν ποταμόν. Aelianus lib. III. Hist. an. cap. VI. τὰς οὐρὰς τῶν ἀλλήλων δακόντες, εἶτα ἀντιπίπτουσι τῷ ῥεύματι, καὶ ἀλύπως γε διεκνήξαντο καὶ ἀσφαλῶς.

Κυνοκέφαλος νόσον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὴν ἱερὰν καλουμένην σημαίνει. ἀνάκειται γὰρ τῇ σελήνῃ.] Horapollo lib. I. Hieroglyf. cap. XIV. Σελήνην δὲ γράφοντες, ἢ οἰκουμένην, ἢ γράμματα, ἢ ἱερέα, ἢ ὀργὴν, ἢ κολυμβεῖν, κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι· σελήνην μὲν, ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο συμπάθειάν τινα πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον ἐκτήσατο. &c.

PAG. C.

Φασὶ δὲ καὶ τὴν νόσον ταύτην οἱ παλαιοὶ ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ.] Locus hic apud Suidam auctior. Ἱερὰ νόσος, αὕτη τῇ σελήνῃ ἀνάκειται, ὑπὸ γὰρ ταύτης γίνεσθαι φασί.

Ὕαινα δὲ γυναῖκα σημαίνει ἀνδρόγυνον.] Plinius lib. VIII. cap. XXX. *Hyaenis vtramque esse naturam, & alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare vulgus credit; Aristoteles negat.* lib. VI. de Hist. animal. c. XXXII.

Ἢ φαρμακίδα.] vim quandam magicam hyaenis inesse refert Plinius, & quibusdam magicis artibus omne animal quod ter lustrauerit in vestigio haerere. Aristoteles lib. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ ὑαίναν τι γένος φασὶν εἶναι, ὃ ἐπειδὰν προΐδῃ τι θηρίον, ἢ ἀνθρώπου ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν σκιάν, ἀφωνίαν ἐργάζεται καὶ πῆξιν τοιαύτην, ὥστε μὴ δύνασθαι κινεῖν τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κυνῶν. Aelianus lib. VI. Var. hist. cap. XIV. ὅταν ᾖ πλήρης ὁ τῆς σελήνης κύκλος, κατόπιν λαμβάνει τὴν αὐγὴν, καὶ τὴν αὐτῆς σκιὰν ἐπιβάλλει τοῖς κυσί, καὶ παραχρῆμα αὐτοὺς κατασιγάζει, καὶ καταγοητεύσασα ὡς αἱ φαρμακίδες, εἶτα ἀπάγει σιωπῶντας, καὶ χρῆται ὅ, τι καὶ βούλεται τὸ ἐντεῦθεν αὐτοῖς. ad magicas etiam artes pertinet quod narrat Horapollo Hieroglyfic. II. ἐὰν γάρ τις τὸ δέρμα ὑαίνης περιβάλληται, καὶ παρέλθῃ διά τινων ἐχθρῶν, οὐ μὴ ἀδικηθήσεται ὑπό τινος, ἀλλὰ παρέρχεται ἀφόβως.

Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ καὶ σύαγρος γυναῖκα σημαίνει, &c.] Corruptissimum hunc locum sic restituendum puto: οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ καὶ σύαγρος γυναῖκα σημαίνει. εἰ γὰρ εἰ καὶ κακόζηλον, ἀλλ' οὖν εὑρίσκεται εἰς ἐπίδειξιν ὡς πολλάκις ἐπήρωσα. κάπρος καλεῖται τὸ ζῶον. καὶ εἰκότως γυναῖκα σημαίνει· οὕτω γὰρ λέγονται αἱ καπρωφερεῖς. καὶ τὸ κάπρος, τὸ αἰδοῖον μὲν ἀνδρὸς φασί. Suidas, Κάπρος, τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός. Καπρῶντας, ὁρμητικῶς ἔχοντας πρὸς συνουσίαν. Glossae veteres, Καπρῶ, *prurio*.

PAG. CI.

Γῆρας τι ἢ πάζει.] Serpentes senectutem vna cum pelle exuunt. vnde in veteribus Glossis, ὄφεως γῆρας, *Superficies.* Vid. Aristot. VIII. Hist an. c. XVII. Schol. Nicandri in Theriac. Horapollo Hieroglyfic. III.

Ζεὺς σαβάσμιος.] Legendum videtur, Σαβάζιος. Clemens Alexand. Protreptico. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις, ὁ διὰ κόλπου θεός. δράκων δέ ἐστιν οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός. Arnobius lib. V. *Ipsa nouissime sacra, & ritus initiationis ipsius quibus Sabazius nomen est, testimonio esse poterunt veritati: in quibus aureus coluber in sinum dimittitur consecratis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis.*

Ἥρωες.] Dracones heroibus dicatos fuisse tradit Plutarchus in Cleomene, extremis verbis: τὰ δὲ ἀνθρώπινα σώματα, τῶν περὶ τὸν μυελὸν ἰχώρων συρρυέντων τινὰ καὶ σύστασιν ἐν ἑαυτοῖς λαβόντων, ὄφεις ἀναδίδωσι· δὲ τοῦτο κατιδόντες οἱ παλαιοί, μάλιστα τῶν ζώων τὸν δράκοντα τοῖς ἥρωσι συνῳκείωσαν.

Καὶ δίας τινά.] L. δίους.

Γῆς γάρ ἐστι καὶ αὐτὸς παῖς, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν γῇ ποιεῖται.] Sed illa serpentem homine percusso amplius non recipit. Plin. c. LXIII. lib. II.

PAG. CII.

Ἄφωνοι γάρ εἰσιν οἱ ἰχθύες.] Lucianus in Halcyone, ἄφωνα γὰρ δὴ τά τε καθ᾿ ὕδατος διαιτώμενα.

Ψιθαφύας.] Isaacus Casaubonus legendum censet, ἢ ψιθοὶ ἀφύαι. Suidas, καὶ ἀφύαι τιμὴ τὸ ἔλαιον, ἐπεὶ ἐν αὐτῷ ἕψονται.

PAG. CIII.

Λύει δὲ τὴν γαστέρα μῦς.] Horatius lib. II. Sermon. Sat. IV.

——— *si dura morabitur aluus,*
Mitulus & viles pellent obstantia conchae.

Διὰ τὸ ὀστᾶ ἔχειν.] Inserenda negatio est, διὰ τὸ ὀστᾶ οὐκ ἔχειν.

Ἀλιφῶν ὁ Ἀθηναῖος.] Suidas, Ἀλιφῶν Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης. περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν.

PAG. CIV.

Ὁ κονδυλισμὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιβολήν.] Seruos condylis, colaphis, & talitris caedebant domini. vnde apud Martialem, Condylus serui nomen. lib. IX. epig. XCIV. Sic apud Suidam, ὁ δὲ Ἡρακλῆς παῖδα τινὰ περιφέροντα ὕδωρ καταδύμα κονδύλοις ἀπέκτεινε. Iuuenalis Sat. IX.

Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.

Petronius: *ego durante adhuc iracundia non continui manum, sed caput miserantis stricto acutoque articulo percussi.* Vetus Glossarium, Κόνδυλος, *colafus.* Κόνδυλος ποδὸς ἢ χειρός, *hoc talitrum.*

Καὶ ὅπου ἄπιασιν, ὁκεῖθεν πνευσόμενον ἄνεμον σημαίνει.] Plinius lib. XVIII. in prognosticis tempestatum. *Delphini*, inquit, *tranquillo mari lasciuientes, flatum ex qua veniunt parte praesagiunt.*

PAG. CVI.

Ὄρνιθες ἱεροί, πλουσίοις μᾶλλον ἢ πένησι σύμφοροι. οἱ δὲ μικροὶ καὶ παχεῖς, &c.] Fortasse legendum, ὄρνιθες ἄιδειοι μεγάλοι πλην. &c.

Ἔθος γὰρ παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τούτους, &c.]. hoc typo in plerisque numis Consecrationes videre est.

Pag. cix.

Πάρνοπες.] Scholiastes Aristophanis, εἶδος ἀκρίδων οἱ πάρνοπες· εἰσὶ δὲ οὗτοι ἀττέλαβοι. Vid. Aelian. Hist. an. lib. XVII. cap. xix. Apollo Parnopius ab Atticis nuncupatus, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν γῆν ἀποτρέψειν ὁ θεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας.

Μάσακες.] μασάξ σιδοφάγος. Nicandro in Theriac. Scholiast. μάσακι, ἤγουν ἀκρίδι.

Pag. cx.

Ἀντιπρόσωπον δὲ, τὴν πρῴραν.] Prora in naui quasi frons & facies in homine. Scholiastes Aeschyli ad illud τῆς ἑπτ. ἐπὶ Θηβ. βλάστημα καλλίπρῳρον. τὸ καλλίπρῳρον, inquit, καὶ τὸ εὐειδὲς τὴν πρῴραν ἐπαφροδισίαν ἔχον τῷ κάλλει. τοῦτο δὲ ἐποπτικὸν ἀπὸ τῆς νεώς. ὥσπερ γὰρ ἡ πρῷρα ταύτης, θεωρία τίς καὶ ἄποψις τυγχάνει τῶν πόρρωθεν, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς τὸ μακρόθεν διαγινώσκεται· οὕτω καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος πρῷρα τίς φαίνεται. καὶ προορᾶται γὰρ ἐμφανῶς ἅπασι καὶ ἐκφαίνεται μάλιστα τῶν ἄλλων μερῶν.

Pag. cxi.

Τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ θεοὺς ἱδρυμένους.] Tutelam nauis intelligit. habebant enim nautae scriptos vel pictos praesules suos, quorum nominibus nuncupabantur & naues. Hac de re multa ad Petronium viri docti notauere scitu dignissima.

Ὁ λεγόμενος μύσυς.] Legendum, μύκης. Theophrast. Suid.

Pag. cxii.

Ἀρκάδες ἔασιν βαλανηφάγοι.] Habebat in animo Artemidorus illud epigram.

> Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

Apollonius Argonaut. IV.

> Ἀρκάδες οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται
> Ζώειν φηγὸν ἔδοντες ἐν οὔρεσιν.

Plinius initio lib. XVI. *glandiferae arbores primo victum mortalium aluerunt, nutrices inopis ac ferae sortis.*

Διὰ τὸ μὴ πληγῶν τὸν καρπὸν καθαιρεῖσθαι.] Plinius lib. XV. cap. iii. *Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticas decutiunt, cum iniuria arborum, sequentisque anni damno. quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, Oleam ne stringito, néve verberato.* Paxamus in Geoponicis: ῥαβδὸν δὲ οὐ προσφέρουσι τῇ ἐλαίᾳ, ἐπεὶ εἰς τὸ μέλλον ἧττον καρποφορεῖ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ καρπὸς βιαίως καταφερόμενος, τραυματίζεται, προσαπτόμενος ἢ λίθοις, ἢ σκληροῖς βώλοις, καὶ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἀντιλαμβανόμενος, γεῶδες τὸ ἔλαιον ποιεῖ. Cato lib. de re rust. *Oleam ne stringito, néve verberato iniussu domini aut custodis.* Olea excussa, Paul. l. XIII. D. quib. mod. vsusfruct. Varro lib. I. de re rust. cap. lv.

Τρίβειν ἐλαίας] Oleam premere, Vlpiano l. XIX. §. illud. D. Locati. *Fiscos autem quibus ad premendam oleam vtimur,* &c.

PAG. CXIV.

Πρὸς ἐσχάτοις ὅτης ἐναφιᾶσι τῇ κοίτῃ.] Hippocrates lib. de morbo ſacro. ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα μὴ εἰσίῃ ἐς ἑωυτὸν ἀφρέει καὶ ἀναβλύει, ὥσπερ ἀποθνήσκων· ἡ δὲ κόπρος ὑπέρχεται ὑπὸ βίης πνιγομένου. Seneca in Apocolocyntoſi: *Vltima vox eius haec inter mortales audita eſt; Vae me, puto concacaui me. quid autem fecerit neſcio, omnia certe concacauit.* Phaedrus de canum legatis ad Iouem,

Totam timentes concacarunt regiam.

Vide ſis quae ad eum locum notaui.

PAG. CXV.

Ἀγαθὸν δὲ καὶ πρὸς ἀποδημίαν τὸ τοιοῦτον, καὶ ἀποδήμου ἀνακομιδὴν διὰ τὸ ὄνομα· ἄφοδος γὰρ καλεῖται.] Suidas, Ἄφοδος, ὁ ἀπόπατος, ἐξ οὗ καὶ ἀφοδεύειν, καὶ ἄφοδον ἀναχώρησιν, ὥσπερ καὶ ἔφοδον τὴν ἐπέλευσιν.

PAG. CXVI.

Ἐὰν ποταμῷ τέχηται.] L. ἐὰν ἐν ποτ. τ.

PAG. CXVIII.

Τοῖς δὲ νοσοῦσι, κρισίμους ἡμέρας προαγορεύουσιν.] Hippocrates lib. I. Ἐπιδημ. ἔτι δὲ περίττῃ κρίσιμος, &c. Celſus lib. III. c. IV.

PAG. CXIX.

Ἐμοὶ δὲ δίκαιον ἐδόκει.] vera Iſa. Caſauboni coniectura, ἐμοὶ δέ τι κάλλιον ἐδόκει.

PAG. CXXI.

Περὶ μονομαχίας.] Pleraque in hoc capite ingenioſe & feliciter reſtituit I. Lipſius Saturnal. II. cap. IX. haec vero verba, διμάχαιρος δὲ καὶ ὁ λεγόμενος Ὀρβίλας, attigit tantum, nec explicauit. Vitium autem ſubeſſe puto. &, quidni inter haec oneirocritica ſomniare liceat? videre mihi videor Artemidorum ſcribentem, διμάχαιρος δὲ καὶ ὁ λεγόμενος Οὐήλης. Οὐήλης, Veles. gladiatoris genus. Iſidor. Orig. lib. XVIII. cap. LIV.

Καταφθίνοντες ἄνθρωποι.] L. καταφθίνοντες.

Συντρίβειν δὲ θεῶν ἀγάλματα.] vide fabellam Aeſopiam, Ἄνθρωπός τις ξύλινον ἔχων θεόν, &c.

PAG. CXXV.

Ἄρτεμις τοῖς φοβουμένοις ἀγαθή· διὰ γὰρ τὸ ἀρτεμές, ὅπερ ἐστὶν ὑγιές, ἀφόβους αὐτοὺς διαφυλάττει.] Phurnutus, τούτου δ' ἕνεκεν εἴρηται κατ' εὐφημισμὸν τὴν Ἄρτεμιν ἀπὸ τοῦ ἀρτεμεῖς ποιεῖν, ὅ ἐστιν ὑγιεῖς, ὠνομάσθαι. Plato in Cratylo Artemin dici ait, διὰ τὸ ἀρτεμὲς καὶ τὸ κόσμιον καὶ τῆς παρθενίας ἐπιθυμίαν.

Ἡ καταστελλομένη τῷ σχήματι ἀμείνων.] Diana venatrix ἀνεσταλμένη pingitur. hoc enim à patre petiiſſe ait Callimachus:

——— εἰς γόνυ μέχρι χιτῶνα
Ζώννυσθαι λεγνωτόν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνω.

Minutius Felix, *Diana interim eſt altè ſuccincta venatrix.* Ouidius III. Metamorph.

——— *Gargaphie ſuccinctae cura Dianae.*

Epigrammatarius lib. V. Anthol.

——— ἦν δ' ἐπὶ γουνῶν

Παρθένων λεχωΐδι ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα.

Καὶ ἡ λεγομένη παρὰ Λυκίοις Ἐλευθέρα.] Fortean legendum Ἐλευθώ. Diana enim Ilithyia, Ἐλευθὼ dicta. Pindarus Olymp. od. VI.

Τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας πραΰμητιν
Τὶν τ' Ἐλευθὼ συμπαρίστασέν τε μοίρας.

Scholiastes, παρέστησεν Ἐλευθὼ, ἤγουν Εἰλείθυιαν· ἔφορον δηλονότι θεὰν τῆς τόκου. Phurnutus, ἣν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι, λύουσαι τὸ ἐσφιγμένον τοῦ κόλπου πρὸς τὸ ῥᾷον καὶ ἀπονώτερον πρόοδον ποιεῖν τὸ κυϊσκόμενον, λεγομένης αὐτῆς καὶ Ἐλευθοῦς.

PAG. CXXVI.

Περὶ πυρὸς αἰθερίου.] supra lib. I. dixit, περὶ πυρὸς τοῦ ἐν χερσί.

Ἥλιοις δὲ καὶ τὰ ἀρσενικὰ τέκνα, &c.] citatur hic locus à Suida, in voce Ἥλιος.

PAG. CXXXII.

Διὰ τὸ ἄγριον.] Pan ἄγριος θεὸς καὶ φιλέρημος.

Οὐ γὰρ ἀσφαλῶς ἐπεστηριγμένας ἔχει τὰς βάσεις τῶν ποδῶν.] est enim τραγοσκελὴς, κεροβάτης & capripes. Silius Italic. Punic. XIII.

—— pendenti similis Pan semper, & vno
Vix vlla inscribens terrae vestigia cornu.

Ἐφιάλτης.] Glossae, ἐφιάλτης, *Incubo*. Item, *Incubus*, Πάν.

PAG. CXXXIII.

Σωτῆρες γὰρ εἰσὶν οἱ θεοί.] Theocritus Ecdyl. XXIV.

—— Λακεδαιμονίοις δύ' ἀδελφοῖς
Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων.

Καλλίνικος γὰρ ὁ θεὸς καλεῖται.] Suidas, Καλλίνικος, ὁ Ἡρακλῆς. Pindarus Olymp. od. IX. initio.

PAG. CXXXIV.

Παῦλαν γὰρ καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν δεινῶν σημαίνει, δι' αὐτὸ τὸ ὄνομα. ἐστὶ γὰρ Διόνυσος, παρὰ τὸ διανύειν ἕκαστα. τοῖς δὲ τὸν ἁβρὸν βίον ζῶσι καὶ μάλιστα πᾶσι ταραχάς, &c.] Legendum puto: ἐστὶ γὰρ Διόνυσος, παρὰ τὸ διανύειν ἕκαστα τοῖς τὸν ἁβρὸν βίον ζῶσι. καὶ μάλιστα πᾶσι ταραχάς, &c. vide autem an rectius apud Suidam legatur τὸν ἄγριον βίον. Διόνυσος ὁ Σεμέλης υἱὸς, παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν· ἢ παρὰ τὸ διανοεῖν ἕκαστα τοῖς τὸν ἄγριον βίον ζῶσι.

Διὰ τὴν περὶ τὸν θεὸν ἱστορίαν.] Innuit Lapitharum & Centaurorum rixam debellatam super mero. Horat. I. Carm. od. XVIII. & XXVII.

Ληστηρίων πετροβολὰς σημαίνει, καὶ τραύματα καὶ κατακοπάς.] propter fabulam Titanum à quibus discerptum fuisse Bacchum narrant. Arnob. lib. V.

Βάκχαι καὶ Βασσάραι καὶ Σάτυροι.] Suidas, Βάκχαι, καὶ Σάτυροι, καὶ Πᾶνες, καὶ Σειληνοὶ, ὀπαδοὶ Διονύσου. Himerius in Excerptis per Photium, Ἦλθεν ἐπ' Ἰνδοὺς ὁ Διόνυσος, γένος τὴν Διονύσου χάριν ἀρνούμενον. ἦν δὲ ὁ μὲν στρατὸς, βάκχαι καὶ σάτυροι· τὰ δὲ ὅπλα, νεβρίδες καὶ θύρσοι.

Πᾶσι τοῖς ἐμπορικὸν βίον ἔχουσι.] Ipse Mercurius prologo Plautinae Amphitruonis,

Vt vos in vostris voltis mercimoniis

Emundis vendundisque me laetum lucris
Afficere, atque adiuuare in rebus omnibus,&c.

Georgius Codinus ἐν Παρεκβολ. Λέγουσι δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ κέρδους αἴτιον, καὶ τῶν ἐμπορειῶν ἔφορον. ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἰσῶσι βάσταζον μάρσυπον.

PAG. CXXXV.

Ἑρμῆς πετράγωνος.] Idem Codinus, ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσι διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. qui locus & superior citatur à Suida suppresso auctoris nomine.

Νέμεσις.] Paullus Alexandrinus in Apotelesmat. Ἡ δὲ Νέμεσις, δαίμων χθονίων καὶ τῶν κεκρυμμένων πάντων, ἀποδείξεώς τε ἐπὶ αἰδρείας, ἐπὶ φυγῆς, καὶ ἀπωλείας, καὶ πένθους, καὶ ποιότητος θανάτου παραιτία καθέστηκε.

Νεμεσᾶν γὰρ καλοῦμεν καὶ τὸ ἐμποδὼν ἵστασθαι, &c.] Suidas, Νεμεσᾶν, τὸ ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς παραλογοῦσι κατὰ γνώμην, ἢ μᾶλλον μετὰ γνώμην.

Πάνδημος Ἀφροδίτη.] Volgiuaga Venus Lucretio lib. IV. Himerius in excerptis à Photio, πάνδημος δ' Ἀφροδίτη πρὸς τὴν νεαρίαν ἦλθε κοινὸν· ἡ μὲν γὰρ βεβήλοις ἐπὶ ἡ καθαροῖς τὴν φύσιν ἄγει τοὺς ἔρωτας. Apuleius in Apologia, duas itidem Veneres esse ait, alteram Vulgariam; alteram vero Coelitem: illam populari, hanc vero optimati amore percitam.

Ἀφροδίτη πελαγία.] Venus marina, Horat. od. XXVI. lib. II. & II. lib. IV. dicta etiam Pontia & Epipontia. Hesych. Pausan.

PAG. CXXXVI.

Κτήματα τῶν ἰδόντων.] L. κτίματα.

PAG. CXXXVII.

Ἑστία αὐτή τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῆς πόλεως βουλὴν σημαίνει.] Ἑστία, βουλαία dicta Dinarcho apud Harpocration.

Κόνωθία.] Vid. Plutarch. περὶ φιλαδελφ.

Διὰ τὴν περὶ αὐτὴν ἱστορίαν.] Vnde prouerbium, Ἴτυος ἄχη.

PAG. CXXXIX.

Οὐκέτι δὲ ἡ κόρη διὰ τὴν περὶ αὐτὴν ἱστορίαν.] Arnobius lib. IV. aduers. gentes. *Parit mensem post septimum luculenti filiam corporis, quam aetas mortalium consequens modo Liberam, modo Proserpinam nuncupauit.*

Δεῖμος καὶ Φόβος, Ἄρεως υἱοί.] Suidas, Δεῖμος καὶ Φόβος καὶ Κύδοιμος, ὑπηρέται τοῦ Ἄρεως, υἱοὶ πολέμου. οἱ καὶ αὐτοὶ συμπεπόνθασι τῷ Ἄρει, τοῦ Ἡφαίστου αὐτοὺς μὴ φοβηθέντος.

PAG. CXLI.

Τὰ ζωγράφοις σύμφορα.] Plinius. *pingentes, sandyce subdita, mox ouo inducentes purpurissum, fulgorem minij faciunt.*

PAG. CXLVI.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ παιζόμενοι λαμβάνουσι τὰς πληγάς, ὠφελείας συμβέβηκε γίνεσθαι, παρὰ τὸ λαμβάνειν.] Vt Graeci λαμβάνειν πληγάς, sic etiam Latini *accipere ictus & plagas* dixere. plena exemplorum omnia. Quod autem hic in ambiguo sensu τοῦ λαμβάνειν obseruat Artemidorus, id elegantissime expressit Martialis epigram. XXXIX. lib. V.

Et esse tristem me meus vetat Paetus;
Pectúsque pulsans, pariter & comam vellens,

ἀπάνθρωπος lib. II. Antholog. ἐν συμποτικοῖς ἀσμάτων.

Χαῖρε κυπράδηος τελοὶ νύμφαις τίβαδος αὐτῆς.
Τῆμος καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἐπιμέσταδες.
Εἰ δὲ πολὺς πτόλιστιν, ἀπίστατλαι μὲν ἔρωτας. &c.

Ad lib. II. Epigram. xxix. *Non hesterna sedet.*) Ludit Martialis in nebulonem, qui nobilium numero inseri cupiebat. Et gemmis quidem ornatus, pretiosis vestibus indutus, vnguentis delibutus, comtus ac politus erat: verùm ne hesterna quidem lingula lunatâ sedebat plantâ, nec laesum pedem aluta coccina tegebat. ceterùm inscriptum fronti habebat epigramma numerosis inductum spleniis. scilicet, stigmatias erat. Epigram. xxxi. *Supra quod fieri.*) Ancipiti ioco inest nequitia, quam nolo clarius declarare. Epigram. xxxvii. *Tra. pu. domum ferenda.*) Sordidus iste mos helluonum notatur à Theophylacto Simocata in Epist. xiv. ὁ δὲ Στασίσιος οὕτως ναίας τῶν ἰχθύων τὰ πλεῖστα ἐκβέβρωκε, καὶ τὰς ἀκρίδας οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξέρριψεν, ὁ δὲ Τοξίας ἐκεχλεύη. καὶ μοιχεῖ τινα ἤπια τῶν κόρων κομίζεσθαι οἴκαδε. Epigram. xlvii. *Conchis Cytheriacis.*) Conchas puellarum intellige. vel potiùs, Conchas Venerias, virginali seu feminali glabro consimiles, de quibus Plinius lib. IX. cap. xxxiii. *Nauigant ex his veneriae, praebentésque concauam sui partem, & aurae opponentes, per summa aequorum velificant.* Epigram. lxiv. *Marsia caussidicus.*) Videatur Sollius Apollinaris, Carmine xiii. Epigram. lxvi. *Hoc facinus Lalage.*) Iuuenalis Satyra VI.

Disponit crimen laceratis ipsa capillis, &c.

Plecusa.) Nomen ornatricis, Πλέκουσα. à componendis, comendis, nectendísque crinibus. Sic apud Iuuenalem d. Sat. Psecas, ab eo quod Graeci dicunt, ψεκάζειν. Vetus Interp. ad vers. 489. Glossarium vetus ms. Κομμοῦν, τὸ σῶμα κοσμίζειν, ἐπὶ καὶ κομμωτικὴν λέγουσι τὴν κοσμοῦσαν καὶ ἐμπλέκουσαν. Artemidorus lib. II. cap. vi. πλέκεσθαι δὲ γυναιξὶ μόναις συμφέρει.

Ad lib. III. Epigram. xvi. *Quódque tibi tribuit subula, sica rapit.*) Scitè nimis subulam cum sica componit. Subula enim ὀβελὸς est, & stilum siue graphium fere repraesentat, quo veluti sica infestae & armatae Patrum manus apud Senecam lib. I. de Clementia. Sic etiam obelisco, tanquam sica, malos versus iugulabat Aristarchus. Item subula coquinarium fuit instrumentum. Glossae veteres: ὀβελὸς ἐν ᾧ ὀπτῶμεν, *subula, veru.* Vnde & hastae quibus praefixae erant quasi subulae, ὀβελίσκοι. Scholiastes Aristophanis: τῷ δὲ ὀβελίσκῳ ἐχρῶντο ἀντὶ δόρατος. Idem. τὸν ὀβελίσκον. ὅπερ ἐστὶν ἡμῖν δόρυ. Sic apud Dionys. Halicarnas. lib. V. ξύλα πεφιμένα καὶ χειροπληθῆ σιδηροῖς ὀβελίσκοις ἔχοντα. Veruta pila, Festo & aliis. Epigram. lviii. *Sordidae cortis.*) Cortis siue Curtis. Vnde & Cortinarij, Cortelini, Coortales, *Courtisans, valets de Court*, apud recentioris aeui scriptores. Ibidem. *Coactos non amare capones.*) Aliter de se sentiebat Apuleianus αἰσχρόμυθος:

Amare, inquit, *liceat, si potiri non licet.*

Epigram. lxiii. *Femineas cathedras.*) De femineis cathedris habes apud

H

Phaedrum lib. III. fab. XLVII. Epigram. LXXXII. *Hos Malcionis patimur.*) Malcio, quasi, Malacio, μαλακός. Totum autem hoc epigram. bene conuenit in Trimalcionem illum, de cuius caena Petronius Satyr. Epigram. C. *Cursorem sexta.*) Cursor, seruus, *laquis.* Vid. l. seruis vrbanis. De leg. III. Glossae Χούρσωρ, exercipes. Ταχυδρόμος, δρομεὺς, ἢ κούρσωρ. Suidas: Κυρσῶρες, οἱ διαβιβάζοντες. κούρε γὰρ, τὸ τρέχε. AD LIB. IV. Epigram. VIII. *Matutinum Iouem.*) Caesarem Martialis Iouem suum vocat. Sic domini à seruis suis, humani Ioues, appellantur. Plautus, Casina, Scae. *Vna edepol.*

—— ST. quid id refert tua?
Vnus tibi hic dum propitius sit Iupiter,
Tu istos minutos caue Deos flocci feceris,
OLY. Nugae sunt istae magnae, quasi tu nescias,
Repente vt emoriantur humani Ioues. &c.

Epigram. XX. *Cerelia pupa.*) Pupus, pupulus, & pupillus, puerilia & blandae appellationis nomina. Tranquillus lib. IV. cap. XIII. de Caligula. *densissimo & laetissimo obuiorum agmine incessit, super fausta nomina, Sidus, & Pullum, & Pupum & Alumnum appellantium.* Pupi enim & Pupae eadem fuit Latinis auctoribus vsurpatio, quae Pulli; nempe pro tenella & mollicella aetate. Glossae veteres, Παιδάριον, *hic puellus, hic pupus.* Varro, Tithono,

Ac mamma lactis sugentem pascere pupum.

Ausonius Eidyl. VII. de Bissula,

—— Latias vincis alumna pupas.

Catullus quoque à Pupo ὑποκοριστικῶς deduxit Pupulum,

Deprendi modo pupulum puellae
Trusantem.

Pupulum interpretor puerum minutum, facie & garrulitate amabilem. quales olim pueri in deliciis erant Octauio, vt refert Sueton. c. LXXXIII. lib. II. cuiusmodi etiam, sed nequitia improbiore, pueros primae teneritudinis committebat Tiberius, eósque non Pullos sed Pisciculos vocabat; instituebátque vt natanti sibi inter femina versarentur ac luderent, nouo libidinis inuento. Venuste igitur & Romane Catullus Pupulum suae puellae *trusantem*, ἢ ἐν ἔργῳ, se deprehendisse ait. *Trusare* enim est agitare & frequenter obtrudere. vnde & Plauti *molae trusatiles* apud Gellium. Porro, vt osculum & oscillum, pupula & pupilla, sic pupulus & pupillus. nimirum, tutores vt suum in pueros parentibus orbatos suaeque fidei creditos amorem testarentur, pupillos vocauerunt, quasi paruos pupos siue pupulos, vt fauorem blanda & mollis appellatio prouocaret. ac certe tenerae aetatulae *simplicitas*, quae suis rebus superesse minime potest, *digna fauore fuit.* Pupilli nomen à iuris auctoribus refertur ad tutorem; nec aetatem solum, sed maxime conditionem indicat. Sic in Persij Sat. IV.

Quo fretus? dic hoc magni pupille pericli.

pericli, pro, *periculi.* nec enim audio bonos viros, qui hoc Satyrae initium ad nescio quam de Alcibiade & Pericle historiam referunt. sed cum tota Satyra in Neronem scripta sit, magis puto Persium allusisse ad Poppaeae dictum, *quae sibi matrimonium*, (Taciti verba sunt lib. XIV. Annal.) *& dissidium Octauiae, incolumi Agrippina haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusare principem, & pupillum vocare, qui non modo imperij, sed libertatis etiam indigeret.* Dicacitas scortilli Neronem pupillum vocabat, quasi puerulum & infantulum, necdum sui iuris. & legendum esse *pericli*, hoc est, periculi, euincunt eiusdem Poppaeae verba quae paullo postea in Tacito leguntur, quaeque Persij interpretes neglexerunt. his enim verbis Poppaea arte adulterae penetrantibus, ventura pericula principi obiiciebat, vt & Satyricus: *Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis coniugio: ituram quoquo terrarum, vbi audiret potius contumelias Imperatoris, quàm viseret periculis eius immixta.* Quinetiam videri possit *pupilli* nomen pro puero positum, aetatémque nihilominus quam conditionem significare in l. *Sed & si quis.* §. *Pupillus* D. *de instit. act.* quae lex Vlpiani est: *Pupillus autem institor obligat eum, qui eum praeposuit, institoria actione: quoniam sibi imputare debet qui eum praeposuit.* deinceps enim sequitur haec Gaij lex: *Nam & pueros puellásque tabernis praeponunt.* Tribonianus lucem adferre voluit Vlpiano; & Gaij verbis quosnam pupillos Vlpianus vocauerat, indicare: vt scilicet per pupillos intelligerentur pueri & puellae. Sed fortasse non debuit Tribonianus inoculare Vlpiani legem quin potius repositis in aliam occasionem Gaij verbis, legere continuo post verba, *qui eum praeposuit*, legis Sed & si quis, *verum si ipse pupillus praeposuerit, siquidem tutoris auctoritate, obligabitur; si minus, non.* Sane ambae partes, indidem promtae sunt, ex lib. XXVIII. Vlpiani ad Edict. vt paret ex inscriptione. Quemadmodum autem Pupillus dicitur etiam nulla ad tutorem relatione; sic Tutela nullo ad Pupillum respectu. Caecilius Plotio,

Ibo ad forum, & pauperi tutelam geram.

Epigram. XXII. *Perspicuae plus vetuistis aquae.*) Scilicet, ne vltimam amoris lineam pertingerem, néve oscula quinta parte venerei nectaris imbuta carperem. Τὸ, *plus*, in re amorum idem est Martiali, quod Ouidio, *cetera:*

Oscula qui sumsit, si non & cetera sumsit;
Haec quoque quae sumsit perdere dignus erat.

& Evstathio Philosopho, τὸ ἐρωτικώτερον. lib. IV. Ismenes & Ismeniae: καὶ πάλιν ἐφίλουν αὐτὴν, καὶ πάλιν ξυνεθλίβουν, καὶ τὸ δρᾶν ἐπεχείρουν ἐρωτικώτερον. Clitophon verò apud Tatium, illud Plus, si oscula desint, nihil esse ait. Τὸ μὲν γὰρ ἔργον τῆς Ἀφροδίτης, καὶ ὅρον ἔχει καὶ κόρον, καὶ οὐδέν ἐστιν ἂν ἐξέλῃς αὐτοῦ τὰ φιλήματα. φίλημα δὲ καὶ ἀόριστόν ἐστι καὶ ἀκόρεστον καὶ καινὸν ἀεί. τρία γὰρ τὰ κάλλιστα ἀπὸ τοῦ στόματος, ἀναπνοή, φωνὴ, καὶ φίλημα. Epigram. XL. *Atria P. stabant cum stemmate toto.*) Plena erant infulis, lineis, flexuris cognationis & gentis. Plinius lib. XXXV. cap. II. *Stemmata vero lineis discurrebant ad ima-*

gines *pictas.* Seneca lib. III. de Beneficiis cap. XXXVIII. *nomina familiae multis stemmatum illigata flexuris.* Hinc apud Ausonium in Gratiarum actione, *Replicare stemma.* & Sidon. Apollin. Epist. XII. lib. VII. *Explicare stemmata.* Plutarch. initio Numae: καίτοι ἐξ ἀρχῆς εἰς τοῦτον καθήκοντας τῶν στεμμάτων ἀκριβῶς δοκούντων. Nec leuis error in Gallica versione ob minime intellectam stemmatis significationem. Epigram. LXVI. *saucia vena mero.*) Notaui ad Phaed. lib. I. fab. XX. Epigram. LXXXVII. *Inuersa pueris arande charta.*) Olim vix inuersa charta scribebant. Sidon. Apollin. lib. II. Epig. IX. *Quarum quoque replicatio fieret amoena narratu, nisi epistolae tergum madidis sordidare calamis erubesceremus.* Hinc ipse Mart. Epigram. XVI. lib. VIII. *Scribit in auersa Picens epigrammata charta.* &c.

AD LIB. VI. Epigram. XXI. *Tam frugi Iuno vellet habere Iouem.*) Salax & petulans Iupiter à Poëtis celebratur. quod illis eleganter exprobrat Arnobius lib. IV. aduers. Gentes. *Nonne illi fuerat satis Iuno, nec sedare impetum cupiditatum in regina poterat numinum, quum nobilitas eam commendaret, tanta facies, oris dignitas, & vlnarum niuei marmoreique candores? an vxore contentus haud vnâ, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus, impatientiam suam spargebat passim (vt bacchari adolescentes solent) salax Deus?* Legendum verò: *vt vagari adol. sol.* Sic Martialis supra hoc ipso epig.

Legitimos esset cum vagus ante toros.

Sic etiam Persius Sat. VI. *vagum inguen,* dixit:

Quum morosa vago singultiet inguine vena:

Glossarium vetus: Σποράδην, *vageraßim.* Scribo: *vagè, paßim.* Ibidem. *Arcano percußit pectora loro.*) Id est, κεστῷ, cesto. sic emendandus Minutius: *Loro Veneris illectum, flagrantiùs quàm in adulteras soleat, cum Iunone vxore concumbere.* vulgò legitur, *thoro.* malè. Lorum Veneris, cestus est: & ab Homero Ιλιάδ. γ. vocatur ἱμὰς πολύκεστος. Scholiastes: πολυκέντητος, πολύρραφος, ποικίλος· ἐπειδὴ καὶ ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἱμὰς ὀνομάζεται κεστός. Idem: Ἱμάς, λῶρος. Vetus Glossarium ms. Ἱμάντες, λῶροι. Vide Notas ad Onosandrum pag. 38. Epigram. LXXVIII. *Oculo, valebis, inquit.*) Sic in Epigram. Lucillij lib. II. Anthologiae, amissurus oculum dixit: χαῖρ' ἱερὸν φάος. Epigram. XC. *Vxor est duorum.*) Quasi binas nuptias eodem tempore constitutas habet. quod turpe est, & infamiam parit, ex verbis Praetoris. D. De his qui not. infam. Biuiram veteres dicebant vxorem duorum virorum. Nonius: *Biuiras,* inquit, *vsus viduas appellat.* Imo fortean potiùs adulterae dictae biuirae. & ita meliùs quàm de vidua, locus Varronis accipietur: *Ad biuiram venio, cùm vellem ostendere quid vellem, Metamelos Inconstantiae filius me reprehendit.* & contrà vniuira dici potest, vnico gaudens mulier marito. AD LIB. VII. Epigram. XVII. *Accessi quoties ad opus, mistisque mouemur 1.*) Hoc est quod Vlpianus dixit, *in ipsis rebus Veneris.* quod Solo & Draco dixerant, ἐν ἔργῳ. l. 23. D. ad l. Iul. de Adult. Harmenopulus, ἐν αὐτῷ ἔργῳ τῆς μοιχείας. ἐν συμπλοκῇ. Tertullianus lib. de Anima cap. XXVII. *In solenni sexuum officio, quod marem ac feminam miscet. in concubitu communi. in illo ipso voluptatis vltimae aestu, quo g. v. ex.*

Ouidius, *in veneris gaudiis.* Papianus lib. Responsorum, tit. 26. *ita vt vnum sint, & sese commisceant.*) Catullus, *trusantes.* Hyginus in fab. *venerantes.* Fabius Declam. 291. *Dum rem faciunt maritorum.* Martianus Felix lib. I. *in maritali vacatione.* Petronius, *in officio nuptiali.* &c.

AD LIB. IX. Epigram. XII. *Dicunt Earinon.*) Earinus, vernus. Tertullianus lib. de habitu muliebri cap. XVIII. Deum, ait, creare potuisse oues earinas: id est, virides. qui color propriè verni temporis est. Epigram. XVI. *celebrata.*) non malè in quibusdam codd. *scelerata.* dici tamen potest, celebrata Chloe, famosum & nobile scortum. Ibidem. *Se fecisse.*) Trifariam accipi potest ambiguitas huius verbi. Se fecisse, hoc est, se tumulum posuisse. vel, se fecisse, se necasse septem viros, vel denique referri potest ad res venereas: & pulcrè conueniet Chloe meretrici. Epigram. XLII. *Quod digitis Pontice perdis, homo est.*) Notandus in hanc rem Minutij locus: *Vos enim nec inuicem agnoscitis, & in mutua odia saeuitis: nec fratres vos, nisi sane ad paricidium recognoscitis.* Nimirum illi Fratres dicebantur, qui nefario concubitu turpe perdendi hominis praestabant officium. Epigram. LXXXIX. *Denso cùm iaceam triente blaesus.*) Ebrij scilicet vt mentis, sic & linguae compotes non sunt. etenim caput sensuum omnium arcem occupat grauedo, sopor., κάρος ἐξ οἴνου, καρηβαρία, quae Latinis elucus siue helucus. Apuleius Apol. *Crassus ipse vbi gentium est? An Alexandriam taedio domus remeauit? an parietes suos detergit? an, quod verius est, ex crapula heluco attentatur.* Sic emendandum puto hunc locum. nam corruptè vulgò legitur: *ex crapula helluo att.* De eluco Festus, & Tertullianus lib. De coron. mil. AD LIB. X. Epigram. XXV. *Tunica praesente molesta.*) De hac tunica dixi ad Onosand. pag. 17. & Phaedrum, lib. IV. Fab. LX. AD LIB. XI. Epigram. XX. *Diserta es.*) Lasciua es & salax. Sic intellige lib. IX. Epig. XII.

Nobis non licet esse tam disertis,
Qui musas colimus seueriores.

& lib. VI. Epig. in Laberium:

Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat, Laberi, virum putabo.

& lib. XII. Epigr. in Sabellum:

Tanti non erat esse te disertum.

Epigram. LXXIII. *Drauci Nata sui vocat pipinnam.*) Si quid mutandum, libens scriberem, *pisinnam.* hoc est, paruulam. aptissimè ad sequentem versum. Auctor Glossarum in Persium citat hunc versum Labeonis Gram.

Crudum maduces Priamum, Priamique pisinnos.

Id est, paruulos filios. Epigram. VC. *Iura, verpe, per Anchialum.*) Rumor erat Anchialum puerum Martialis, à poëta quadam Iudaeo paedicari. arguit eum Martialis quod natus in ipsis Solimis, adeóque sanctior & castior putaretur, tamen paedicaret. Negabat ille simul & per Deum iurabat. At proteruè Martialis, iura, inquit, per ipsum Anchialum, puerum meum. In odium Iudaicae religionis. Nec assentior viris

doctissimis qui aliter interpretantur. Quod attinet ad nomen Anchiali, exstat vetus Epigramma: Anchialus Lesbiae.

Hospes sta, & lacruma, si quid humanius in te est,
Ossua dum cernis consita moesta mihi.
Quoius laudati mores, & forma probata 'st
Anchialo, quem cura anxia debilitat.
Lesbia sum, quae dulcis mores sola reliqui,
Et vitam viuens parui in officiis.
Sei nomen quaeris, sum Lesbia: si duo amantes,
Anchialus dulcis cum suo homine Spurio, &c.

Epigram. XCIX. *Labra pingui delibuta ceroto.*) Pinguia labra, quasi cerata, siue cera inducta. Cerotum, κήρωτον. Vet. gloss. *κηρῶ, cero. κήρωμα, ceroma.* Plin. lib. XXII. cap. XXIV. *ceratum.* Hinc emendandus Arnobij locus insignis lib. VI. *Inter Deos*, inquit, *videmus leones toruissima facie, mero oblita minio, & nomine frugi serio nuncupari. Si simulacra haec omnia superiorum sunt imagines numinum, ergo & in coelo habitare dicendus est Deus talis, ad cuius formam & speciem simulacri huius similitudo directa est: & videlicet vt hic, iste; ita illic, ille, sine reliquo corpore persona est, & facies sola, fremibundus hiatibus toruidis, dirus, sanguineo decotoro malum dentibus suis comprimens, &c.* Si verum amamus, legendum: *dirus sanguineo de ceroto.* hoc est, quod ipse supra dixerat, *facie mero oblita minio.* quo modo etiam, pro, *toruissima facie,* dixit: *fremibundus hiatibus toruidis.* Sic apud Virgilium Eclog. X. Pan triumphans depingitur,

——— *quem vidimus ipsi*
Sanguineis ebuli baccis minióque rubentem.

Ceterùm, vt de vna fidelia duos parietes dealbemus, haec Arnobiana de Sole accipienda sunt, qui leonino vultu pingebatur, dicebatúrque Osyris frugifer: Papinius Statius Thebaid. I.

——— *seu te roseum Titana vocari*
Gentis Achemeniae ritu: seu praestat Osyrin
Frugiferum.

Vnde & iocatur Arnobius, ait enim eum nomine frugi serio nuncupari, cùm tamen ebrij faciem potiùs prae se ferat, mero oblitam minio, quasi, si placet, nimio mero. Nihil autem mutandum in illis verbis, *nomine frugi serio nuncupari.* De leonina Solis facie, Placidus Lactantius Comment. ad Thebaid. AD LIB. XII. Epigram. XLIX. *Grandes vniones.*) Insignes baccas, Horatio Satyra III. titulatos, elenchos, indices, margaritas oblongas. Vetus Gloss. *Elenchi*, μάργαρίται μεγάλοι. Iuuenalis Sat. VI.

Auribus extentis magnos commisit elenchos.

Videatur vetus Interpres. Epigram. LXXVIII. *Multis dum precibus.*) Simile illud de canum legatis ad Iouem apud Phaedrum lib. IV. Fab. 76. Ibidem. *Offensus genitor, &c.*) Quasi Aethon crepando religioni vitium fecisset. Elegans fragmentum ex lib. M. Catonis in L. Veturium: *Domi*

quum auſpicamus, honorem me Deum immortalium velim habuiſſe. Serui, ancillae, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem ſeruo aut ancillae dormienti euenit quod comitia prohibere ſolet, ne id quidem mihi vitium facit. Ibidem. *Poſt hoc flagitium.*) Sic Plauto fores crepantes flagitium facere dicuntur. Epigram. LXXXIX. *Qui ſolus inopi praeſtat & facit turbam.*) Phaedrus lib. III. Fab. LXXVIII. *Aeſopus domino ſolus quum eſſet familia.* AD LIB. XIV. Epigram. LXXIX. *Priapus ſiligineus.*) Vide ad Phaed. Fab. LXXII. Epigram. LXXIII. & LXXIV. *Pſitacus. Coruus.*) Arnobius lib. II. *Diſcit verba pſitacus integrare, & nomina prorſus expromere.* Liber ms. in Bibliotheca Regia. *& nom. corſus expromere.* Inde coniicio ſcribendum eſſe: *& nomina coruus exprom.* Epigram. CLIII. *Semicinctium.*) *Vn demiceinct, vne eſtreinte.* Nicetas Choniates in codice barbaro-graeco dixit, τρυάσπον, ἤτι βούκλαι. Semicincinctio, quaſi laqueo, ad informem nodum, vtebatur ille apud Petronium Sat. *Et iam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondam iunxeram,* &c. Nec erat quod hunc locum, quaſi deſperatum, deponeret author Animaduerſionum in Petron. pag. 336. Epigram. CXXCII. *Ebrius Prometheus.*) Vid. Phaedrus lib. IV. Fab. LXXIII.

PAG. CXLVI.

Καὶ γὰρ ὑψηλὸς ὁ σταυρωθεὶς.] Ipſe Artemidorus lib. IV. cap. LI. ὅτι σημαίνει τοῦτο τὸ δοκεῖν ἐσταυρῶσθαι, δόξαν καὶ εὐπορίαν· δόξαν μὲν διὰ τὸ ὑψηλότερον εἶναι τὸν ἐσταυρωμένον. &c. Sublimes cruciarij ſunt, ideóque ille ſocio ſuo ſublimiorem crucem inuidebat lib. II. Antholog.

Μακροτέρῳ σταυρῷ σταυρούμενον ἄλλον ἑαυτοῦ
Ὁ φθονερὸς Διοφῶν ἐγγὺς ἰδὼν, ἐτάκη.

PAG. CLIII.

Τῶν πάλαι λειφθέντων.] L. τῶν παραλειφθέντων.

PAG. CLIV.

Ὥσπερ γὰρ τὰ χρήματα τοὺς ἀνθρώπους βαστάζει, οὕτω καὶ τὰ πτερὰ τοὺς ὄρνιθας.] Interpretatur quod ſupra dixerat lib. I. cap. V. ἐπειδὴ τοῖς εὐπόροις, πτερὰ φαμὲν ἔχειν.

Γυμνάκις δὲ καὶ διὰ σταυροῦ πεπίασι.] emendabat Iſac. Caſaubonus. διὰ τοῦ ὑγροῦ. nihil certius.

Digitized by Google

ACHMETIS
F. SEIRIM
ONEIROCRI-
TICA

Nunc primum Græcè in lucem edita.

Ex bibliotheca Regis Christianiss.

Digitized by Google

LECTORI.

PAVCVLA quaedam hîc de Achmete dicere habemus. Achmetem ſiue Achamatem medicum Arabem fuiſſe, nec alium ab eo cuius libros ſeptem de Medicina recenſet Geſnerus, quos penes ſe eſſe teſtatur vir bene literatus Ianus Antonius Saracenus Notis ad Dioſcoridē. Haec autem Oneirocritica Artemidori libris adtexere viſum. tum quia ob argumenti ſimilitudinem ex vtriuſq. comparatione vtilitas aliqua percipi poteſt, tum quod ſatis antiquum interpretē Graecum coelo litterario redonari intererat. nam Latinum quidem ante viginti ſex aut ſeptem annos edidit Io. Leunclaïus, ſed pleriſque partibus imminutum &

mutilum,ac perperam Apomasaris nomine nuncupatū, vt ipse postea in Annalibus Turcicis admonuit.Et,ne quid dissimulem,in duobus quos è bibliotheca Regia deprompsi mihi codicibus, non est vnde Achmetis nomen constāter asserere possim : sunt enim ambo ἀκέφαλοι: nisi quod eorū alteri Achmetis titulus recētiore manu praefixus est. Sed & in exemplari Graeco,quod Latine versum circa annum CIↃ CLX Hugoni Echeriano dedicauit Leo Tuscus, auctoris deerat nomē,vt ex Italica Tricassi Mantuani interpretatione coniicere est , ex qua prologum quem hîc subiectum vides,Latine transcribsi:non quod Achmetis esse existimem , nam Leonis illius esse magis puto , sed ne quid huic nostrae editioni deesse videretur. Vale.

ACHMETIS F. SEIRIM ONEIROCRITICA.

PRAEFATIO.

ANXIO mihi & vera certáque somniorum interpretamenta meditanti, nonnulla tandem oblata sunt, quibus Indi, Persae, Aegyptiique vtuntur. & certe subtili ac curiosa indagatione pleraque commenti sunt. ideóque eorum praesertim interpretationes vt veriores, si tamen vllae verae esse possunt, quam accuratissimè enarrare decreui. ac primo quidem secundum Indorum doctrinam, deinde Persarum, tum denique Aegyptiorum. Illud vero notandum in primis est, aliam desiderare interpretationem regis ac principis alicuius viri somnium, aliam vero plebeij cuiusdam; aliam diuitis, aliam pauperis; aliam viri, aliam mulieris. diuersam quoque diuersarum artium esse considerationem. Praeterea tempus obseruandum. nimirum si ea quae in somnis videntur, tempori quo videntur congruunt. nam si quis verno tempore arborem floribus orna-

tam videre sibi visus sit, bonam in partem istud insomnium accipi debet: in malam vero, si autumno id contigerit. Item obseruandum an crescente luna somnium obuenerit, an plena, an senescente. imo hora etiam notanda est. quod enim à prima incipientis somni hora vsque ad matutinum crepusculum durat, eius euentus in annum producetur: si à primo tantum diluculo vsque ad solem ortum, intra tres aut sex menses quod insomnium portendit, continget. Si vero orto iam sole, intra vnum, duo, tresue dies, imo & intra illum ipsum diem, pro qualitate scilicet insomnij. cuius autem facilius accuratiúsque meminimus, eius explicatio facilior & promtior esse solet. Porro haec interpretamenta à me traduntur, non vt iis quasi certißimis & exploratißimae veritatis praedictionibus fides habeatur; sed vt diuinae per insomnia adminitiones ab hominibus intelligantur; iísque ipsi moniti Deum non temnant, sed ab erraribus resipiscant.

Cap. I.

Ex capite primo siue Praefatione haec tantum supersunt in exemplari Graeco ms.

*

*

*

*

*

*

τοῦ τῆς παρούσης σοφίας δι' ἧς ἡ τοῦ μέλλοντος ἔκβασις προγινώσκεται.

Ex Indorvm disciplina.

Cap. 2.

SYRBACHAM regis Indorum interpres ait. Sapientia maxima est futurorũ praedictio. quãdo scilicet somniorum interpretatio ac solutio omnibus à Deo conceditur. sicut alicubi scriptum est in sanctis euangeliis, apud eum qui me diligit ego & pater veniemus, & mansionem apud ipsum faciemus. hoc vero per insomnium contingit. quod & Ioseph testatur qui per insomnium monitus Mariae matri lucis fidem suam despondit. testatur etiam Daniel & plerique prophetarum, q̃ui per insomnia diuina praecepta edocti sunt. Quorum exemplis persuadere sibi omnes debent, insomnia & visa diuinam esse admonitionem & indicinam bonorum & malorum omnium. Nemo vero existimet vnius insomnij circa diuersas personas vnam esse interpretationem ac solutionem. nam & regum insomnia suam habent interpretationem, & magistratuum diuitúmque suam, & pauperum inopúmque vicissim suam. Similiter & alia est somniorum quae mulieribus contingunt significatio, alia eorum quae viris. alia item aestatis, alia hiemis tempore. Ideó que somniorum interpretem varia eruditione & multifaria doctrina praeditum esse, Deúmque semper timere necesse est. cum praecipue qui vere interpretari cupit. vt scilicet ipsi gratiam Deus impertiatur. Non solis autem bonis & virtute praeditis Deus insomnia mittit, sed etiam malis & praue agentibus. atque haec propter immensam Dei misericordiam qui eos etiam alit à quibus contumeliis afficitur. Nunc igitur in virtute sanctae aeternae & indiuiduae Trinitatis interpretationes declarare aggredior.

ΕΚ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΩΝ ΙΝΔΩΝ. β'.

ΣΥΡΒΑΧΑΜ ὁ ὀνειροκρίτης τοῦ τῶν Ἰνδῶν βασιλέως φησί. Σοφία μεγίστη ἐστὶ προφητεία. ὅταν ἡ περὶ τῶν ὀνειράτων κρίσις καὶ λύσις ἀπὸ θεοῦ πᾶσιν ἀπηλλαγμένη προσδῶνται, καθὼς που γέγραπται καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, ὅτι πρὸς τὸν ἀγαπῶντά με, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. τοῦτο δὲ πληροῦται ἐν ὀνείρατι. καὶ μαρτυρεῖ Ἰωσὴφ ὁ καταπιστευθεὶς τὴν Μαρίαν τὴν μητέρα τοῦ φωτὸς δι' ὀνείρατος μηνυθείς. ὁμοίως δὲ καὶ Δανιὴλ καὶ οἱ πλείους τῶν προφητῶν δι' ὀνείρων τὰ θεῖα ἐδιδάχθησαν. οἷς βεβαιωθέντες πάντες, ὅτι θεῖόν τι μήνυμα περὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τε καὶ φαύλων παντὶ τῷ λαῷ ἡ τῶν ὀνειράτων ὄψις ἐστί. μὴ λογιζέτω δέ τις ὅτι μία τίς ἐστι κρίσις καὶ λύσις ὀνείρατος ἑνὸς τῶν διαφόρων προσώπων. διότι τὰ τῶν βασιλέων ὀνείρατα οἰκείαν ἔχουσι κρίσιν καὶ λύσιν, καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ πλουσίων ὁμοίως οἰκείαν, καὶ τῶν ἀπόρων τε καὶ πτωχῶν αὖθις οἰκείαν. ὁμοίως δὲ ἄλλη κρίσις ὀνείρων γυναικῶν, καὶ ἄλλη ἀνδρῶν· ἄλλη κρίσις ἐν θέρει, καὶ ἄλλη χειμῶνος ὥρᾳ. δι' ὧν καὶ μᾶλλον ὀφείλει ὁ ὀνειροκρίτης πυκτοπῖσος εἶναι καὶ πολυμαθὴς καὶ τὸν θεῖον φόβον ἔχειν ἀεί. εἰς καὶ μᾶλλον ἡ κρίσις ἐστὶν ἀσφαλὴς, διότι ἀπὸ θεοῦ κεχαρίτωται. οὐ μόνοις γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ θεῖος ὄνειρος προσδείκνυται, ἀλλὰ καὶ τοῖς πονηροῖς καὶ ἁμαρτωλοῖς, καὶ ταῦτα διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ, καθὼς τρέφει τοὺς ἀγνώμονας καὶ βλασφημοῦντας αὐτόν. νῦν οὖν ἐν τῇ δυνάμει τῆς ἁγίας ἀνάρχου καὶ ἀχωρίστου τριάδος τῆς ἑρμηνείας ἀπάρχομαι.

Ἐκ τοῦ λόγου τῶν Περσῶν. γ΄.

ΒΑΡΑΜ ὁ ὀνειροκρίτης Σαανισαὶ βασιλέως τῶν Περσῶν. Ἐκ τῆς κρίσεως τῶν ὀνειράτων μεγίστην γνῶσιν καὶ πρόγνωσιν ἐφεῦρον, ζωῆς τε καὶ θανάτου, πενίας τε καὶ πλούτου, νόσου τε καὶ ὑγιείας, χαρᾶς τε καὶ λύπης, νίκης ἐχθρῶν καὶ ἥττης, ἐλάττονι κόπῳ τὸ μᾶλλον ἀληθῶς ἐκμανθάνω, ὑπὲρ τοῦ πλείστου κόπου τῆς ἀστρονομίας. δηλονότι, ἐὰν ἄρα ὁ ὀνειροκρίτης εἴη ἀκριβέστατος. ἄσκοπος γὰρ καὶ πολλάκις σφαλλομένη, καὶ βαρεῖα καὶ πολυάσχολος τῆς ἀστρονομίας ἡ κατάληψις· πολλοὶ γὰρ ὡς ἐγὼ πεῖραν ἔχω τῶν ἀστρονομησάντων εἰς ἀλλήλους πῇ διαφέρον καὶ διαπεχθήσονται ἕτερος τὸν ἕτερον ἀνατρέποντες. ἡ δὲ κρίσις τῶν ὀνειράτων ἣν ἐγὼ ἐξεθέμην παντὶ τρόπῳ τὸ ἀμφίβολον οὐκ ἔχει, καὶ ὁ ταύτην μετέρχεσθαι βουλόμενος λεπτοτέρας διανοίας καὶ πόθον πρὸς τοὺς κυρίους τῶν ἄστρων ἐχέτω. νῦν ἄρχομαι περὶ πάντων ἀληθῶς καὶ βεβαίως.

Ex disciplina Persarum. CAP. 3.

BARAM Interpres Saanissae Persarum regi. Ex insomniorum interpretatione maximam cognitionem & rerum futurarum praenotionem adeptus, vitae scilicet & mortis, paupertatis ac diuitiarum, morborum & sanitatis, laetitiae & doloris, victoriae de hostibus reportandae, aut cladis ab iis inferendae diuinationem certissime addisco, ac minore labore quam ex astrorum inspectione & consideratione, praesertimque si diligens & accuratus sit somniorum interpres. ardua enim & saepe fallax, molesta & perplexa est astronomicae doctrinae comprehensio. Nam & astronomorum plerique quod ipse expertus sum diuersis inter sese opinionibus dissident aliique ab aliis dissentiunt. somniorum vero interpretatio quam ego expono nullam in se dubitationem habet. Quisquis autem eius particeps fieri cupit, tenuiores humilioresque cogitationes & amorem erga astrorum dominos sibi proponat. Iam nunc incipio de singulis vera & certa tradere.

Ἐκ τοῦ λόγου τῶν Αἰγυπτίων. δ΄.

ΤΑΡΦΑΝ ὁ ὀνειροκρίτης τοῦ Φαραὼ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων. Ἠρεύνησαν περὶ ὧν εὗρον οἱ βασιλεῖς τῶν Αἰγυπτίων ἐν ταῖς κρίσεσι τῶν ὀνειράτων· περὶ ὧν οὐκ ἴσχυσεν ἕτερός τις οὕτως καταλαβεῖν ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ διὰ τὸν ἐμὸν δεσπότην. πολλὴ γὰρ ἦν καὶ συνεχὴς αὐτῷ τῶν ὀνείρων ἡ ὄψις. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς πολλὴν εἶχε πόθον πρὸς τοὺς θεούς, οἳ πάντα ὅσα καθ᾽ ἕκαστον αὐτῷ συμβήσεσθαι ἔμελλε, προεδείκνυον ἐν ὀνείρασιν. ἅπερ ἐγὼ ἀκριβῶς διέλυον ἀεί. καὶ αὐτὸς ἐξ ἐμοῦ τὴν ἀλήθειαν προεγίνωσκέ τε καὶ εὕρισκε. νῦν οὖν ἐκτίθημι ταῦτα περὶ ὧν ἐγὼ ἐπειράθην καὶ οἱ ἀρχαῖοι φαραωνῖται καὶ οἱ καθ᾽ αὐτοὺς σοφοί· καὶ πάντα ὅσα ἐνδέχεται θεωρεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἑρμηνεύων ἐκτίθημι.

Ex disciplina Aegyptior. C. 4.

TARPHAN Interpres Pharaonis regis Aegyptioru. Perscrutati sunt reges Aegyptiorum interpretamenta somniorum quae sibi obtigerunt, ea vero nemo tam prudenter explicauit quam ego per dominum meum. Etenim ipsi saepenumero se exhibebant insomnia, & magno deos amore prosequebatur, qui omnia singulatim ei euentura, visis nocturnis prius indicabant. atque hæc semper ego subtiliter dissoluebam, ac veritatem ex me ipse præcognoscebam, & inueniebam. quapropter ea nunc expono, de quibus tum ipse experiundo cognoui, tum illi prisci Pharaonitæ, aliique disciplinis eorum eruditi: & quidem omnia, quæcunque mortalibus offerri per visa possunt, exposita interpretabor.

Mortuo-

Mortuorum Resurrectionis interpretatio, ex Indorum disciplina.

CAP. 5.

SI quis in somnis videre visus fuerit, mortuos resuscitatos: quo in loco visum hoc mortuorum resurrectionis oblatum dormienti fuerit, eo in loco pœnas iniusti dabunt: & iniurias passi, ius suum celeriter obtinebunt. Nam in resurrectione iudex iustus est solus Deus. ideóque iudicium hoc, quoad humanitus fieri potest, eandem cum illo vim habet.

De Resurrectione mortuorum, ex disciplina Persarum.

CAP. 6.

SI quis in somnis suscitationem mortuorum videre visus fuerit, quo in loco visum offertur, ibidem ex vinculis liberatio, & ex calamitatibus ereptio sequetur. Erit & profectum à rege gaudium. Si annonæ penuria sit, cum fertilitate commutabitur.

De Resurrectione mortuorum consimiliter, ex Aegyptiorum disciplina. CAP. 7.

SI quis in somnis suscitationem mortuorum videre visus fuerit, ea res vinctorum liberationem, ac bellorum finē significat. Præterea propinqui hominum in iis locis degentium, si peregrè absint, breui conspicientur: & à Pharaone dignitates, ac larga munera consequentur. Mulieres etiam illorum locorum, citra periculum parient: & si morbus ibidem est, cessabit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ ἀναστάσεως. έ.

ΕΆν τις ἐν ὀνείρῳ θεάσηται ἀνάστασιν νεκρῶν, ἐν ᾧ τόπῳ θεωρήσει τις κατ' αὐτοὺς ὕπνους ἀνάστασιν νεκρῶν, ἐκεῖ δικαιοσύνη πραχθήσεται. ἐὰν γὰρ ὦσιν ἐκεῖ ἄδικοι, τιμωρίαν δώσουσιν· οἱ δὲ ἀδικούμενοι, ταχέως δικαιωθήσονται. διότι ἐν τῇ ἀναστάσει κριτὴς δίκαιός ἐστιν ὁ θεὸς μόνος. καὶ διὰ τοῦτο τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν καθόσον ἐνδέχεται αὐτὴ ἡ κρίσις.

Περσῶν, περὶ ἀναστάσεως. ϛ'.

ΕἈν τις ἴδῃ καθ' ὕπνους νεκρῶν ἔγερσιν ἐν ᾧ τόπῳ ἡ ὄψις, ἐκεῖ δεσμῶν λύτρωσις καὶ θλίψεων ἀπολύτρωσις. ἐκεῖ δὲ χαρὰ ἔσται ἀπὸ βασιλέως ἐκπεμπομένη· ἐκεῖ δὲ λιμὸς ἐὰν ᾖ, εἰς εὐφορίας ἐλεύσεται.

Αἰγυπτίων, περὶ ἀναστάσεως ὁμοίως. ζ.

ΕἈν τις ἴδῃ καθ' ὕπνους νεκρῶν ἔγερσιν, δεσμίων ἐλευθερίαν, δὲ πολέμων παῦσιν σημαίνει. καὶ εἰ ἴδῃ τῶν ἐκεῖ ἐν ξενιτείᾳ ὄντας ταχὺ θεάσονται αὐτούς· καὶ ἀπὸ Φαραὼ ἀξιώματα καὶ χάριτας πλούτου λήψονται. καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ἐκεῖ, ἀκινδύνως τέξονται· καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ νόσος, ἀρθήσεται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ παραδείσου. η.

ΕΆΝ τις ἴδῃ ἀγαθὸς ὢν εἰσερχόμενον ἑαυτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, οὗτος ἐστι σεσωσμένος. διότι θεόθεν αὐτῷ τοῦτο εὐαγγέλιον, ἐξ ὧν εἰργάσατο ἀγαθῶν. εἰ δὲ καὶ κακοῦργός ἐστι, μετανοήσει, καὶ σωθήσεται.

Ἀλλὰ καὶ πλούτου κοσμικοῦ τοῦτο ἐπιτυχίαν σημαίνει.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγεν ἐκ τῶν καρπῶν τῶν δένδρων, αὐτὸς εὑρήσει ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ σοφίαν καὶ γνῶσιν. διότι οἱ καρποὶ τοῦ παραδείσου, λόγοι θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ τυγχάνουσιν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἔδωκεν ἑτέρῳ ἀπὸ τῶν καρπῶν, οὗτος διδάσκαλος γενήσεται, καθόσον ἐμέρισε καὶ μετέδωκεν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι τοὺς καρποὺς μὲν ἔλαβεν, οὐκ ἔφαγε δὲ, οὔτε μετέδωκεν ἑτέρῳ· τὰ μὲν θεῖα οὗτος ἐδόξατο καὶ οὐκ ἔγνω. οὐ πληροφορήσει δέ.

Εἰ δ' οὐκ ἔφαγε μὲν, ἔδωκε δὲ ἑτέρῳ· οὗτος ὡς κενόδοξος κατακριθήσεται· ἐκεῖνος δὲ σωθήσεται ὁ λαβὼν δηλονότι.

Ἐὰν ἴδῃ τις ἑαυτὸν εἰσελθόντα ἐν τῷ παραδείσῳ καὶ ἀποθανόντα, ὁ θάνατος τῆς πίστεως αὐτοῦ ζημίαν σημαίνει.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ πυρὸς γεέννης. θ.

ΕἈν τις ἴδῃ ὅτι κατεδικάσθη εἰς πῦρ γεέννης· οὗτος εἰς ἀπώλειαν παραδοθήσεται ὡς κακοῦργος, βλέπων τὸν ἴδιον ὄλεθρον. πλὴν καὶ τοῦτο ἐκ θεοῦ τὸ μήνυμα, ἵνα μεταγνῷ καὶ σώσῃ τὴν αὐτοῦ ψυχήν.

Ἐὰν δὲ τὸ μὲν πῦρ τῆς γεέννης ἐθεάσατο μόνον· οὐχὶ κατεδικάσθη δὲ ἐν αὐτῷ, εἰς κοσμικὰς περιπέσεται θλίψεις ἁμαρτιῶν ἐν

De Paradiso, ex Indorum disciplina.

CAP. 8.

SI quis vir bonus visus sibi fuerit ingredi paradisum, saluus erit: quia lætum nuntium diuinitus ob ea, quæ rectè fecit accipit. Sin maleficus est, resipiscet ac salutem consequetur.

In opibus quoque mundanis adsequendis felicitatem hoc visum denotat.

Si visus sibi fuerit comedisse de fructibus arborum paradisi: sapientiam & cognitionem in fide sua consequetur: quia paradisi fructus, diuinæ bonæque doctrinæ sunt.

Si visus sibi fuerit, alij de fructibus istis impertiri: doctor euadet, prout distribuerit ac impertiuerit.

Si fructus illos accepisse visus sibi fuerit, at non comedisse, nec impertiuisse alteri: diuinas quidem ille res adsequitur, at non agnoscit. ideóque fructum absolutum non fert.

Si non comedit, alteri tamen impertiit: ipse quidem, ceu vanæ cupidus gloriæ, damnabitur: at alter ille, qui fructum scilicet accepit, salutem adipiscetur.

Si quis visus sibi fuerit ingredi paradisum, ac mori: ea mors fidei detrimentum denotat.

De igne gehennæ, ex Indorum disciplina.

CAP. 9.

SI quis videre visus sit, se ad ignem gehennæ damnatum: interitui mancipabitur, quod vti sceleratissimus homo suũ ipse videat exitium. Sed tamen hoc ipsum ei diuinitus indicatur, vt resipiscens animæ suæ saluti consulat.

Si ignẽ gehennæ duntaxat adspexit, nõ tamen ad eũ dãnatus: in mũdanas ærũnas

incidet. Quantò autem vel propiori, vel longiori ex interuallo, ignem gehennæ viderit: tantò vel propriorem, vel remotiorem ærumnam expectet.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, iudicia sua peruertet, ac diuinitus punietur.

Si oblatum mulieri fuerit, marito insidiabitur, adulteriis sese, stuprísque polluens.

Si puero fuerit oblatum, ad personam parentum eius referendum erit.

De Angelis, ex Indorum disciplina. CAP. 10.

SI quis in somniis aliquem ex diuinis istis angelis videre videatur, qui sacris in libris nominantur ac describuntur: ex læto aliquo nuntio gaudium reperiet.

Nam si eo loci bellum imminet, velox & ingens aduersus hostes victoria sequetur.

Si qua est adflictio, cum lætitia commutabitur.

Si morbus, ad integram valetudinem fiet reuersio.

Si paupertas, in opulentiam commutabitur.

Si mulieri prægnanti visum hoc oblatum fuerit, marem pariet.

Si regi fuerit oblatum, ac præterea, quòd cum angelo sit colloquutus: quidquid hoc fuerit, siue bonum, siue malum, immutabiliter eueniet.

Si videre duntaxat angelum visus sit imperator, nec colloquutus cum eo fuerit: aduersus hostes victoria significatur, eiúsque populus incrementum sumet, ac pauperes ipsius satiabuntur.

Similiter si quis angelum viderit, pro nomine diuino decertaturus: is se saluum esse sciat.

Sin quis angelum videre visus fuerit carentem nomine, nec sacris in literis descriptum: gaudio lætitiáque paulò minore potietur.

Si quis eunuchum videre videatur ignotum, formosum, procerum: etiam is pro angelo habeatur, propter puritatem, & similitudinem cum angelis,

αὐτῆς. ὅσον δὲ ἐγγύζων ἢ μακρυνῶν ἴδῃ τὸ πῦρ τῆς γεέννης· τοσοῦτον ἐγγύζουσαν ἢ μακρυνοῦσαν ἐλπιζέτω τὴν θλῖψιν.

Ἐὰν δὲ τοῦτο θεωρήσῃ βασιλεύς, παραχρεμεῖ τὰς κρίσεις αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τιμωρηθήσεται.

Ἐὰν δὲ τοῦτο θεωρήσῃ γυνή, ἐπίβουλος γενήσεται τοῦ ἀνδρὸς μοιχευομένη καὶ ἀσελγαίνουσα.

Ἐὰν δὲ παιδίον θεωρήσῃ τοῦτο, εἰς πρόσωπον τῶν ἰδίων γονέων τοῦτο ἑώρακεν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ἀγγέλων. ι.

ΕΑ'Ν τις ἴδῃ καθ' ὕπνους τινὰ τῶν θείων ἀγγέλων τῶν ὠνομασμένων καὶ ἀπογεγραμμένων ἐν ταῖς θείαις βίβλοις, εὐαγγελικὴν εὑρήσει χαράν.

Εἰ δὲ παράκειται πόλεμος ἐν τῷ τόπῳ, νίκη ταχεῖα καὶ ἰσχυρὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἔσται.

Εἰ δὲ θλῖψις ἐστι, μεταβάλλεται εἰς χαράν.

Εἰ δὲ νόσος, ἐπανελεύσεται εἰς ὑγείαν.

Εἰ δὲ πενία, εἰς πλοῦτον μεταστραφήσεται.

Ἐὰν γυνὴ ἔγκυος ἴδῃ τοῦτο, τέξει ἄρσενα.

Ἐὰν ἴδῃ τοῦτο βασιλεύς, καὶ ὅτι συνωμίλησε τῷ ἀγγέλῳ, ἀμεταβλήτως ἀποβήσεται, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον.

Ἐὰν δὲ μόνον τοῦτο ἴδῃ βασιλεύς, οὐ συλλαλήσας δὲ τῷ ἀγγέλῳ, νίκην κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ σημαίνει, καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ αὐξηθήσεται, καὶ οἱ πτωχοὶ αὐτοῦ χορτασθήσονται.

Ἐὰν δέ τις ἴδῃ ὁμοίως ἄγγελον μέλλων ὑπεραθλεῖν τοῦ θείου ὀνόματος, οὗτος γινωσκέτω, ὅτι σεσωσμένος ἐστίν.

Ἐὰν δέ τις ἴδῃ ἄγγελον τῶν ἀνωνύμων καὶ μὴ ἀπογεγραμμένων, ἔστιν αὐτῷ χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις μετριωτέρα.

Ἐὰν δέ τις ἴδῃ εὐνοῦχον ἀγνώριστον, εὐειδῆ, εὐήλικον· καὶ οὗτος ὡς ἄγγελος λογίζεται,

διὰ τὸ καθαρὸν, καὶ ἀγγελοπρεπὲς, καὶ ἀνεπίδεκτον τῆς σαρκικῆς ἐπιθυμίας, καὶ ὁμοίως τῷ ἀγγέλῳ ἀποβήσεται αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ ὃ ἂν διαγγελιασθήσεται, ἀποβήσεται ταχέως αὐτῷ.

Ὁμοίως δὲ ἐάν τις ἴδῃ τινὰ τῶν γνωρίμων εὐνούχων καὶ μεγιστάνων, καὶ περιβλέπτων ἐν ἀξιώμασιν, ὁμοίως καθὼς εἴρηται ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἀποβήσεται αὐτῷ.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ Προφητῶν, Ἀποστόλων. ιά.

Ἐάν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ προφήτην ἢ ἀπόστολον, ἢ διδάσκαλον, ἢ μάρτυρα, καὶ οὗτοι δύναμιν ἔχουσι καθ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων, μετριωτέρα δέ ἐστιν ἡ ἔκβασις τῶν πραγμάτων· ἐπειδὴ καὶ διὰ τὴν ὀπτασίαν ἀγγέλων ἁμαρτωλὸς ἢ πονηρὸς οὐχ εὑρίσκει· προφήτας δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντες ἅμα ἐθεάσαντο.

Ἐάν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ τὸν κύριον καὶ θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ συνειδήσῃ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὗτος εὑρήσει σωτηρίαν καὶ πλοῦτον κόσμου, καὶ νίκην μεγίστην. Ἐὰν δὲ καὶ ὁμιλήσῃ αὐτῷ, καὶ εἴ τι ἂν ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ, κρατείτω ἀναμφιβόλως· ἀλλὰ καὶ μακάριος ὁ τοιούτου θεάματος θεωρός.

Ἐὰν ἴδῃ τις αὐτὸν ἐν οἴκῳ τινὶ ἀγνοουμένῳ, καὶ εἰσέλθῃ ἐν τῷ οἴκῳ ὁ θεωρῶν, οὐχ ὑποστρέψῃ δὲ, γινωσκέτω ὅτι ἀποθανεῖται μὲν ταχύ· σωθήσεται δέ. ἀλλὰ καὶ οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ ἀξιωμάτων καὶ πλούτου πληθυνθήσονται.

Ἀλλὰ καὶ τινὰ τῶν ἀποστόλων ἢ πατριαρχῶν, ἐάν τις ἴδῃ ὡς τὸν Χριστὸν βλέπων, οὕτως ἔσται αὐτῷ ἡ ἔκβασις τοῦ πράγματος· πλὴν μετριωτέρα καὶ κατωτέρα.

Ἐὰν δέ τις ἴδῃ ἑαυτὸν κατ' ὄναρ χειροτονηθέντα ἐπὶ θρόνον, πατριάρχης, βασιλεύσει τοῦ ἔθνους ἑαυτοῦ.

quódq; libidinis carnalis minimè capax fit. adeóque similis erit euentus ei, qui visum angeli comitatur. Quidquid etiam læti denuntiauerit, maturum habebit exitum.

Itidem si quis aliquem eunuchorum sibi cognitorum, & magnatum, & dignitatibus spectabilium videre visus fuerit: similem res euentum sortietur ei, quem in angelis statuimus.

De Prophetis, Apostolis, & Doctoribus, ex Indorum disciplina. CAP. II.

Si quis in somnis Prophetam, vel Apostolum, vel Doctorem, vel Martyrem videre visus fuerit etiam illi vim eâdem habebunt, quàm de angelis diximus. Rerum tamen exitus erit aliquanto exilior. quippe visum angelorum homo delictis obnoxius, aut malus, haud impetrat: Prophetæ verò, cum illis aliis, etiam vulgò dormientibus offeruntur.

Si quis in somnis Dominum nostrum Iesum Christum viderit, eúmque Christum esse sciuerit: is & animæ salutem inueniet, & opes mundanas, & maximam victoriam. Quod si etiam cum eo colloquutus fuerit, quid ex eo audiuerit, citra dubitationem teneat. Quin & beatus est, huiusmodi qui viso potitur.

Si quis Christum in domo quadam ignota videre visus fuerit, & ipse cui visum hoc offertur, si domum ingressus fuerit, at non vicissim exierit: moriturum se quidem breui sciat, sed salutem nihilominus consequuturum. Quin & hæredes ipsius ingenti dignitatum opúmque copia satiabuntur.

Quòd si etiam aliquis vel Apostolum quendam, vel Patriarcham viderit, Christum se videre putans: consimilis erit exitus rei, sed exilior & inferior priore.

Si quis visus sibi fuerit in somnis per suffragia collocatus in solio ceu Patriarcha, nationi suæ cum imperio præerit.

Si electus Presbyter visus sibi fuerit, excelsus & dignitatibus conspicuus erit, & imperatoris populum cum potestate reget. itidem iustus erit.

Si Diaconus factus fuerit, inferiori honore potietur, pro ratione discriminis, quod horum est, inter se comparatorum.

Si mulieri tale visum oblatum fuerit, à marito suo cum infamia diuertit.

Si quis in somnis librum aliquem Apostolorum, vel Doctorum, vel Prophetarum, audiente populo, legerit: inter personas magnatum imperatoria quadam cum dignitate referetur, & iustè se geret, & laudem promerebitur.

Si tale visum imperatori fuerit oblatum, peramabilis populo suo fiet, ac iudex iustus erit.

Si liber ille fuerit Euangelium, quem aliquis videre visus fuerit: excelsam dignitatem potestatémque consequetur, propterea, quod in somnis id fecerit, cuius peragendi potestatē laici non habent.

De fide, variis modis ex disciplina Indorum exposita quadam. CAP. 12.

SI quis in somnis visus sibi fuerit, quū professione Christianus esset, hebraisasse: minimè perfectus est in religione, sed incredulus, & blasphemus: adeóque præceps in interitum ruet.

Si visum hoc imperatori se offerat, nouam in populo suo sectam excitabit.

Si homini plebeio, sua sponte falsum testimonium perhibebit.

Si mulieri, marito suo struet insidias.

Si seruo, aduersus herum suum consultabit.

Si quis in sõnis visus sibi fuerit à Christiana fide ad Agarenos defecisse: consimilis sequetur euētus iis, quæ dicta sunt.

Si quis visus sibi fuerit magus factus, opum & pecuniæ cupidus euadet. quippe magi se rebus mundanis oblectant, nequaquam de compensatione,

Ἐὰν δὲ χειροτονηθέντα ἴδῃ ἑαυτὸν πρεσβύτερον, ὑψηλὸς ἔσται καὶ περίβλεπτος ἐν ἀξιώμασι, καὶ ἐξουσιάσει τοῦ βασιλικοῦ λαοῦ· ἀλλὰ καὶ δίκαιος ἔσται.

Ἐὰν δὲ διάκονος ἔσται, αὐτοῦ κατωτέρα ἡ τιμή, ἀναλόγως τοῦ διακόνου πρὸς τὸν πρεσβύτερον.

Ἐὰν δὲ γυνὴ τοῦτο θεάσηται, χωρίζεται ἀτίμως τοῦ ἰδίου ἀνδρός.

Ἐάν τις βιβλίον ἀναγνῷ κατ' ὄναρ ἀποστόλων, ἢ διδασκάλων, ἢ προφητῶν εἰς ἐπήκοον λαοῦ μεγιστάνων προσώπων, γενήσεται ὑπηρέτης τιμώμενος ὑπὸ τοῦ λαοῦ, καὶ ὑποσταλήσεται βασιλικῶς, καὶ δικαιοπραγήσει, καὶ ἐπαινεθήσεται.

Ἐὰν δὲ τοῦτο ἴδῃ βασιλεύς, ποθεινὸς γενήσεται τῷ λαῷ αὐτοῦ καὶ δικαιοκρίτης.

Ἐὰν δὲ τὸ βιβλίον εὐαγγέλιον ᾖ, καὶ θεάσηται αὐτοῦ τις, εὑρήσει ὕψος ἀξιωμάτων ἐξουσίας· διότι ὃ οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ λαϊκοί, οὗτος καθ' ὕπνους ἐποίησεν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ πίστεως διαφόρως. ιβʹ.

ΕἈν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι χριστιανὸς ὢν, ἑβραΐζει, οὗτος οὐκ ἔστι τέλειος, ἀλλὰ δύσπιστος καὶ βλάσφημος, καὶ εἰς ἀπώλειαν καταντήσει.

Ἐὰν δὲ βασιλεὺς τοῦτο ἴδῃ, αἵρεσιν νεωτερήσεται τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ὁ κοινοῦ λαοῦ ἴδῃ τοῦτο, εἰς ψευδομαρτυρίαν αὐτομολήσει.

Ἐὰν δὲ γυνή, ἐπίβουλος ἔσται τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

Ἐὰν δὲ δοῦλος, κατὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου βουλεύσεται.

Ἐὰν δέ τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι * ἐμαγαρίσεν, ὁμοίως τῶν εἰρημένων ἀποβήσεται αὐτῷ.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι μάγος ἐγένετο, οὗτος φιλάργυρος καὶ φιλόπλουτος γενήσεται. οἱ γὰρ μάγοι κοσμοφορικοί εἰσι. μηδὲν τῆς ἐκεῖθεν

ἀνταποδόσεως λογιζόμενοι.

Ἐὰν τις ἴδῃ, ὅτι προσεκύνησεν εἴδωλον, ἢ ὡμίλησεν, ἢ ἐπάλαισεν, ἢ ἔτυψεν, ἢ ἐτύφθη παρ' αὐτοῦ· ὁ μὲν προσκυνήσας, ψευδὴς γενήσεται εἰς Θεὸν, διὰ τὸ ψευδὲς τοῦ εἰδώλου· ὁ δὲ ὁμιλήσας, ἢ παλαίσας, ἢ τύψας, ἢ τυφθεὶς, εἰς θλῖψιν ἰσχυρὰν ἐμπεσεῖται, ψευδὴς δὲ ἔσται ἡ θλῖψις.

Ἐὰν δὲ εἰδώλῳ ξυλίνῳ τις προσκυνήσῃ κατ' ὄναρ, οὗτος ἐνδεὴς ἔσται τινὸς μεγιστάνου πονηροῦ, καὶ οὐχ ὑπακουσθήσεται περὶ ὧν ἂν ἐπιδεηθῇ.

Ἐὰν δὲ εἰδώλῳ ἐκ σανίδου κατεσκευασμένου, αἱρεσιάρχης λογομάχος ἔσται ψευδής.

Ἐὰν δὲ εἰδώλῳ ἐξ ἀργύρου, οὗτος πρὸς γυναῖκας ἐπίορκος καὶ ψεύστης γενήσεται.

Ἐὰν δὲ τὸ εἴδωλον χρυσοῦν ᾖ, παντόλμος ἔσται, καὶ παρὰ βασιλέως θλιβήσεται καὶ τιμωρηθήσεται, καὶ κυκλώσει αὐτὸν πλεῖστα κακά.

Ἐὰν δὲ τοῦτο βασιλεὺς ἴδῃ, παρ' ἐναντίων θλιβήσεται. διότι ὥσπερ ὁ ἄργυρος εἰς γυναῖκας διακρίνεται, οὕτω καὶ ὁ χρυσὸς τοῖς ἀνδράσιν· ὅσην χαρὰν ἐμποιεῖ ἔξω ὕπνου, τοσαύτην θλῖψιν ἄγει τοὺς ὁρῶντας αὐτὸν καθ' ὕπνους.

Ἐὰν δὲ τὸ εἴδωλον χαλκοῦν, ἢ σιδηροῦν, ἢ μολιβδοῦν ᾖ, ὁ τοῦτο ἰδὼν, ψευδόπλουτος ἔσται. ταῦτα γὰρ πάντα σκεύη τοῦ κόσμου εἰσίν.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι προσεκύνησε τῷ πυρί· οὗτος ἐπιζητήσει ἀξιώματα καὶ ἐξουσίας, διὰ τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν.

Ἐὰν τις προσκυνήσῃ ἄνθρακας, ἤτοι πῦρ ἄφλογον, καὶ ἄκαπνον, καὶ ἀναιθάλωτον, κτήτωρ ἔσται χρυσοῦ ἀπὸ ἀδικίας, ἀναλόγως τῆς ποσότητος οὗ εἶδε πυρός· καὶ ἀποκτήσεται τὴν πίστιν αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ τις ἴδῃ ἑαυτὸν, ὅτι πρεσβυτέρου τάξιν ἔχων τοῦ λαοῦ προσεύχεται, ἢ ὑπερεύχεται· λαοῦ ἄρξει καὶ ἀγαθοποιηθήσεται παρὰ πάντων.

Ὁ αὐτὸς ἐὰν ἴδῃ ὅτι τῷ λαῷ ὑπαναγινώσκει βίβλους, οὗτος σοφὸς ἔσται.

quæ in altera vita fiet, solliciti.

Si quis visus sibi fuerit adorare idolum, vel cum eo colloqui, vel luctari, vel verberare, vel ab eo verberari: si adorauit, erga Deum mēdax erit, propter ipsius idoli mendacium: qui verò colloquutus est, aut luctatus, aut percussit, aut vice versa percussus est: in ærumnam grauem incidet, quæ quidem ex mendacio proueniet.

Si quis in somnis simulacrum ligneum adorauerit, opera magnatis alicuius indigebit, hominis improbi: apud quem preces eius locum non inuenient.

Si factum è stipite simulacrum adorauerit, hæresiarcha fiet, qui de verbis rixabitur, & mendax erit.

Si argenteum simulacrum adorauerit, periurus & mendax erga coniugem erit.

Si aureum fuerit simulacrum, audacissimus erit, & ab imperatore adfligetur atque punietur: plurimis cum malis vndique cingentibus.

Si visum hoc oblatum imperatori fuerit, ab aduersariis adfligetur. Vt enim argentum ad mulieres refertur in somniorum interpretationibus, sic aurum ad viros. Idem aurum quantam extra somnum lętitiam homini suppeditat, tantundem ærumnarum adferret ei, qui in somnis ipsum viderit.

Si fuerit simulacrum æreum, vel ferreum, vel plumbeum: is, qui viderit, falsò diues erit. Hæc enim omnia mundi vasa sunt.

Si quis in somnis visus sibi fuerit ignem adorasse: dignitatem potestatémue quæ- rit, propter vim ignis.

Si quis adorauerit carbones, aut ignem flamma, fumo, fuligine carentem: aurum per iniuriam quæsitum possidebit, pro quantitatis ratione, qua ignis oblatus erat: & fidem suam amittet.

Si quis se videre visus fuerit ordinem Presbyteri nactum, preces pro populo fundere: principatum populi consequetur, & omnes erga se beneficos experietur.

Idem si visus sibi fuerit librum populo legere, sapiens ac doctus erit.

Si visum illud oblatum imperatori fuerit, & tropæa statuet, & sapiens erit.

Si quis in somnis visus sibi fuerit tesseram aliquibus dare, in virum maximum euadet, ac insigni voce præditus, populos arbitratu suo colliget.

Si fuerit oblatum hoc imperatori, magnates suos ad cõsultationes bonas conuocabit: eritque longæuus, & lætitia copiosa fruetur: propter eam voluptatem atque gaudium, quod de tessera data percipitur.

Sin ipse quidem non dederit, alterum verò dantem audierit: eadem est insomnij & interpretatio, & solutio.

Si pauper est, qui hoc in somnis vidit: magnatibus inseruiet, ac plurimum proficiet.

Si muliercula videre visa sit, vniuerso populo spectaculum turpitudinis erit.

Si quis visus sibi fuerit Ecclesiam struxisse, si quidem imperator est, mulierem ornabit & extollet denuò, pro ratione magnitudinis Ecclesiæ: sin plebeius, diuitias à muliere locuplete consequetur.

Sin mulier est, innupta maritum accipiet: nupta, vidua fiet, & alteri nubet.

Eiusdem generis, ex Persarum disciplina.

CAP. 13.

SI quis in somnis visus sibi fuerit adorare simulacra, quibus indita sint maximorum siderum nomina, vel ipsius Solis simulacrum: imperatori preces offeret, & exauditus tam propè ad imperatorem admittetur, quàm propè Solis à simulacro in somnis abfuit.

Si visum hoc oblatum fuerit imperatori, amicitiam cum alio rege contrahet, & amorem eius impetrabit.

Si lunæ simulacrum fuerit, homini secundum regem primo preces offeret, & exauditus accedet ad eum tanto ex interuallo, quanto in somnis à lunari simulacro abfuit.

Εἰ δὲ βασιλεὺς τοῦτο ἴδῃ, τροπαιοῦχος ἔσται καὶ σοφός.

Ἐάν τις ἴδῃ καθ' ὕπνους ἑαυτὸν σημαίνοντα τῷ σημαντηρίῳ, ἔσται μέγιστος γενήσεται, ἀνὰ δὲ μεγαλόφρων,* ὡς ἐπισυνάγειν λαοὺς πρὸς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα.

Ἐὰν βασιλεὺς ᾖ ὁ τοῦτο ἰδών, τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ συγκαλέσει πρὸς εὐβουλίαν· ἀλλὰ καὶ πολυζώντος ἔσται καὶ πολυχαρής, διὰ τὴν ἐκ τοῦ σημαντῆρος ἐγγινομένην χαράν τε καὶ ἡδονήν.

Ἐὰν δὲ οὐ σημαίνῃ μὲν τὸ σημαντῆρον, ἀκούσῃ δὲ ἑτέρου σημαίνοντος, ἡ αὐτὴ κρίσις καὶ λύσις ἐστὶ τοῦ ὀνείρατος.

Ἐὰν δὲ πτωχὸς ᾖ ὁ τοῦτο ἰδών, ὑπηρέτης ἔσται μεγιστάνων, καὶ προκόψει πλεῖστα.

Ἐὰν δὲ γύναιον τοῦτο ἴδῃ, θέατρον αἰσχύνης ἔσται παντὶ τῷ λαῷ.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἔκτισεν ἐκκλησίαν, εἰ μὲν βασιλεὺς ᾖ, γυναῖκα ἀπὸ ἐκ νέας κοσμήσει, καὶ ὑψώσει ἀναλόγως τοῦ μεγέθους τῆς ἐκκλησίας· ἐὰν δὲ τοῦτο τοῦ κοινοῦ λαοῦ θεάσηταί τις, ἔσται πλοῦτον εὑρήσει ἀπὸ γυναικὸς πλουσίας.

Ἐὰν δὲ τοῦτο ἴδῃ γυνή, εἰ μὲν ἄγαμος ᾖ, λαμβάνει ἄνδρα, εἰ δὲ ὕπανδρος, χηρεύσει, καὶ ἄλλον λήψεται.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ εἰδώλου. ιγ'.

ἘΑΝ τις ἴδῃ κατ' ὄναρ εἰδώλοις ἑαυτὸν προσκυνοῦντα, τοῖς ὑπὸ* αὐτοῖς ὀνόμασι τῶν μεγίστων ἀστέρων, ἢ τοῦ ἡλίου, ἢ τὸ εἴδωλον, ἐπιδεχθήσεται βασιλέως,* καὶ εἰσακουσθήσεται, ἐγγιεῖ τῷ βασιλεῖ ὅσον τῷ ἡλιακῷ εἰδώλῳ κατὰ τοὺς ὕπνους.

Εἰ δὲ βασιλεὺς ᾖ ὁ τοῦτο ἰδών, εἰς ἕτερον βασιλέα φιλιάσει, καὶ ἀγάπην εὑρήσει.

Εἰ δὲ τὸ εἴδωλον ᾖ εἰς πρόσωπον τῆς σελήνης, καὶ ἴδῃ τοῦτό τις, ἐπιδεχθήσεται τοῦ δευτέρου ἀνθρώπου τοῦ βασιλέως καὶ εἰσακουσθήσεται προσεγγίζων αὐτῷ, ὅσον τῷ σεληνιακῷ εἰδώλῳ κατὰ τοὺς ὕπνους.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ἑαυτὸν προσκυνοῦντα τῷ εἰδώλῳ τῆς Ἀφροδίτης, εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων τῆς Αὐγούστης εὐδοκιμήσει. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων καὶ μεγιστάνων τοῦ βασιλέως ἡ αὐτὴ κρίσις.

Ἐὰν τις ἴδῃ προσκυνοῦντα ἑαυτὸν τῷ πυρὶ τῷ ἐν τοῖς ναοῖς ἀσβέστῳ, εἰ μὲν βασιλεὺς ᾖ, καὶ ἴδῃ ὅτι ὡσεὶ καπνὸς δυσώδης ἐξήλυθε τοῦ πυρός, πολεμηθήσεται παρ' ἐχθρῶν καὶ τραπήσεται. Εἰ δὲ καπνὸς εὐώδης, ἐξάκουστον νίκην κατ' ἐχθρῶν λάβῃ.

Εἰ δὲ τις ἴδῃ * τῆς κοινότητος τοῦ λαοῦ· δουλεύσει βασιλεῖ, καὶ ἀποβήσεται αὐτῷ ἀναλόγως τῆς δυσωδίας.

Ἐὰν δὲ γυνὴ ᾖ πρὸς τὸν ἄνδρα, ὁμοίως τῆς ὀσμῆς ἀποβήσεται αὐτῇ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἔκτισε ναὸν, καὶ ἔθετο πῦρ ἐν αὐτῷ εἰς προσκύνησιν τοῦ λαοῦ, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ἐν βουλῇ αὐτοῦ βασιλέα ποιεῖ, καὶ ὁ λαὸς ἀποδέχεται αὐτόν.

Pilli corporis, omnium quædam velut armatura sunt, etiam brutorum animalium. Si quis ergo pilos corporis sui deminutos videre videatur, detrimentum quísque capiet, pro ratione studij facultatúmque suarum.

Si vero in somnis videre se putauerit pilos multiplicatos & primiores factos, similiter pro ratione pilorum ditescet & facultates eius firmabuntur.

Similiter si corpus vnxisse sibi videatur eóque modo pilos radicitus euulsisse: sponte suas opes deminuet.

Si quis vnxisse corpus hoc modo sibi videatur, qui locuples est, agrorúmque fructus expectat: malè prædia cum fructibus administrabit, & perdet.

De somnio Protosymbuli.

CAP. 45.

MAmmunas ille Protosymbulus sõnium habuit, quo sibi visus est esse in templo maximo, nimirum in Micca, siue in Abrahami tabernaculo: quúmque superiorem in partem abiisset, vbi solium est, iuxta duos angulos, in eis minxit, [*& similiter minxit etiam in duobus inferioribus angulis,*] correptúsque formidine, velut in peccato maximo: clam ad somniorum interpretem Sereimum misit, qui pro suo somnium hoc vsurparet, idque declarari à Sereimo peteret. At ille coarguens hominem: Non hoc, ait, oblatum est tibi somnium quippe non ortus es de Protosymbuli semine. Propterea nullam ex me interpretationẽ habebis. Ibi tum hominem coram conuentum hortatus est Protosymbulus, interposito quoque iureiurando, ne somnij solutionem occultaret. At ille: Quatuor, inquit, anguli templi, quibus in angulis vrinam reddidisti: quatuor liberos portendunt. Duo partis illius superioris, vbi thronus est, throni & imperij successores erunt: duo partis inferioris, procreabuntur illi quidem ex te, verùm imperio solij tui non potientur.

De vrinis, ex Indorum disciplina. CAP. 46.

SI quis in somnis sibi videatur repletus vrinam excreuisse, si qua hominem adflictio vel indignatio premit, ea liberabitur: sin opulentus est, qui somnium habuit, aliquid opibus suis detrahet ad impensas & erogationes in scorta, pro ipsius vrinæ copia.

Εἰ δέ τις ἴδῃ ὅλῳ ἐχρίσατο, καὶ εὔπορεῖ γῆν καὶ προσδοκᾷ γεώργια, ταῦτα κακοδιοικήσει καὶ ἀπολέσει.

Περὶ τοῦ ὀνείρατος τοῦ πρωτοσυμβούλου. με΄.

ΟΝΑΡ ἐθεάσατο ὁ Πρωτοσύμβουλος Μαμμοῦν τοιοῦτον, ὅτι εὑρέθη εἰς τὸν μέγιστον ναὸν, εἰς τὸ * Μέκκε, ἤγουν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ· καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸ ἄνω μέρος, ἔνθα ὁ θρόνος ἐστὶ πρὸς τὰς δύο γωνίας οὔρησεν ἐν αὐταῖς, καὶ ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰς κάτω δύο γωνίας, οὔρησεν ἐν αὐταῖς, καὶ φοβηθεὶς ὡς ἁμαρτίᾳ μεγίστῃ, ἀπέστειλε πρὸς τὸν ὀνειροκρίτην Σειρεὶμ λάθρα * οἰκειωσάμενος τὸ ὄναρ ἑρμηνευθῆναι αὐτῷ. ὁ δὲ ὀνειροκρίτης Σειρεὶμ διήλεγξεν αὐτὸν λέγων· ὅτι τοῦτο σὺ οὐχ ἑώρακας. οὐ γὰρ εἶ ἐκ τῶν Πρωτοσυμβούλου αἱμάτων. καὶ διὰ τοῦτο οὐ μὴν κρινῶ αὐτό. τότε δὲ αὐτόψει κελεύσας αὐτὸν ὁ Πρωτοσύμβουλος, ἐξηγόρευσεν * ὁρκίσας αὐτὸν μὴ ἀποκρύψαι τὴν τοῦ ὀνείρατος λύσιν. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, αἱ τέσσαρες γωνίαι τοῦ ναοῦ ἐν αἷς οὔρησας, τέσσαρα τέκνα σημαίνουσι. τὰ μὲν δύο τοῦ ἄνω μέρους ἔνθα ὁ θρόνος, τοῦ θρόνου καὶ τῆς ἀρχῆς διάδοχοι ἔσονται· τὰ δὲ δύο τοῦ κάτω μέρους, γεννήσεις μὲν, οὐκ ἐπιλήψονται δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ θρόνου.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ οὔρου. μς΄.

ΕΑΝ τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι πεπληρωμένος ὢν οὖρα ἐξούρησεν, ἐὰν ἔχῃ θλῖψίν τινα ἢ ἀγανάκτησιν, ἀποβάλει αὐτήν· εἰ δὲ πλούσιος ἢ ὁ τοῦτο ἰδὼν, ὑφήσει ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ ἐν * ἐξόδῳ πορνείας ἀναλόγως τοῦ πλήθους τοῦ οὔρου.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι οὔρησεν εἰς σκεῦος ὑάλινον, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, γυναῖκα ἄτιμον ἔγκυον ποιήσει ἐκ τοῦ ἰδίου σπέρματος, καὶ οὐ πληροφορήσει τὸ ἐγκυμονηθὲν,* οὔτε αὐτὴ, διὰ τὴν τοῦ ὑάλου σαθρότητα.

Ἐὰν δὲ ᾖ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ὁ τοῦτο ἰδὼν, τεκνοποιήσει ἐκ τῆς ἰδίας γυναικός.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι οὔρησεν ἐν σκεύει χρυσείῳ, οὗτος νόσημα νοσήσει δυσουρίας.

Ἐὰν δὲ ἐν σκεύει λιθίνῳ κεχωσμένῳ, οὗτος ἐκ τοῦ οἰκείου πλοῦτον ἀποκρύψει ἐν τῇ γῇ.

Ἐὰν δὲ ἐν σκεύει ἀργυρέῳ, εἰ μὲν ᾖ βασιλεὺς, ἢ τῶν μεγιστάνων, τῇ καλλίονι τῶν θεραπαινίδων * ἑαυτοῦ συνουσιάσει· εἰ δέ τις ᾖ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ὁ τοῦτο ἰδὼν, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ συνευφρανθήσεται· εἰ δὲ πτωχὸς τοῦτο ἴδῃ, γυναικὶ πλουσίᾳ ἢ φιλιάσει ἢ συζευχθήσεται.

Si quis sibi visus sit in vas quoddam vitreum minxisse, si rex est, mulierem infamem de semine suo prægnantem reddet, ac neque fœtus vteri, nec ipsa finem optatum adsequetur, propter imbecillitatem vitri.

Si plebeius est, liberos ex coniuge sua procreabit.

Si quis sibi visus sit in vas aureum minxisse, difficulter mingendi morbo laborabit.

Si verò in vas lapideum defossum, opes suas in terra defodiet.

Si in vas argenteum, rex quidem, aut procerum aliquis, cum ancillarum venustissima rem habebit: plebeius, sua cum vxore semet oblectabit: pauper, opulentę mulieris vel amorem, vel matrimonium promerebitur.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοφρόνως περὶ οὔρων. μζ.

Ex vrinis, Persarum & Aegyptiorum consentiens interpretatio. CAP. 47.

ΟΣΑ ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐναποκλείονται, πλοῦτον σημαίνουσι· καὶ ὅσα ἐξ αὐτῆς ἀποβάλλονται, ἀποβολὴν πλούτου δηλοῦσι.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι οὔρησεν, οὗτος ἔξοδον ποιήσει ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι οὔρησεν εἰς τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἐθεάθη καὶ ἄλλοις, οὗτος φωραθήσεται ἐπὶ πορνείᾳ.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι οὔρησεν ἐν σκεύει τινὶ, εἰ μὲν ἐστὶν ἴδιον τὸ σκεῦος, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ συνουσιάσει· εἰ δὲ ἀλλοτρίῳ, ἀλλοτρίᾳ συνουσιάσει.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι οὐρεῖ βιαζόμενος καὶ στενοχωρούμενος, ἀπαιτηθήσεται ἃ εἶχεν ἐξ ἀδικίας πλοῦτον, καὶ θλιβήσεται μεγάλως.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι οὔρησεν αἷμα ἐπ᾽ ὄψει τῆς γῆς, ἐξοδιάσει πλεῖστα ἐν γυναιξὶ καὶ εἰς χαρὰν ἥξει. ἡ γῆ γὰρ εἰς γυναῖκα διακρίνεται.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι * ὑπὲρ ξένου οὖρον, πλοῦτον ἀλλότριον βιαστικῶς καὶ ἐφαμάρτως κερδήσει.

QVæcunque in aluo concluduntur, opes portendunt: & ex ea quæcunque reiiciuntur, opum amissionem denotant.

Si quis minxisse sibi visus sit, ad libidines suas pecuniam erogabit.

Si quis in vestimenta sua minxisse sibi videatur, idque conspectum ab aliis: in scortatione deprehendetur.

Si quis in vase quodam sibi minxisse videatur, si vas ipsius est proprium, sua cum vxore liberis operam dabit: sin alienum, alienam inibit.

Si visus sibi fuerit vrinam excernere coactus & artatus, exigentur ab eo, quas iniustè collegit, opes: & grauiter adfligetur.

Si quis in terræ faciem visus sibi fuerit sanguinem mingere, mulierum caussa maximas impensas faciet, ac gaudio potietur. quippe terra mulieris interpretationem habet.

Si quis sibi visus sit bibere extranei vrinam, diuitias alienas, violenter & malitiose lucrabitur.

Si quis vrinam propriam bibisse sibi visus sit, impensas in res suas faciet, ac rursus impudenter expēsas suas recipiet.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἔπιεν οὖρον ἴδιον, εἰς οἰκεῖα πράγματα ἐξοδιάσει, καὶ πάλιν ἀναιδῶς ἀναλαβεῖται τὴν ἔξοδον αὐτοῦ.

De auribus, Indorum ratio.

CAP. 48.

AVres vel vxores, vel sorores, vel filias significant: auditus ipse, ad fidem refertur. Si quis igitur in somnis videre visus sit aures suas pulcherrimas & maximas factas, oblectationem inueniet in vxoribus, aut sororibus, aut filiabus suis.

Si autem sibi abscissam viderit, vel filia moritur, vel vxor, vel soror.

Si aures sibi diffissas, vel deminutas, vel arefactas viderit, in morbum diuturnum incidet aut vxor eius, aut soror, aut filia.

Si surduisse sibi visus sit, in animi morbum incidet, ac grauiter peccabit.

Si ex parte visus sibi fuerit surduisse, consimiliter etiam morbus magis particularis erit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ ὤτων. μη'.

ΤΑ ὦτα μὲν ἢ γυναῖκας, ἢ ἀδελφὰς, ἢ θυγατέρας σημαίνουσιν· αἱ δὲ ἀκοαὶ τὴν πίστιν ὑποδηλοῦσιν. ἐὰν οὖν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι τὰ οἰκεῖα ὦτα ἐγένετο κάλλιστα καὶ μέγιστα, εὑρήσει χαρὰν ἐν ταῖς γυναιξὶν, ἢ ἐν ταῖς ἀδελφαῖς, ἢ ἐν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκόπη τὸ οὖς αὐτοῦ, θνήσκει ἡ θυγάτηρ, ἢ ἡ γυνὴ, ἢ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐσχίσθησαν τὰ ὦτα αὐτοῦ, ἢ ἐμακρύνθησαν, ἢ συνεφρύγησαν, εἰς νόσημα μακρὸν ἥξει ἡ γυνὴ, ἢ ἀδελφὴ, ἢ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκωφώθη, εἰς νόσον ψυχικὴν ἐμπεσεῖται σκληρῶς ἁμαρτήσας.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκ μέρους ἐκωφώθη, ὁμοίως ἡ νόσος μερικωτέρα ἔσται.

De auribus, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 49.

SI quis videre visus sit aures suas pulchriores maioresque factas, in amico suorum arcanorum conscio voluptatem ac lætitiam videbit.

Si quis inaures præter morem suum adhabuisse sibi visus fuerit, suum aliquem diuitem faciet, aut amicum arcanorum conscium, idque de opibus alienis.

Sin habebat in more, vt inauribus semet ornaret; suis ex diuitiis eos collocupletabit.

Si videre visus aureum sibi fissam, aut vulneratam, aut malè adfectam: per hominem suum, vel amicum arcanorum conscium, offensam aliquam patietur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοφρόνως περὶ τῶν ὤτων. μθ'.

ἘΑΝ τις ἴδῃ ὅτι ἐκαλλιώθησαν τὰ ὦτα αὐτοῦ καὶ ἐμεγαλώθησαν, οὗτος ἴδῃ χαρὰν εἰς φίλον αὐτοῦ μυστικόν.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐνώτια περιεβάλετο παρὰ τὴν συνήθειαν αὐτοῦ, πλουτήσει τὸν ἴδιον, ἢ τὸν φίλον αὐτοῦ τὸν μυστικὸν, ἀπὸ πλούτου ἀλλοτρίου.

Καὶ ἂν ἔχει ἔθος ταῦτα περιβεβλῆσθαι, ἐκ τοῦ ἰδίου πλούτου πλουτήσει αὐτούς.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐσχίσθη ἢ ἐτραυματίσθη τὸ οὖς αὐτοῦ, ἢ ἐκακοπαθήσε, σκάνδαλον * πείσεται ἐκ τοῦ ἰδίου, ἢ ἐκ τοῦ φίλου αὐτοῦ τοῦ μυστικοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι κοπεῖ πλείως τὸ οὖς αὐτοῦ, πλεῖον χωρίζεται τῆς φιλίας αὐτῶν.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐσφραγίσθησαν αἱ ἀκοαὶ αὐτοῦ, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς ὁ τοῦτο ἰδὼν, τελείως ἀναβάλλει ταῖς δεήσεις τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ· καὶ τὰς βουλὰς αὐτοῦ κυροῖ.

Ἐὰν δέ τις τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀνατρέψῃ τοὺς οἰκείους λόγους, καὶ διαψεύσεται πρὸς τοὺς συνόντας αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τοῦτο γυνὴ, εἰς πορνείαν ἐμπεσεῖται, καὶ ἀναισχυντήσει μὴ πειθομένη.

Si autem abscissam integrè viderit, ab eorum amicitia prorsus excluditur.

Si quis in somnis obstructas sibi putauerit aures, si rex est, subditorum suorum preces planè repudiat, & esse rata sua vult consilia.

Si plebeius, rationes suas rescindet, ac familiares suos fallet.

Si mulier, in scortationem incidet, nec viri obtemperans, impudenter se geret.

Ἰνδῶν, περὶ φωνῆς. ν'.

Ἡ φωνὴ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ, ἡ φήμη καὶ τὸ καύχημα αὐτοῦ ἐστὶν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι ψάλλει καὶ ἐστὶν εὔφωνος, εὑρήσει χαρὰν καὶ ἔπαινον ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ.

Εἰ δὲ ἐστὶ βασιλεὺς ὁ τοῦτο ἰδὼν, δογματίζει γλυκὺ δόγμα νεωστὶ ἐπὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἀγαπηθήσεται.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ καὶ ἀκούσῃ ὁ βασιλεὺς κατ' ὄναρ ἐμφανῶς ψαλλόντων καὶ ἡδέως, μηνύμασι χαρὰν ἐνδέξεται περὶ τῶν ἐναντίων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ καὶ ἀκούσῃ τις κατ' ὄναρ τραγῳδημάτων τινῶν, εἰς θλίψιν ἥξει καὶ λύπην ἐξ ἀκοῆς.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι ἐγένετο ἡ φωνὴ αὐτοῦ βραχεῖα καὶ ἀδρανὴς, εὑρήσει ζωὴν ἐπώδυνον καὶ θλίψιν. καὶ ἐὰν ἔχῃ διάδικον, ἡττηθήσεται παρ' αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο ἄρχων λαοῦ εἰς πόλεμον ἡττηθήσεται.

De voce, Indorum doctrina.

CAP. 50.

VOx & oratio viri, nihil est aliud, quàm eius apud populum fama & prædicatio.

Si quis in somnis canere sibi videatur, & eleganti voce præditus esse: gaudium atque commendationem apud populum inueniet.

Si rex est, iucundum quoddam decretum in populo suo breui promulgabit, ac diligetur.

Si rex in somnis & videre sibi videatur, & audire quosdam voce canentes, & suauiter quidem: de hostibus suis hilari nuntio beabitur.

Si quis in somnis audire sibi visus sit tragicas quasdam vociferationes, in afflictionem veniet & dolorem ex auditu.

Si quis autem in somnis, & videre sibi videatur, & audire, vocem suam tenuem factam, & imbecillem: vitam plenam doloris, & afflictionem inueniet. quod si etiam aduersarium habet, ab eo superabitur.

Si populi princeps hoc somnium habuerit, in bello discedet inferior.

De voce, Persarum & Aegyptiorum ratio. CAP. 51.

SI quis in somnis videre visus sit, vocem suam ampliorem maiorémque factam: eius liberi & ampliores fient, & sublimiùs adtollentur: hostibus formidinem inuenientibus.

Si quis sibi cithara canere videatur, aut cithara canentem audire: si rex est, aduersus hostes suos consilia struet, ac superabitur.

Si chordas incisas videre videatur, calamitas ad populi sui principes pertinet.

Si quis sibi raucus factus videatur, contemtui seruis suis erit.

Si pauper est, cui visum hoc offertur, in paupertate sua morietur.

De oculis, Indorum ratio.

CAP. 52.

OCuli sunt fides, & sententia, & lux animi.

Si quis in somnis visus sibi fuerit prorsus obcæcatus, fidem suam perdet, nec diu superstes erit.

Si cui visus fuerit alter oculus obcæcatus, fidem suam ex semisse perdet, ac in præsentia multorum pudore adficietur.

Si cui contraxisse lippitudinem oculi sui visi fuerint, grauiter ille quidem delinquet, at resipiscet.

Si quis somniauerit, visum se quidem hominibus, quasi nihil cerneret: verùm nihilominus oculos suos absque vitio mansisse: populum quod attinet, impurus esse putabitur: sed erga Deum purus erit. Quantum in somnis decessisse sibi de lumine viderit aliquis, tantundem habebit in fide vitij.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ φωνῆς. να΄.

ἘΆΝ τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι ἡ φωνὴ αὐτοῦ ἐπλατιώθη καὶ ἐμεγαλιώθη, τούτου τὰ τέκνα μεγαλιωθήσονται καὶ ὑψωθήσονται· καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ φόβον εὑρήσουσιν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι κιθαρῳδεῖ, ἢ κιθαρῳδοῦντος ἀκούει· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς κατασκευάσει κατὰ τῶν ἐχθρῶν βουλάς, καὶ ἡττηθήσεται.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι αἱ χορδαὶ περιεκόπησαν, ἔσται τὸ πάθος εἰς τοὺς ἄρχοντας τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι * ἐβραγχίασε, καταφρονηθήσεται παρὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐστὶ πτωχός, ἐν τῇ πτωχείᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ὀφθαλμῶν. νβ΄.

ΟἹ ὀφθαλμοί, πίστις, καὶ δόξα, καὶ φῶς εἰσὶ τῆς ψυχῆς.

Ἐάν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι τέλεον ἐτυφλώθη, ἀπολέσει τὴν πίστιν αὐτοῦ, καὶ ὀλιγόζωος ἔσται.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἀπὸ τῶν δύο ὀφθαλμῶν, ἕνα * τὸν ὀφθαλμὸν ἐτυφλώθη, ἀπολέσει τὸ ἥμισυ τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ αἰσχυνθήσεται ἐν μέσῳ πολλῶν.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐλαττώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ἁμαρτήσει μὲν οὗτος μεγάλως, μεταγνώσεται δέ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐφάνη μὲν τοῖς ἀνθρώποις ὡς μὴ βλέπων· οὕτως δὲ ἀπαθὴς μείνῃ τὴν ὅρασιν, οὗτος εἰς μὲν τὸν λαὸν ἀκάθαρτος ὑπονοηθήσεται· εἰς Θεὸν δὲ καθαρὸς ὑπάρχει. ὅσον ἴδῃ τις ὅτι ὑπελείφθη * τοῦ φωτὸς αὐτοῦ κατ' ὄναρ, τοσοῦτον ἐμπαθὴς ἔσται περὶ τὴν πίστιν αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι θεραπεύει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἀπὸ νόσου, καὶ ἐνεργεῖ, εἰς μετάγνωσιν ἥξει, καὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ κοσμήσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι εἶδος ἐμβάλλει τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸ φαίνεσθαι φῶς ἐν ὀφθαλμοῖς, οὗτος κενόδοξος ἔσται.

Εἰ δέ τις ἴδῃ ὅτι θεραπεύει τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ πρὸς τὸ ὁρᾷν λεπτότερον· οὗτος τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐν ἀληθείᾳ ἔχει πρὸς τὸν θεὸν, καὶ τὰ ἐκεῖθεν φροντίζει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι τυφλὸς μὲν αὐτὸς ὑπῆρξεν, ὁ δὲ λαὸς ὡς βλέποντα τοῦτον λογίζεται, καὶ ἴδῃ ὅτι τὸ φῶς αὐτοῦ ἔπαθεν· ὁ δὲ λαὸς ἀγνοεῖ τοῦτο· τούτου τὰ κρύφια ἔργα εἰς ἀπώλειαν γενήσονται τῆς ψυχῆς αὐτοῦ.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ὀφθαλμὸν ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ καὶ βλέπει μετ᾽ αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, γεννήσει τέκνον συμβασιλεῦον ὀρθοδόξως αὐτῷ.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει πλοῦτον καὶ δόξαν ἐξαίφνης.

Ἐὰν ἴδῃ τοῦτο γυνὴ, εἰς πλουσιώτερον ἄνδρα μεταληφθήσεται.

Εἰ δὲ ἐστὶν ἄγαμος, πλουσίῳ συζευχθήσεται.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοίως. νγʹ.

ἘΆΝ τις ἴδῃ κατ᾽ ὄναρ ὅτι ἐτυφλώθη, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ταχὺ τὴν βασιλείαν ἀποβαλὼν τελευτήσει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς πτωχείαν σφοδρὰν καὶ ὀλιγοζωΐαν ἐλεύσεται.

Ἐὰν δὲ γυνὴ, ὕπανδρος ταχὺ χηρεύσασα τελευτήσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι τοὺς ὀφθαλμοὺς καλοὺς καὶ μεγάλους ἐκτήσατο, εἰ μὲν ᾖ βασιλεὺς, χαρὰν δέξεται εἰς τὸν λαὸν, τὸν στρατὸν, καὶ τοὺς οἰκείους αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐχθροὺς τροπώσεται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς πλοῦτον, καὶ εἰς χαρὰν

Si quis in somnis visus sibi sit oculos suos à morbo curare, & proficiat: sententiam mutabit, fortunásque suas ornabit.

Si quis speciem quandam imponit suis oculis vt in ijs lumen esse videatur, inaniter ille gloriabitur.

Si quis somniauerit, oculis se medicinam facere, quò subtiliùs videant: hic cor suum ad Deum reapse dirigit, & de altera vita sollicitus est.

Si quis somniauerit, se quidem fuisse cæcum, sed à populo pro vidente habitum: itémque lumen suum vitiatum, sed ignorante populo: eius occulta opera tendent ad animæ ipsius interitum.

Si quis habere oculum in pectore visus sibi fuerit, quo videat: si rex est, filium procreabit, orthodoxè cum ipso regnantem.

Si plebeius est, opes & gloriam subitò reperiet.

Si mulier, ad opulentioris viri matrimonium perueniet.

Si necdum nupta, locupleti copulabitur.

De oculis, Persarum & Aegyptiorum interpretatio.

CAP. 53.

SI quis in somnis cęcatus sibi visus fuerit, si rex est, celeriter amisso regno, diem obibit.

Si plebeius, grauem ad paupertatem deueniet, exiguum ad tempus superstes.

Si maritata mulier, breui facta vidua, vitam cum morte commutabit.

Si quis sibi pulchros & magnos oculos adquisiuisse visus fuerit, si rex est, in populo, exercitu, domesticis suis oblectabitur: & inimicos suos terga dare coget.

Si plebeius, opum, lætitiæ, prosperitatis

tis eorũ, quæ gerit, incrementum sentiet.

Si mulier, ex venustate sua, & marito, & liberis oblectationem capiet.

Si quis videre visus sit, oculos suos lippitudine corruptos, si rex est, exercitus eius graue detrimentum ab hostibus capiet: ac si filium habebit, morbo corripietur. præterea deminuentur ipsius thesauri.

Si plebeius, pro conditionis suæ modo rerum euentus experietur.

De palpebris & superciliis, ex Indorum disciplina.

CAP. 54.

TAm palpebræ, quàm supercilia, oculorum sunt ornamentum.

Si quis palpebras & supercilia videre videatur facta formosiora, solidior erit in fide sua, & voluptatem suis ex liberis capiet.

Sin facta magis deformia viderit, si rex est, morbo corripietur, & in hostium formidinẽ incidet, non tamen superabitur.

Si plebeius, in morbum quidem incidet: at minimè fidem suam perdet.

Si quis videre videatur ornantem se supercilia sua vel nouacula vel tinctura, liberis suis adquirere gloriam conabitur, & voti compos erit.

Si quis videre visus fuerit, defluxisse sibi supercilia, tanquam lepra infecto: si rex est, peribunt ipsius currus, & exercitus malè administrabitur.

Si plebeius erit, apud populum fides ei non derogabitur.

De palpebris superciliis Persarum & Aegyptiorum interpretatio. CAP. 55.

SVpercilia cum palpebris gloria decúsque faciei sunt.

καὶ εἰς τὴν κατευόδωσιν τῶν ἔργων αὐτοῦ ἥξει.

Εἰ δὲ γυνὴ τοῦτο ἴδῃ, εἰς τὸ κάλλος καὶ εἰς τὸν ἄνδρα, καὶ εἰς τὰ τέκνα αὐτῆς ἐπιχαρήσεται.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι εἰς λήμην ἦλθον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, θλιβήσεται μεγάλως παρ' ἐχθρῶν εἰς τὸν στρατὸν αὐτοῦ· καὶ ἐὰν ἔχῃ τέκνον, νοσήσει. ἀλλὰ καὶ οἱ θησαυροὶ αὐτοῦ ἐλαττωθήσονται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀνάλογως ἀποβήσεται αὐτῷ τὰ πράγματα.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ βλεφάρων καὶ ὀφρύων. νδ'.

ΤΑ βλέφαρα καὶ αἱ ὀφρύες κόσμος εἰσὶ τῶν ὀφθαλμῶν.

Ἐάν τις ἴδῃ τὰ βλέφαρα καὶ τὰς ὀφρύας εὐειδέστερα, ἔσται στερεώτερος ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ καὶ χαρήσεται ἐπὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ταῦτα δυσειδέστερα, εἰ μὲν βασιλεύς, εἰς νόσον ἐλεύσεται, καὶ εἰς φόβον ἐχθρῶν ἐμπεσεῖται, οὐ νικηθήσεται δέ.

Ἐὰν δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς νόσον μὲν ἥξει· τὴν δὲ πίστιν αὐτοῦ οὐκ ἀπολέσει.

Ἐάν τις ἴδῃ τὰς ὀφρύας αὐτοῦ ξυρῷ ἢ βαφῇ κοσμεῖν σπουδῇ· ἔσται ἐπὶ τὸ δοξάσειν τὰ τέκνα αὐτοῦ ἥξει, καὶ δοξάσει αὐτά.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἔπεσον αἱ ὀφρύες αὐτοῦ ὡς ἐπιλελωβημένου· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, τὰ ἅρματα αὐτοῦ ἀπολοῦνται, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ κακῶς διοικηθήσεται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, οὐ καταπιστευθήσεταί τι παρὰ τοῦ λαοῦ.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ βλεφάρων καὶ ὀφρύων. νε'.

ΟἹ ὀφρύες καὶ τὰ βλέφαρα αὐτοῦ δόξα τοῦ προσώπου εἰσί.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι ὑπὲρ ὃ πρότερον ἦσαν ἐδασύνθησαν, καὶ ἐκοσμήθησαν, εὑρήσει ἐν μέσῳ πολλῶν δόξαν καὶ τιμὴν καὶ νίκην κατ' ἐχθρῶν· καὶ ἐὰν ᾖ ἄγαμος, συζευχθήσεται γυναικὶ τῇ ποθουμένῃ, καὶ πλουτήσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ταῦτα ἠρημώθησαν καὶ ἐξέπεσον· εἰ μὲν ᾖ βασιλεύς, τὰ τέκνα αὐτοῦ οὐ κληρονομήσουσι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ἡ ἐπιθυμία στερηθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν μέσῳ τῆς συζύγου αὐτοῦ ἔχθρα καὶ μῖσος γενήσεται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ὅπερ δ' ἂν ποθεινότερον κατὰ κόσμον ἔχῃ, ἀπολέσει αὐτόν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ μετώπου καὶ ῥινός. νϛʹ.

Τὸ μέτωπον, καὶ ἡ ῥίς, κόσμος εἰσὶ καὶ πλοῦτος ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι τὸ μέτωπον αὐτοῦ ἐπλατύνθη, καὶ κοσμίως ἐμεγεθύνθη, εὑρήσει δύναμιν καὶ πλοῦτον ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων.

Εἰ δ' ἐστὶ βασιλεὺς ὁ τοῦτο ἰδών, νίκας κατ' ἐχθρῶν αὐτοῦ σημαίνει.

Εἰ δ' ἐστὶ γυνὴ τὰ τέκνα αὐτῆς ἐν δόξῃ μεγάλῃ ἔσονται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἡ ῥὶς αὐτοῦ ἐμεγαλύνθη εἰς ἀκοσμίαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, εὐπραγήσει μὲν, αἰσχυνθήσεται δὲ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ μετώπου καὶ ῥινός. νζʹ.

Τὸ μέτωπον ἔρκος ἐστὶ καὶ περίφραγμα τοῦ μυελοῦ.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι ἐκλάσθη, ἢ ἔπαθέ τι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, γυμνωθήσεται ὁ πλοῦτος αὐτοῦ καὶ ἔμφοβος καὶ ἔντρομος ἔσται.

Si quis igitur ea videre videatur facta tum spissiora, tum ornatiora, quam prius erant: in medio multorum gloriam, & honorem, & aduersus hostes victoriam inueniet. Quòd si expers coniugij fuerit, expetitæ mulieris matrimonio potietur, & ditescet.

Si quis ea videre videatur nudata, veluti quæ defluxerint: *si quidem rex est*, eius liberi non succedent in ipsius regno, suóque desiderio priuabitur, ac inter ipsum & coniugem eius inimicitia & odium existet.

Si plebeius fuerit, quodcunque in ornatu suo gratissimum habebit, amittet.

De frontibus & naso, Indorum explicatio.

CAP. 56.

Frons & nasus, ornatus sunt & opes, hominum oculis expositæ.

Si quis ergo videre videatur, frontem suam latiorem factam, & maiorem, non sine venustate tamen: potestatem & opes inter homines inueniet.

Si rex est, aduersus hostes ei victoriæ portenduntur.

Si mulier, eius liberi gloriam consequentur amplissimam.

Si quis videre videatur, nasum suum ad faciei deformitatem excreuisse: prosperitate quidem ille fruetur, sed pudore coram hominibus adficietur.

De frontibus & naso, ex Persarum & Aegyptiorum doctrina. CAP. 57.

Frons munimentum est, & septum cerebri.

Si quis ergo videre visus sit, frontem suam vel ruptam, vel aliud passam: opes ipsius nudabuntur, totúsque formidine percussus trepidabit.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, thesauris suis aliquid euenturum mali cogitet.

Si videre visus sit frontem suam validam atque formosam, egregiè munitas & fructuosas opes suas vniuersas intelligas.

Si quis videre visus sit nares obstructas sibi, nihil vt amplius olfaciat: si rex est, sciat illi periculum ab ipso imminere, qui primo loco de mundanis negotiis ad regem refert: quia princeps illa cerebri pars à fœtore fragrantiam per nares discernit.

Si plebeius hoc videre visus fuerit, vxor eius ab arcanorum conscio seruo ipsius, vel amico per adulterium polluitur.

Si mulier, maritus eius eam fraude circumueniet.

De genis, cerebri membranis, & ore, Indorum ratio.

CAP. 58.

GEnæ ac membranæ cerebri, significant parandi victus negotium.

Si quis ergo videre visus sit aliquid in partibus hisce passus, vel vulneratus, vel sectione læsus: impotentiam in negotio quærendi victus intelligat.

Sin easdem videre visus sit factas pulchriores, ornatum & incrementum suæ negotiationis interpretetur.

Os hominis domus est, quo cuncta compræhensa clauduntur.

Si quis ergo videre visus sit, os suum maius atque robustius factum: tantundem & domus ipsius munitior & amplior euadet.

Si quis videre visus sit os suum vulneratum vel percussum, id malum ad eum referat, cuius fidei domũ suam credidit.

Si, cui somnium hoc oblatum fuit, nullum domus suæ custodem habet, de vxore intelligat.

Ἐὰν ἴδῃ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ἐν τοῖς θησαυροῖς τοῦ χρυσίου αὐτοῦ νοείτω τὸ πάθος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἰσχυρὸν καὶ εὐειδές ἐστι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἰσχὺν καὶ ἀσφάλειαν αὐτοῦ ἐν παντὶ τῷ πλούτῳ αὐτοῦ νοείτω.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι αἱ ῥῖνες αὐτοῦ ἐσφραγίσθησαν καὶ οὐκ ὀσφραίνεται· εἰ μὲν βασιλεὺς, νοείτω, ὅτι κινδυνεύσει ἐν αὐτῷ ὁ διαφέρων ἐνώπιον αὐτοῦ πρῶτος τὰς κοσμικὰς διοικήσεις· διότι ἡ διάκρισις τῆς εὐοσμίας καὶ δυσωδίας, διὰ τῆς ῥινός ἐστι τοῦ ἡγεμονικοῦ.

Εἰ δέ τις ἴδῃ τοῦτο τοῦ κοινοῦ λαοῦ, δούλῳ αὐτοῦ μυστικῷ ἢ φίλῳ μοιχευθήσεται.

Ἐὰν δὲ γυνὴ τοῦτο ἴδῃ, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δολιεύσεται αὐτήν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ παρειῶν, μηνίγγων καὶ στόματος. νη.

ΑἹ παρειαὶ καὶ αἱ μήνιγγες τῆς πραγματείας τῆς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμῆς εἰσι σημαντικαί.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις πέπονθέ τι, ἢ ἐτραυματίσθη, ἢ ἐτμήθη, ἀδυναμίαν νοείτω τῆς πρὸς τὸ ζῆν πραγματείας.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκαλλιώθησαν ταῦτα καὶ ἐκοσμήθησαν, κόσμον καὶ αὔξησιν νοείτω τῆς πραγματείας αὐτοῦ.

Τὸ στόμα ὁ οἶκός ἐστι τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ συγκλείεται πάντα τὰ ἐν αὐτῷ.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι ἐμεγαλύνθη καὶ ἐνεδυναμώθη τὸ στόμα αὐτοῦ, τοσοῦτον ἐν ἰσχύϊ μεγαλυνθήσεται ὁ οἶκος αὐτοῦ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐτραυματίσθη, ἢ ἐπλήγη τὸ στόμα αὐτοῦ, τὸ πάθος νοείτω, εἰς τὸν ἐν ᾧ κατεπίστευσε τὸν οἶκον αὐτοῦ.

Εἰ δέ τις εἴη ὁ τοῦτο ἰδὼν ἵνα μὴ κέκτηται φύλακα τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἕτερον, τοῦτο νοείτω εἰς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν * τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως. νθ'.

ΕἈΝ τις ἴδῃ ὅτι αἱ παρειαὶ καὶ αἱ μήνιγγες καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ἐπλατύνθησαν, κοσμίως· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς ἢ κυριεύων λαοῦ, καύχημα καὶ δόξαν ἐκ πολέμων νοείτω.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ, ἢ γυνὴ, ἕκαστος οἷς μετέρχεται πράγμασιν, αὔξησιν ἐπὶ τὸ κάλλιον ἐννοείτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι πέπονθέ τι ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις, ἐναντίως τῶν προειρημένων νοείτω.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι τὸ στόμα αὐτοῦ πέπονθέ τι πρὸς ἐμποδισμὸν τοῦ λαλεῖν ἢ φαγεῖν, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, θλίψιν εὑρήσει εἰς τοὺς θησαυροὺς αὐτοῦ, καὶ ἀποκοπὴν καὶ ἐλάττωσιν τῶν προσόδων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ, πτωχείαν σημαίνει.

Εἰ δὲ τις ἴδῃ ὅτι ἐσφράγη τὸ στόμα αὐτοῦ πρὸς τὸ μηδόλως ἰσχύειν ἐσθίειν· ὅστις ἂν εἴη, ταχὺ τελευτήσει.

Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ὀδόντων ὁμοίως. ξ'.

ΟἹ ὀδόντες πάντες τοῦ ἀνθρώπου εἰς τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ διακρίνονται ἅπαντας. οἱ μὲν ἔμπροσθεν οἱ δύο, εἰς τέκνα τέλεια, ἢ εἰς γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἢ εἰς τοὺς ἔγγιστα μᾶλλον τῶν ἄλλων διακρίνονται συγγενῶν.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ἕνα ἐξ αὐτῶν τῶν ὀδόντων τῶν ἔμπροσθεν ὅτι ἐσείσθη ἢ ἐμαυρώθη ἢ * ἐσκωληκίασεν· εἰς ἐκ τῶν προειρημένων τοῦ γένους ἥξει.

Ἐὰν ἴδῃ τοὺς αὐτοῦ δύο ὀδόντας λευκοτέρους ἢ ἐπιδεξιωτέρους· εὑρήσει χαρὰν καὶ κάλλος, εἰς τοὺς ἔγγιστα τοῦ γένους.

Eiusdem generis, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 59.

SI quis videre visus sit genas suas, & cerebri membranas, & os, eleganter dilatata: si rex est, aut populi princeps, gloriam atque decus bello partum intelligat.

Si plebeius, aut mulier: quisque negotiis illis, quæ tractat, incrementum in melius portendi cogitet.

Si quis sibi visus fuerit in hisce partibus aliquid passus, ratione illi contraria, quæ indicata est, somnium interpretetur.

Si quis videre visus sit os suum ita læsum, vt loquendi vel comedendi facultas impedita sit: si rex est, aduersi quiddam in thesauris suis, ac redituum deminutionem experietur.

Si plebeius est, paupertas significatur.

Quòd si quis os suum sic obstructum videre visus sit, vt prorsus comedere nequeat: quicunque fuerit, citò morietur.

De dentibus, Indorum, Persarum & Aegyptiorum consentiens interpretatio.

CAP. 60.

OMnes hominis dentes, ad omnes ipsius cognatos referuntur. Nam anteriores duo, ad ætatis maturæ liberos, vel parentes & fratres, vel aliis magis propiores cognatos interpretando referimus.

Si quis ergo videre visus sit aliquem ex anterioribus hisce dentibus aut labefactatum, aut denigratum, aut corruptum à vermibus: ad eos cognatos, quos prædiximus, euentus spectat.

Sin quis duos hosce dentes videre visus sit candidiores, aut aptiores solito: lætitiam & pulchritudinem cognatorum proximorum portendi sciat.

Si videre visus sit alterum ex hisce dentibus longiorem factum, ab vno prædictorum cognatorum indignationem & adflictionem capiet.

Si videre visus fuerit alium dentem inter eos enatum, ad coartationem aliorum: hic homo filium procreabit, aut habebit fratrem vel sororem, ad oppressionem & extinctionem reliquorum cognatorum.

De lingua, ex disciplina Indorum. CAP. 61.

SI quis in somnis videre videatur abscissam sibi, vel minutam linguam, vel auctam adeò, vt eam mouere nequeat: si rex est, in iudiciis suis errabit: aut si sapiens est, negliget ac perdet sapientiam suam, & hostium obstabunt ei tropæa, magnúmque detrimentum capiet.

Si plebeius est, in litibus suis inferior discedet, ac ærumnam perpetuam inueniet.

Si mulier, lætitia mariti & amore potietur. nam quæuis mulier lingua sua maritum ad iram prouocat.

Si quis in somnis videre viderit habentem se subtiliorem ad loquendum, largiorémque linguam: si rex est, in omnibus edictis & iudiciis suis admirabilis ac purus erit.

Si plebeius, litem habens, superior euadet, ac suis in negotiis prosperos successus experietur.

Si mulier, & odio prosequetur, & impudenter tractabit maritum suum.

De lingua, Persarum & Aegyptiorum ratio. CAP. 62.

SI quis linguam suam mutam factam videre visus fuerit, si rex est, princeps

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἷς τῶν ὀδόντων μακρότερος ἐγένετο, ἀγανακτήσει, καὶ θλίψιν δέξεται ἐξ ἑνὸς τῶν εἰρημένων συγγενῶν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐξέφυε ἀνὰ μέσον αὐτῶν ἕτερος ὀδοὺς εἰς στενοχωρίαν τῶν ἄλλων· οὗτος γεννήσει τέκνον, ἢ κτήσεται ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφὴν εἰς στένωσιν καὶ ἐξάλειψιν τῶν ἄλλων τοῦ γένους.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ γλώσσης. ξα΄.

ΕΆΝ τις ἴδῃ κατ᾽ ὄναρ ὅτι ἐκόπη ἢ ἐσμικρύνθη ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, ἢ ἐμεγεθύνθη πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι στρέφεσθαι αὐτήν· εἰ μὲν ἔστι βασιλεὺς, εἰς τὰς κρίσεις αὐτοῦ σφαλήσεται· κἂν ᾖ σοφὸς, ἀμελήσει, καὶ ἀπολέσει τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ τὰ τῶν πολεμίων τρόπαια ἀντικείσεται αὐτῷ, καὶ θλιβήσεται μεγάλως.

Ἐὰν δὲ ἔστι τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἡττηθήσεται ἐν ταῖς δίκαις αὐτοῦ, καὶ θλίψιν εὑρήσει διηνεκῆ.

Εἰ δὲ ἔστι γυνὴ ἡ τοῦτο θεωρήσασα, εὑρήσει χαρὰν καὶ πόθον ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· διὰ γὰρ τῆς γλώττης παροξύνει τὸν ἄνδρα πᾶσα γυνή.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ᾽ ὄναρ ὅτι λεπτοτέραν ἔχει, καὶ πλατυτέραν πρὸς τὸ λέγειν τὴν γλῶσσαν· εἰ μὲν ἔστι βασιλεὺς, ἐν πάσαις ταῖς διατάξεσι καὶ ταῖς κρίσεσιν αὐτοῦ θαυμάσιος ἔσται καὶ καθαρός.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰ μὲν ἔχει δίκην, νικήσει, καὶ ἐν ταῖς πραγματείαις αὐτοῦ καρποδοθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο γυνὴ, μῖσος καὶ ἀναισχυντία παρ᾽ αὐτῆς γενήσεται τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ γλώσσης. ξβ΄.

ΕΆΝ τις ἴδῃ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ὅτι ἄφθογγος ἐγένετο, εἰ μὲν ᾖ βασιλεὺς, ὁ

ἀρχῶν τῶν ὑπογραφέων αὐτοῦ κινδυνεύσει· καὶ αὐτὸς θλίψιν ἕξει ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν αὐτοῦ φροντίσι.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰ μὲν ἐστὶ στρατιώτης, τὰ κρύφια τῆς καρδίας αὐτοῦ οὐ φανερωθήσονται.

Εἰ δὲ πτωχὸς, ἀπ' ἐναντίας ἔσται αὐτοῦ τὰ πράγματα.

Εἰ δὲ γυνὴ, αἰσχυνομένη ἔσται καὶ σκεπαζομένη ἀπὸ προσώπου ἀνδρῶν.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι εὔλαλος ἐγένετο ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, εἰ μὲν βασιλεὺς ᾖ, ἀγαπήσει δικαίως τὸν πρῶτον τῶν ὑπογραφέων αὐτοῦ, καὶ δοξάσει αὐτὸν, καὶ αἱ περὶ αὐτὸν φροντίδες πρὸς τὸ συμφέρον ἀποβήσονται· ὁμοίως καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς συμφερόντως ἀποβήσονται.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐτραυματίσθη τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀνεμποδίστως μὲν τοῦ λέγειν· ἐμποδίζεται δὲ τοῦ ἐσθίειν· πρὸς πάντας ὁ πλοῦτος καὶ ἡ εἴσοδος αὐτοῦ ἐμποδισθήσεται, καὶ εἰς πτωχείαν καὶ ἀπορίαν ἐλεύσεται.

Ἐάν τις ἴδῃ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ τραυλίζουσαν ἢ ψελλίζουσαν, ἔργον μὲν τι ἐργάζεται καὶ καταργηθήσεται· οὐδὲν δὲ ζημιωθήσεται.

Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ὀδόντων ὁμοφωνία. ξγ'.

ΟἹ μετὰ τοὺς ἐμπροσθίους τέταρσοι τῶν ὀδόντων, εἰς ἐξαδέλφους καὶ τοὺς πορρωτέρω συγγενεῖς διακρίνονται.

Ἐάν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι ἐκ τῶν ὀδόντων αὐτοῦ ἐσαλεύθησαν ἢ ἐκλάσθησαν, ἢ ἔπαθόν τι νόσημα· ἔσται εἰς τοὺς εἰρημένους συγγενεῖς.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἀνεσπάσθησαν, θάνατος ἔσται τοῖς αὐτοῦ συγγενέσιν.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐν τοῖς αὐτοῖς ὀδοῦσιν ἐφύη ἕτερος ὀδοὺς, νεωστὶ φανήσεταί τις

notariorum ipsius erit in periculo: atque ipsemet aduersi quiddam experietur in iis oneribus, quæ à scripturis dependent.

Si plebeius, ac miles, occulta cordis eius non patefient.

Si pauper, res ei modo diuerso succedent.

Si mulier, pudore adficietur, & à vultu virorum remouebitur.

Si cui visa fuerit lingua sua facta facunda, si rex est, meritò primum ex notariis suis diliget, eúmque cohonestabit, & ipsius occupationes ad regis emolumentum prosperè succedent: itidémque cæteris erunt fructuosæ.

Si quis ita vulneratam sibi linguam videre visus sit, vt in loquendo nihil impedimenti sentiat, sed tantùm in comedendo: eius opes & annui reditus ab omnibus impedientur, adeóque pauper & inops fiet.

Si cui lingua balbutire visa sit, opus ille quoddam molitur, quod in nihilum recidet, ita tamen, vt nihil ipse detrimenti capiat.

De dentibus, Indorum Persarum & Aegyptiorum consentiens interpretatio.

CAP. 63.

POst anteriores, quatuor dentes proximi, ad consobrinos & remotiores cognatos in somniorum interpretatione referuntur.

Si cui oblatum in somnis fuerit, ex dẽtibus suis aliquos labefactatos, aut ruptos, aut aliquo morbo adfectos: ad cognatos, quos diximus, ea res pertinet.

Si videre visus sit euulsos, mors cognatis eius accidet.

Si cui visus fuerit inter hosce dentes, alius dens enatus: breui de su-

prædictis ei, qui somnium habuit, cognatus emerget: ac si quidem ille dens recens natus, dentes cæteros coarctauerit, etiam hæres ille reliquos in angustum coget. Sin eis ornamento fuerit, & ipse cæteris decus & honestamentum cognatis erit.

Si quis videre visus sit hosce dentes, de quibus est dictum, pulchriores sibi factos, aut ornatiores: gratiam & gaudium in cognatis indicatis reperiet.

De dentibus, quos caninos vocant, Indorum, Persarum, & Aegyptiorum ratio.

CAP. 64.

DEns caninus, sustentaculum & fulcimen est tam domus hominis, quã generis: innixorum ei secundum Deum, & in eum respicientium.

Si quis in somnis fractum sibi dentem illum caninum videre visus sit, in periculum veniet incorrigibile, qui maximè firmus in eius domo familiaque fuerit, ac vicissim spem correctionis habebit.

Si quis dentem illum caninum videre visus sit album, & elegantem factum: lætitiam ex illo, quem maximè firmum diximus, percipiet.

Si quis videre visus sit caninum illum dentem ad tantam longitudinem porrectum, vt ori sit impedimento ad capiendum cibum atque potum: etiam maximè firmus iste in domo & familia ipsius, impedimento erit homini, & ad omnia bona loco cuiusdam obstaculi. Sed corrigi tamen poterit, quum & dentis prominentia per limam facilè cæteris exæquari queat.

De dentibus intimis, tam superioribus, quàm inferioribus, ex Indorum, & Persarum, & Aegyptiorum disciplina. CAP. 65.

ἰδίου συγγενὴς ἐκ τῶν εἰρημένων· καὶ εἰ μὲν στενώσῃ ὁ φυεὶς ἄλλοις ὀδόντας, στενοχωρήσῃ καὶ οὗτος· εἰ δὲ κοσμήσῃ, ὁμοίως καλλωπεῖ αὐτοῖς.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι οἱ εἰρημένοι ὀδόντες ἐκαλλιώθησαν ἢ ἐκοσμήθησαν· εὑρήσῃ οὗτος χάριν εἰς τοὺς εἰρημένους συγγενεῖς.

Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ κυνοδόντων. ξδʹ.

Ὁ κυνοδοὺς, στηριγμὸς καὶ ἔρεισμά ἐστι τοῦ οἴκου καὶ τοῦ γένους τοῦ ἀνθρώπου ἐρειδομένων ἐν αὐτῷ, καὶ ἀποβλεπόντων μετὰ Θεόν.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ᾽ ὄναρ ὅτι ἐκλάσθη ὁ κυνοδοὺς αὐτοῦ, κινδυνεύσῃ ἀδιόρθωτος ὁ στερεώτερος τοῦ οἴκου καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἕξῃ ἐλπίδα διορθώσεως.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ὁ κυνοδοὺς λευκὸς καὶ εὐειδὴς ἐγένετο, χαρήσεται ἐπὶ τῷ εἰρημένῳ στερεωτέρῳ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ὁ κυνοδοὺς ἐμηκύνθη τοσοῦτον, ὡς ἐμποδίζειν βρῶσιν καὶ πόσιν τῷ στόματι, ἔσται ὁ στερεώτερος τοῦ οἴκου καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ ἐμποδισμὸς, καὶ πρὸς πάντα κωλυτικὸς τὰ καλὰ γενήσεται· πλὴν διόρθωσιν ἐπιδέξεται, ἐπειδὴ ἐξοχὴ τοῦ ὀδόντος, εὐκόλως ῥινιζομένη ἐξισοῦται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ τῶν ἄνω καὶ κάτω ἐνδοτέρων ὀδόντων. ξεʹ.

ΤΩΝ ὀδόντων οἱ λεγόμενοι μύλοι, εἰς τοὺς ἀφήλικας τῶν φροντιζομένων παίδων τοῖς γένεσι διακρίνονται· καὶ οἱ μὲν ἄνω εἰς ἄρσενας· οἱ δὲ κάτω εἰς τὴν θήλειαν ἀνάγονται φύσιν.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι εἷς ἐκ τῶν τοιούτων ἐσείσθη, ἢ ἐμελάνθη, ἢ ὠδυνήθη· νόσος ἔσται τινὶ τῶν εἰρημένων συγγενῶν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐσκωληκίασεν· ἢ ἐκλάσθη ἐξ αὐτῶν, μακρονοσήσει ἀνιάτως ἐκ τοῦ γένους, καὶ πενίᾳ θανεῖται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκαλλιώθησαν οὗτοι· ἢ ἐκοσμήθησαν, ἐπιχαρήσεται αὐτοῖς τοῖς εἰρημένοις.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι σμήχει αὐτὰ πρὸς τὸ λευκαίνειν, οὗτος καλλυνεῖ ἐν χερσὶ καὶ ἱματισμῷ τοὺς εἰρημένους τῶν συγγενῶν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐποίησαν ἐξοχὰς πρὸς ἐμποδισμὸν τῆς λαλήσεως, μάχην τοῦ γένους καὶ δίκας κληρονομίας σημαίνει.

Dentes, qui molares dicuntur, ad cognatos impuberes & sub tutela constitutos, in somniorum interpretatione referuntur: ac superiores quidem, ad mares: inferiores ad sexum fœmineum pertinent.

Si quis in somnis videre visus sit vnum ex his vel labefactatum, vel nigredine obductum, vel dolore correptum: aliquem ex cognatis hisce, quos diximus, morbus inuadet.

Si quis ex eis vel à verme corruptus, vel fractus esse visus fuerit: cognatus huiusmodi supra spem conualescendi morbo diuturno laborabit, & ex paupertate morietur.

Si quis eosdem pulchriores factos, ornatósve videre videatur: ex cognatis illis, quos diximus, oblectationem capiet.

Si eos polire sibi videatur, vt albescant: dictos cognatos pecuniis & vestibus exornabit.

Si prominere visi fuerint, ad impedimentum sermonis: id somnium familiæ rixas, & ob hæreditatem lites portendit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ τραχήλου. ξϛ'.

Ὁ τράχηλος δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ πᾶσαν κληρονομίαν σημαίνει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐπαχύνθη καὶ ἐνεδυναμώθη πλέον οὗ οὐκ ἦν ὁ τράχηλος αὐτοῦ εὐειδής, εἰ μὲν βασιλεύς, οὗτος ἐπιχαρήσεται τῷ πλούτῳ, καὶ τῇ δόξᾳ, καὶ τῷ στρατῷ, καὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἕκαστος εὐδοκιμήσει ἐν πάσαις ταῖς ἐργασίαις αὐτοῦ, ὁ δὲ πτωχὸς, πλοῦτον εὑρήσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐδέθη ἑκουσίως ἐκ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ, ἢ κατεσχέθη ἐγχειρὶ παρά τινος· αὐτὸς καὶ πᾶσα ἡ κληρονομία αὐτοῦ εἰς ἐκεῖνον ἐλεύσεται.

Εἰ δὲ ὁ κατασχὼν ἢ ὁ δήσας, ἐστὶν ἀγνώριστος καὶ νέος· ὁ μὲν νεώτερος ἐχθρός ἐστι, καὶ παραδοθήσεται αὐτῷ, ὁ δὲ γέρων ἡ τύχη αὐτοῦ ἐστι, καὶ εἰς καλὴν ἔχει τὴν ἔκβασιν.

De ceruice, ex Indorum disciplina. CAP. 66.

Ceruix potestatem, & opes, & gloriam, & omnem hæreditatem significat.

Si quis ergo videre visus sit ceruicem sibi crassiorem, & robustiorem, quàm priùs erat, factam, vt speciosa tamen, & elegans esset: si rex est, ex opibus suis, & gloria, & exercitu, & potestate, ceterísque simpliciter omnibus, voluptatem capiet.

Si plebeius est, vel pauper, in omnibus actionibus suis plebeius quisque laudem inueniet: diuitias pauper.

Si quis videre visus sit ceruicem sponte sua sibi ligatam, vel ab aliquo manu cōstrictam: tam ipse, quam vniuersa ipsius hæreditas ad alterum illum perueniet.

Si qui ceruicem constrinxit, aut colligauit, ignotus & iuuenis est: iunior hostem significat, cui tradetur: si senex, fortunam ipsius denotat, & bonum res exitum sortietur.

Si

Si quis videre visus sit exiliorem factam ceruicem suam, & imbecilliorem: si rex est, in fide sua primùm errabit, ac deinde calamitates experietur, omnémque gloriam tam ipse, quam exercitus eius amittet.

Si plebeius est, in paupertatem & adflictionem incidet.

Si plebeij hominis vxor, in exitium vitæ per scortationem ruet.

Si quis videre visus sit, radi & ornari ceruicem suam: quisquis ille fuerit, cum erogatione ac sumptu fidem vitámque suam vniuersam exornat. Erogationem fieri necesse est, propter pilorum amissionem.

Si pauper est, liberationem ex ærumna denotat.

De ceruice, Persarum & Aegyptiorum consentiens interpretatio. CAP. 67.

CEruix totius corporis robur denotat, quemadmodum & in brutis animalibus, boue, leone, equo, quadrupedibus cæteris videre licet.

Si quis ergo videre visus sit ceruicem suam crassiorem factam, ac validiorem, quàm priùs erat: si rex est, præliator & bellicosus erit, & hostibus formidabilis.

Si plebeius est & miles, belli ductor erit.

Si vero miles non est, ceruicosus erit & parum obediens.

Si quis videre visus sit exiliorem factã ceruicem suam, & debiliorem: si rex est, aduersa prædictis accident.

Si plebeius, consimiliter obstaculum sentiet.

Si quis videre visus sit ceruicem suam vulneratam, vel vlcerosam, vel sanguinẽ ex ea manãtem, vel instar porci ligatam, hæc omnia patefactionem opum, cum adflictione portendunt.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἠλεπτύνθη καὶ * ἠδυναμώθη ὁ τράχηλος αὐτοῦ, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, πρῶτον μὲν σφαλήσεται ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα θλιβήσεται καὶ ἀδοξήσει, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς πτωχείαν καὶ θλῖψιν ἥξει.

* * * * * *

* * * * * *

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ξυρᾶται καὶ καλλωπίζει τὸν τράχηλον αὐτοῦ· ὅστις ἂν ᾖ, μετὰ ἐξόδου καλλωπίζει τὴν πίστιν καὶ πάντα τὸν βίον αὐτοῦ. ἡ δ' ἔξοδος διὰ τὴν ἀποβολὴν τῶν τριχῶν αὐτοῦ ἔσται.

Εἰ δὲ πτωχὸς ᾖ, ἀποδέχεται τὴν θλῖψιν.

Ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ τραχήλου ὁμοφώνως. ξζ'.

Ὁ τράχηλος ἰσχὺν ὅλου τοῦ σώματος σημαίνει, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, βοΐ, λέοντι, ἵππῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τετραπόδοις ἐστὶν ἰδεῖν.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ὁ τράχηλος αὐτοῦ ἐπαχύνθη ἢ ἴσχυσε πλέον ἢ * ἴσχυεν· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, μαχητὴς ἔσται καὶ πολεμικός, καὶ τοῖς ἐχθροῖς φοβερός.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰ μὲν ᾖ στρατιώτης, πολέμαρχος ἔσται.

Εἰ δὲ οὐκ ἦν στρατιώτης * τραχηλιῶν ἔσται καὶ ἀνυπότακτος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐλεπτύνθη καὶ ἠδυναμώθη ὁ τράχηλος αὐτοῦ· εἰ μὲν ᾖ βασιλεύς, ἀπ' ἐναντίας τῶν προειρημένων ἔσται αὐτῷ.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ὁμοίως ἀπηχήσεται αὐτῷ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐτραυματίσθη, ἢ ἡλκώθη, ἢ ᾑμορρόησεν, ἢ * ἐδέθη δίκην χοιρείας ὁ τράχηλος αὐτοῦ· ταῦτα πάντα φανέρωσιν πλούτου σημαίνει μετὰ θλίψεως.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τοῦτο γυνὴ, θλίψει τὸν ἄνδρα αὐτῆς, μαχομένη χάριν χάριν.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἔλαβε παρά τινος ἢ ἔδωκε σπάθην ἐν τῷ τραχήλῳ· ὁ μὲν δοὺς, δουλεύσει τῷ λαβόντι ἀναλόγως τῆς ἀξίας καὶ τοῦ πλούτου αὐτοῦ· ὁ δὲ λαβὼν, εὑρήσει χάριν παρ' αὐτοῦ. τούτῳ δὲ πλέον ἔσται εἰς χάριν, ἐὰν ἄρα αἷμα ἀπεβλήθη παρ' αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ αἷμα οὐκ ἐφάνη, ἐλαττοτέρα ἔσται ἡ χάρις.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ τῶν ἐν τοῖς ὤμοις κατακλείδων. ξη΄.

Αἱ κατακλεῖδες τῶν ὤμων εἰς γυναῖκας κρίνονται παλλακὰς, ποθεινοτέρας τῶν νομίμων.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι αἱ κατακλεῖδες αὐτοῦ ἐμεγαλύνθησαν, ὑπάνδροις γυναιξὶ φιλιάσει ταῖς ἐπιθυμουμέναις, καὶ χαρίσεται ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τοῦτο γυνὴ, ἑτέρῳ ἀνδρὶ φιλιάσει· εἰ δὲ ἄνδρα οὐκ ἔχει, πανδήμως ἑταιρισθήσεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐκλάσθη ἡ κατακλεὶς, μεγάλως θλιβήσεται, καὶ χωρισθήσεται τῶν παλλακῶν αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐθεράπευσε τὸ κλασθὲν, ἡ θεραπεία τὴν θεραπείαν σημαίνει τῶν παλλακῶν.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοφώνως περὶ κατακλείδων. ξθ΄.

Ἐὰν τις ἴδῃ τὰς κατακλεῖδας ταύτας καλὰς καὶ ἰσχυρὰς γενομένας, εὑρήσει δύναμιν κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἅρματα, καὶ νίκας ἃς ἐφίεται.

Si mulieri visum hoc oblatum fuerit, maritum suum vexabit, aurique gratia cum eo rixabitur.

Si quis videre visus sit vel se percussum ab aliquo, vel alium ab se gladio percussum in ceruice: qui percutit, percusso seruiet, & ab eo beneficiis adficietur, pro modo dignitatis & opum ipsius: qui verò plagam accepit, apud illum alterum erit in gratia. Et quidem vel maximè tum in gratia, quum sanguis effluxerit.

Si sanguis nullus adparuit, beneficium minus erit.

De clauiculis humerorum, Indorum interpretatio.

CAP. 68.

Humerorum clauiculas de concubinis interpretamur, quæ magis adamantur, quàm vxores legitimæ.

Si quis videre visus sit hasce clauiculas ampliores factas, mulieres nuptas, quas concupiscit, amore prosequetur: & ex concubinis suis voluptatem capiet.

Si mulier hoc videre visa sit, amore viri alterius ardebit: aut si nulli viro copulata fuerit, vulgo sese prostituet.

Si cui visa fuerit fracta clauicula, magnas in aduersitates incidet, & à concubinis suis separabitur.

Quòd si fractam curasse sibi visus fuerit, hæc ipsa curatio portendit correctionem illius, quod de concubinis est dictū.

De clauiculis, ex consentiente Persarum & Aegyptiorum interpretatio.

CAP. 69.

Si quis videre videatur hasce clauiculas pulchras robustásque factas, inueniet aduersus hostes suos exercitum, & currus, & victorias, quas expetit.

Si pauper est, laboriosus & industrius erit.

Si quis videre visus fuerit hasce clauiculas constrictas & coarctatas: hostes suos formidabit.

Si pauper est, in morbum & penuriam alimentorum incidet.

De brachiis, eorúmque suris, ex Indorum disciplina.

CAP. 70.

BRachia cum suris eorum, siue musculis, ad fratrem, vel ætatis maturæ filium referuntur.

Si quis ergo videre visus sit ea maiora robustioráque facta, si rex est, potentia ipsius intelligitur, quæ quidem aduersus hostes eius insurget & augescet.

Si filium habuerit, aut fratrem, in eis eam videbit lætitiam, quam exoptabat.

Si plebeius est, consimiliter ex filio vel fratre voluptatem capiet, ac ditescet.

Si mulieri visum hoc oblatum fuerit, ad mariti commodum interpretatio spectat.

Si quis in somnis videre videatur brachia sua debilitata, vel attenuata, vel fracta: si rex est, aduersi quid accidet ipsius duci, & exercitui: atque vti suprà diximus, vel filius eius, vel frater in morbum & afflictionem incidet.

Consimilia plebeio quoque portenduntur. Nam & afflictionem, & morbum, & egestatem in fratre, vel filio suo, videbit.

Si mulier hoc somnium habuerit, à marito diuertet, aut vidua fiet.

De brachiis, Persarum & Aegyptiorum interpretatio.

CAP. 71.

Εἰ δὲ ἐστὶ πτωχὸς ὁ ἰδὼν, φιλόπονος ἔσται καὶ φίλεργος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι αἱ κατακλεῖδες αὐτοῦ ἐσφίγχθησαν καὶ ἐστενοχωρήθησαν· δεδοικὼς ἔσται τοὺς οἰκείους ἐχθρούς.

Εἰ δὲ πτωχὸς ὁ ἰδὼν, εἰς νόσον καὶ σπάνιν τροφῶν ἥξει.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ βραχιόνων καὶ τῶν κνημῶν αὐτοῦ. ο.

ΟἹ βραχίονες καὶ αἱ κνῆμαι, ἤτοι οἱ μύες, εἰς ἀδελφὸν ἢ τέλειον υἱὸν διακρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ταῦτα ἐμεγαθύνθησαν, ἢ ἐνεδυναμώθησαν, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ταῦτα εἰς τὴν δύναμιν αὐτοῦ κρίνονται, καὶ μεγαλυνθήσεται ἡ δύναμις αὐτοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ.

Ἐὰν ἔχῃ υἱὸν ἢ ἀδελφὸν, θεάσεται ἐν αὐτοῖς χαρὰν ἣν ἐπόθει.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ὁμοίως εἰς τέκνον ἢ ἀδελφὸν χαρήσεται καὶ πλουτήσει.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, κρίνεται εἰς ἀγαθὸν τοῦ ἀνδρός.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι οἱ βραχίονες αὐτοῦ ἠδυνάτησαν, ἢ λεπτύνθησαν ἢ ἐκλάσθησαν· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ἔσται τὸ πάθος αὐτοῦ εἰς τὸν στρατὸν αὐτοῦ, καὶ εἰς νόσημα καὶ θλῖψιν ἐλεύσεται, ἢ ὁ υἱὸς ἢ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καθάπερ εἴρηται.

Ὁμοίως καὶ εἰς τὸ κοινὸν τοῦ λαοῦ εὑρήσει θλῖψιν καὶ νόσον καὶ πτωχείαν εἰς ἀδελφὸν, ἢ εἰς υἱὸν αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τοῦτο γυνὴ, χωρίζεται ἢ χηρεύσει τοῦ ἀνδρός.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ βραχιόνων. οα.

Ὁ βραχίων καὶ αἱ κνῆμαι αὐτοῦ εἰς ἀδελφὸν ἢ εἰς δοῦλον αὐτοῦ τὸν πρεσβεύοντα διακρίνονται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐλεπτιώθησαν, ἐκλάσθησαν ἢ ἐψύγησαν, εἰ μὲν ἐστι δεξιὸς ὁ βραχίων, μεῖζον ἔσται τὸ πάθος ἐν πᾶσι τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ, * περισκόμενος. ἀπολέσει δὲ τὸν ἀδελφὸν ἢ τὸν πρεσβεύοντα δοῦλον αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι περιποιεῖται αὐτὰ καὶ ἐνεργεῖ, ταχὺ τὸ πάθος καὶ τὰς θλίψεις ἀποβαλεῖται.

Ἐὰν τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι ταῦτα ἐπαχιώθησαν καὶ ἐνεδυναμώθησαν, εὑρήσει δύναμιν καὶ δόξαν ἐν τῇ ἐλπίδι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐτριχώθη ὁ βραχίων αὐτοῦ πλέον ἢ ἦν, καὶ ὄντα πλείονα κτήσεται.

Εἰ δὲ πτωχός, ὁμοίως.

Brachium, & musculos eius, ad fratrem, vel primum ex seruis interpretando referimus.

Si quis brachij musculos auctos, vel fractos, vel arefactos, videre visus fuerit, si quidem brachium ipsum adhuc vegetum sit, maior homini calamitas portenditur, in omnibus desideriis suis fraudato. Amittet autem fratrem suum, vel primum ex seruis.

Si videre visus sit musculos instauratos, & recuperatas eorum in agendo vires: ab ærumna & adflictionibus citò liberatur.

Si quis in somnis videre visus sit eos factos & crassiores, & robustiores: in iis, quæ sperat, atque desiderat, potestatem ac gloriam inueniet.

Si videre videatur brachium magis pilosum, quàm priùs erat, facultates maiores adquiret.

Si pauper hoc somnium habuit, similiter & ipse ditescet.

Ἰνδῶν περὶ χειρῶν. οβ'.

De manibus, Indorum rationes.

CAP. 72.

Αἱ χεῖρες, καὶ οἱ δάκτυλοι, εἰς τὰ ἔργα τῆς πίστεως τῶν ἀνθρώπων διακρίνονται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι πλείονας δακτύλους εὑρήσατο ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, προσθήσει εἰς εὐχὰς αὐτοῦ.

Ὁμοίως ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐκ τῶν δακτύλων αὐτοῦ εἷς ἀμελήσει, καὶ ὑφελεῖ ἐκ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ.

Ὁ μέγας τῶν δακτύλων κρίνεται εἰς τὴν εὐχὴν τοῦ ὄρθρου.

Ὁ δεύτερος ἤτοι ὁ λειχανός, κρίνεται εἰς τῆς τρίτης ὥρας τὴν εὐχήν.

Ὁ μέσος τῆς ἕκτης ὥρας.

Ὁ ἀπ' αὐτοῦ, ἤτοι ὁ τέταρτος, τῆς ἐνάτης ὥρας.

Ὁ ἐλάχιστος, τῆς ἑσπερινῆς εὐχῆς.

Καὶ ὃ ἐὰν πάθῃ ἐξ αὐτῶν, εἰς τὰς εἰρημένας εὐχὰς διακρίνεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐψύγη, ἢ ἐκόπη τελείως καὶ ἐχωρίσθη, εἰς μεγίστην ἁμαρτίαν ἐλεύσεται.

Manus & digiti, ad opera fidei hominum referuntur.

Si quis sibi visus fuerit plures adquisiuisse digitos in manu, in precando magis adsiduus erit.

Consimiliter si videre videatur vnum ex digitis amissum, in precibus suis negligentior, & minùs adsiduus erit.

Digitus maior, siue pollex, ad preces diluculi refertur.

Secundus, qui & index, ad preces horæ diei tertiæ refertur.

Medius, ad preces horæ sextæ.

Proximus illi digitus quartus, ad preces horæ nonæ.

Minimus, ad preces vespertinas,

Quidquid horum alicui acciderit, ad indicatas preces interpretãdo referimus.

Similiter si quis alicui digitus visus fuerit, vel frigore mortuus, vel prorsus abscissus, ac auulsus: is homo peccatum maximum committet.

Sin restitutum sanatúmque videre visus sit, ad resipiscentiam & conuersionem perueniet.

De manibus, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 73.

MAnum de hominis primo & fideli seruo interpretamur.

Si quis videre visus sit abscissam sibi manum, vel enectam frigore, vel adustã: si rex est, seruum primum & fidelem amittet.

Si per vstionem manum suam perdiderit, in bello & pugna moritur, qui ei fidelis est.

Si plebeius hoc somnium habuerit, seruum pro facultatibus suis primum amittet: aut si seruo caret, propter morbum opus eius cessabit, & ad egestatem redigetur.

Si maritata mulier, virum amittet.

Si quis videre visus sit manum suam maiorem robustiorémque factam, si rex est, lætitiam atque profectum in præcipuo seruo suo reperiet.

Si plebeius est, tam in seruo, quàm operibus suis vniuersis oblectabitur.

Si quis videre visus sit manum suam vulneratam, aut ligatam: eius seruus periculosas opes, ac formidolosas adquiret.

Si quis videre visus sit digitos suos minores factos, in seruo suo fraudem odiúmque deprehendet.

De vnguibus, ex Indorum traditione.

CAP. 74.

VNgues omnem potestatem dignitatum, & opes significant.

Si quis videre visus sit vngues suos ita mutilatos, vt non promineant extra viuas carnes: opum dignitatúmque suarum iacturam faciet.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἀποκατεστάθη καὶ ἰάθη, εἰς μετάνοιαν καὶ ἐπιστροφὴν ἥξει.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ χειρῶν. ογ'.

Ἡ χεὶρ εἰς δοῦλον αὐτοῦ πρῶτον καὶ πιστὸν διακρίνεται.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐκόπη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, ἢ ἐψύγη, ἢ ἐκάη, εἰ μὲν ἔστι βασιλεύς, δοῦλος αὐτοῦ ἀπολέσει τὸν πρῶτον καὶ πιστόν.

Εἰ δὲ διὰ καυτείας ἀπολέσει αὐτοῦ τὴν χεῖρα, εἰς πόλεμον καὶ μάχην τελευτᾷ ὁ πιστὸς αὐτοῦ.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἔσται τὸν πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ πρωτεύοντα δοῦλον· εἰ δὲ δοῦλον ἀπορεῖ, διὰ νόσου, ἀργήσει τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ πτωχεύσει.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο ὕπανδρος, τὸν ἄνδρα ἀπολέσει.

Si plebeius est, vxorem vitæ breuis, & pluribus obnoxiam morbis ducet.

Si visus sibi fuerit inuenisse foueam stercoribus plenam, ad quam nonnihil offenderit: à furibus & calumniatoribus inescabitur.

Si visus sibi fuerit & lapsus in illam foueam, & prorsus obrutus: per escas eorum & illecebras obruetur.

Si foueam duntaxat videre visus fuerit, ac fœtorem tantummodo sensisse: nihil ij proficient, qui hominem inescare nituntur, sed paulum modo vexabitur.

De plagis & vulneribus, Indorum rationes.

CAP. 105.

Si quis se videre visus sit gladio percussum ab aliquo noto, beneficiis ab eodem adficietur.

Sin

Sin ab ignoto, inimici opera pacem conficiet.

Si quis visus fuerit acceptum vulnus curare, semet in hominum oculis ostentabit.

Si quis sibi visus fuerit hulcerosus, & plurima nanctus apostemata: eius opes incrementum sument, cum illius formidine, qui rerum in iis locis potitur.

Si contagio pestis copiosè correptum se videre visus fuerit, diuitiæ proferentur in lucem, quas occultauerat.

Si quis videre visus fuerit corpus suum pustulis albis repletum, aurum ex monetaria lucrabitur, habita pustularum multitudinis ratione.

Si pustulæ nigræ fuerint, iacturam ex monetaria faciet, pro copia pustularum, & grauiter adfligetur.

Si quis duro quodam tumore visus sibi fuerit intumuisse, instar veris: domum adquiret, cum solidis opibus.

Sin à vento visus sibi fuerit intumuisse, in hominum quidem oculis diues esse putabitur, at egebit domi.

Εἰ δὲ παρὰ ἀγνώστου, εἰρηνοποιήσει παρὰ ἐχθροῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι θεραπεύει αὐτό, ἐπισημωνίνεται ἐνώπιον ἀνθρώπων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἡλκώθη, καὶ ἀποστήματα πλεῖστα ἔχει, ὁ πλοῦτος αὐτοῦ πληθυνθήσεται μετὰ φόβου ἐξουσιάζοντος.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι κατεσχέθη λοιμικῆς πλήθους, φανερωθήσεται πλοῦτος ἐν ἀποκρύφοις.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐκβεράσεως ἐπληρώθη τὸ σῶμα λευκῆς, χρυσίον ἀπὸ χαράγματος ἀποκερδήσει ἀναλόγως τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ ἐκβεράσεως μελαίνης, εἰς ζημίαν διὰ χαράγματος ἥξει, κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ μεγάλως θλιβήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ᾠδήθη ὡσεὶ ἀσκὸς οἰδήματι σκληρῷ· οἶκον στερεὸν χρημάτων κτήσεται.

Ἐὰν ᾠδήθη ἀπὸ ἀνέμου, ἐνώπιον ἀνθρώπων πλούσιος ὑπονοηθήσεται, κατ᾽ οἶκον δὲ ἐνδεὴς ἔσται.

De plagis & vulneribus, Persarum & Aegyptiorum interpretationes.

CAP. 106.

Si quis videre visus fuerit, erupisse sibi pustulas: ex maturis agrorum fructibus ditescet.

Si rus nullum habet, ab iis, qui rura possident, pro modo pustularum ditabitur.

Si cui caro sua visa fuerit intumuisse per apostemata hulcerosa, totum hoc ad opes refertur, secundum interpretationem ipsarum partium, quæ exhulceratæ sunt.

Capit enim ad eum, qui rebus summa cum potestate præest, refertur:

Ceruix, ad illum, cui somnium offertur.

Dentes, ad omnes cognatos.

Humerorum clauiculæ, ad concubinas:

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ πληγῶν καὶ τραυμάτων. ρϛʹ.

ΕΑ᾽Ν τις ἴδῃ ἑαυτὸν ἐκβεράσαντα, πλουτήσει· ἐκ τῶν ἐγχωρίων γεωργημάτων.

Εἰ δὲ γεώργιον οὐκ ἔχει, ἀπὸ ἐχόντων γεώργια πλουτισθήσεται, ἀναλόγως τῆς ἐκβεράσεως.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἡλκώθη ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἀποστήμασιν ἑλκωτικοῖς, τὸ πᾶν εἰς πλοῦτον διακρίνεται, κατ᾽ αὐτὴν κρίσιν τῶν ἑλκωθέντων μελῶν.

Ἡ γὰρ κεφαλή, εἰς τὸν ἐπέχοντα κρίνεται.

Ὁ δὲ τράχηλος, εἰς τὸν ἰδόντα.

Οἱ ὀδόντες, εἰς πάντας συγγενεῖς.

Αἱ κατακλεῖδες τῶν ὤμων, εἰς τὰς παλλακάς.

Οἱ βραχίονες, εἰς ἀδελφὸν, ἢ ποθούμενον ἴδιον.

Οἱ ὠμόπλαται καὶ αἱ πλευραὶ, εἰς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Αἱ χεῖρες, εἰς τὸν προστεύοντα δοῦλον.

Οἱ μηροὶ, εἰς τοὺς συγγενεῖς.

Τὰ σκέλη καὶ οἱ πόδες, εἰ μὲν ἐστὶ πτωχὸς, εἰς τὴν ζωὴν αὐτοῦ· εἰ δὲ βασιλεὺς, εἰς τὸν προστεύοντα αὐτοῦ μυστικὸν δοῦλον.

Brachia, ad fratrem, vel propinquum, qui alicui in deliciis & amoribus est:

Scoptulæ & costæ, ad vxorem.

Manus, ad auctoritatis primę seruum: Femora, ad cognatos.

Crura & pedes, si quis pauper est, ad vitam ipsius: si rex, ad primæ auctoritatis & arcanorum conscium seruum.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ λωβῶν ἤτοι χελυφῶν. ρζ.

Λώβη πάντα τρόπῳ εἰς πλοῦτον διακρίνεται κακῶς φημιζόμενον.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐλωβώθη, πλουτήσει ἀναλόγως τῆς λώβης αἰσχυνόμενος καὶ ἀποκρυπτόμενος.

Ἐὰν δέ τις ἴδῃ ὅτι ἡ σὰρξ μόνη ἔπαθεν ἄνευ τοῦ προσώπου· πλουτήσει μὲν, ἀλλὰ οὐ μισηθήσεται· ἐξ οὗ πλουτήσῃ καὶ βλάψῃ πολλούς, εἰ δὲ βασιλεὺς τοῦτο ἴδῃ, μισηθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀρέσει τὰ δόγματα αὐτοῦ τῷ λαῷ, καὶ ὀλιγόβιος ἔσται.

* * * * * *

* * * * * *

Εἰ δὲ γυνὴ, μεγίστῳ συνοικιάσει καὶ πλουτισθήσεται παρ' αὐτοῦ.

De lepris, siue squamis cutis, ex Indorum disciplina.

CAP. 107.

Omni modo lepra de diuitiis cum infamia coniunctis intelligitur.

Si quis videre se visus fuerit infectum lepra, pro lepræ ipsius ratione ditescet: ignominia tamen adfectus, & abditus.

Si solam quis carnem adfectam videre visus fuerit, non etiam faciem: ditescet ille quidem, sed odium populi sui non incurret. Edicta tamen eius parum populo placebunt, si rex est, & vita breui fruetur.

Si plebeius, diuitias absque odio consequetur.

Si mulier, cum viro maximo consuescet, & ab eo ditabitur.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ δαιμονώντων. ρη.

ΕΆΝ τις ἴδῃ ὅτι δαιμονᾷ ἐνώπιον τοῦ λαοῦ ἢ ἐν ναῷ· εἰ μὲν ᾖ βασιλεὺς, εὑρήσει χαρὰν καὶ μακροζωίαν, καὶ τροπαιοῦχος κατ' ἐχθρῶν ἔσται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀδικηθήσεται παρὰ τοῦ ἐξουσιάζοντος, καὶ ἀγαθοποιηθήσεται παρὰ πάντων, διὰ τὸν ἔλεον τὸν εἰς τοὺς δαιμονῶντας.

De limfaticis, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. 108.

Si quis visus sibi fuerit limfaticus esse, vel vrgeri à dæmone, in ipsius populi conspectu, vel in templo: si rex est, lætitiam cum longa vita reperiet, & aduersus hostes triumphabit.

Si plebeius, à principe lædetur, at vulgus ei benefaciet, ob eam commiserationem, qua erga limfaticos moueri homines solent.

Si priuatim vrgeri à dæmone visus sibi fuerit, si quidem rex est, aduersus hostes occulta inueniet loca, victoriáque de ipsis potietur, & ad finem desideria sua perducet.

Si plebeius, diuitias inueniet, & occultabit eas, nec patefient.

Si mulier hoc somnium habuerit, fœtum marem edet, isque ad populum olim maximus erit.

De limfaticis ex Indorum disciplina. CAP. 109.

SI quis visus sibi fuerit vrgeri à dæmone, beneficentiam principis experietur, & diu viuet.

Si dæmonem videre visus fuerit, qui tamen ipsum non corripuerit, aut inuaserit: homini regio preces offeret. ac si quidem adloquutus eum fuerit dæmon, ab homine isto regio exaudietur.

Si quis videre visus fuerit se percussum à dæmone, vel obsesso: metum ac supplicium à principe rerum potiente, hominéque excelso inueniet.

Si quis visus sibi fuerit percussisse dæmonem, vel obsessum, eósque superasse: sciendum, non posse visum hoc in pauperem cadere, sed duntaxat in virum aliquem maximum. Is enim aduersarium suum pedibus obteret, ac superabit.

De lepra, consentiens Indorum, Persarum, & Aegyptiorum interpretatio.

CAP. 110.

SI quis infectum se lepra videre visus fuerit, si rex est, ob mulieris amorem omnibus erit spectaculo, & vestitum nouum excogitabit, & efficax erit, & lucrum faciet.

Si plebeius, opes ex indumentis inueniet.

Si mulier, ex scortatione vestem adquiret.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατ' ἰδίαν δαιμονᾷ· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, κρυφίους τόπους ἐκφέρῃ κατὰ τῶν ὑπεναντίων, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ τὰ θελήματα αὐτοῦ εἰς πέρας ἀγάγῃ.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, πλοῦτον εὑρήσει, καὶ κρύψει αὐτὸν, καὶ οὐ φανερωθήσεται.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο τέξει ἄρσεν, καὶ μέγιστον ἔσται ἐν τῷ λαῷ.

Ἰνδῶν, περὶ δαιμονώντων. ρθ'.

ΕἈΝ τις ἴδῃ ὅτι δαιμονᾷ, παρὰ τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀγαθοποιηθήσεται καὶ αὐτὸς πολύζωος ἔσται.

Ἐὰν ἴδῃ δαίμονα, οὐδὲν συνέχει αὐτὸν ὁ δαίμων, εἰσακουσθήσεται παρὰ τοῦ βασιλικοῦ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐτύφθη ἀπὸ δαίμονος ἢ δαιμονῶντος· εὑρήσει φόβον καὶ τιμωρίαν ἀπό τινος ἐξουσιαστοῦ καὶ ὑψηλοῦ ἀνθρώπου.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἔτυψε δαίμονα ἢ δαιμονῶντα, καὶ ἐνίκησεν αὐτοὺς· τοῦτο οὐκ ἐνδέχεται πένητα ἰδεῖν· εἰς ἄνδρα μέγιστον. καταπατήσει γὰρ τὸν ἐναντίον αὐτοῦ καὶ νικήσει αὐτόν.

Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λέπρας ὁμοφρόνως. ρι'.

ΕἈΝ τις ἴδῃ ὅτι ἐλεπρώθη, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, εἰς φιλίαν γυναικὸς θεατρισθήσεται καὶ νέον ἱματισμὸν ἐπιτηδεύσεται καὶ ἐργάσεται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει πλοῦτον δι' ἐνδύσεως.

Εἰ δὲ γυνὴ, εὑρήσει ἔνδυσιν ἀπὸ πορνείας.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι λεπρωθεὶς ἀπέβαλε τὴν λέπραν· πλοῦτον ἱματισμοῦ ἀποβάλει ἐν μετανοίᾳ, καὶ ἀγαθὸν ὄνομα κτήσεται.

Si quis visus sibi fuerit, quum esset infectus lepra, liberatus à lepra: diuitias restitutus resipiscendo dimittet, bonúmque sibi nomen parabit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν Περσῶν περὶ μέθης ὁμοφώνως. ρκά.

ἘΆΝ τις ἴδῃ ὅτι ἐμεθύσθη οἴνῳ, εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν ἀνάλογον τῆς μέθης.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐμεθύσθη ἄνευ οἴνου, εὑρήσει φόβον ἀνάλογον ἀπὸ ἐξουσίας καὶ τιμωρίας.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐμεθύσθη ἀπὸ σκευαστοῦ γλυκέος, δουλεύσει μεγιστάνῳ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ εὑρήσει πλοῦτον.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐμεθύσθη ἀπὸ ὕδατος φανήσεται πλούσιος ψευδὴς καὶ ἐπικαυχήσεται ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ.

De temulentia, ex disciplina Indorum. CAP. III.

SI quis in somnis se videre visus fuerit inebriatum, pro ipsius ebrietatis modo diuitias & potestatem inueniet.

Si quis absque vino sibi visus fuerit inebriatus, pro temulantiæ modo formidinem & supplicium à magistratu reperiet.

Si quis sibi visus fuerit inebriatus ex facticio dulci potu, magnati alicui seruiet, & ab eo diuitias consequetur.

Si visus sibi fuerit inebriatus aqua, per mendacium hominis opulenti speciem præ se feret, déque potestate aliena gloriabitur.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ μέθης. ρκβ'.

Ἡ μέθη εἰς κέρει λουτρίου διακρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐμεθύσθη ἀπὸ τοῦ οἴνου, πλῆθος χρυσίου κτήσεται.

Ἐὰν δὲ ἐμεθύσθη ἄνευ οἴνου, εὑρήσει νόσον ὀξεῖαν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐμεθύσθη ἀπὸ οἴνου καὶ ἐξέμεσεν, ἀπαιτηθήσεται ἀπὸ τοῦ ἐξουσιάζοντος, ὅσον ἀδίκως ἀπεκέρδησε χρυσίον.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἀπὸ μέθης ἀλγεῖ τὰ ἔνδον ἐν στρόφῳ, εἰς πλεῖστον κέρδος ἥξει, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων προδοθήσεται, καὶ ἔμφοβος ἔσται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐμεθύσθη ἐξ ὕδατος, ἢ νήσης καὶ χωρὶς ὕδατος· ἀτιμωθήσεται ἀπὸ ἐξουσιάζοντος ἀκουσίου.

De temulentia, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. II2.

TEmulentiam ad rationum facultatúmque abundantiam referimus.

Si quis vino sibi visus fuerit inebriatus, magnam auri copiam adquirit.

Sin absque vino fuerit inebriatus, acrem morbum inueniet.

Si quis inebriatus vino sibi visus fuerit, euomuisse, ab eo princeps extorquebit ac reposcet, quidquid auri lucratus iniustè fuerit.

Si quis visus sibi fuerit ex ebrietate torminum dolores in intestinis sentire, maximum lucrum consequetur, & prodetur à suis domesticis, suque metu versabitur.

Si quis visus sibi fuerit inebriatus aqua, vel etiam absque aqua temulentus ex sobrio factûs: ab eo, qui rerum in locis iis potitur, inuitus in ordinem redigetur.

De macie corporis, siue gracilitate, ex Indorum, Persarum, & Aegyptiorum disciplinis. CAP. 113.

INterpretatio gracilitatis in corpore nihil habet boni, nec vlli hominis membro quidquam conducibile portendit, excepta lingua muliebri.

Si quis se, quum carnosus esset, tenue factum videre visus fuerit: aduersos quisque casus in professione atque opere suo experietur.

Si membrum vnum videre visus fuerit graciliùs factum, pro membri attenuati ratione sequetur euentus.

Caput enim, de principe ipsius intelligitur:

Collum, de ipsomet:

Humerorum clauiculæ, de concubinis:

Brachia, de fratribus & adgnatis proximis:

Scoptulæ & costæ, de legitimis vxoribus:

Venter, de familia & opibus:

Femora, de cognatis.

Quòd si rex est, qui attenuata sibi femora videre visus fuit, ad familiarissimos ipsi seruos interpretatio refertur.

Manus intelliguntur de seruo in primis familiari.

Sin pauper est, qui somnium de manibus habuit: ad vitam & victum ipsius referuntur.

Crurium pedúmque interpretatio, si rex est, vel gentis princeps, ad eum spectat, qui primus est inter arcanorum conscios:

Sin pauper, ad vitam ipsius.

Obesitas siue carnositas apta cuiúsque membri, pro indicatarum personarum ratione, bonam interpretationem habet.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λειποσωμασίας ἤτοι ἰσχνάνσεως. ριγ'.

ΟΥ'Κ εἰς καλὸν ἐστὶν ἡ κρίσις τῆς ἰσχνάνσεως τοῦ σώματος, οὐδὲ πρὸς ἓν μέρος συμφέρει, πλὴν γυναικείας γλώσσης.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐλέπτυνεν εὔσαρκος ὤν, εὑρήσει ἕκαστος ἐναντιότητα ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι καὶ τῷ ἔργῳ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἰσχνάνθη ἐκ τῶν μελῶν αὐτοῦ, ἀποβήσεται αὐτῷ οὕτως κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ μέλους.

Ἡ γὰρ κεφαλὴ εἰς τὸν ὑπερέχοντα αὐτοῦ διακρίνεται·

Ὁ τράχηλος εἰς ἑαυτόν·

Αἱ κατακλεῖδες τῶν ὤμων εἰς τὰς παλλακάς·

Οἱ βραχίονες, εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς ἔγγιστα τοῦ γένους·

Οἱ ὠμοπλάται καὶ αἱ πλευραὶ, εἰς τὰς γνησίας τῶν γυναικῶν.

Ἡ κοιλία εἰς τὴν φαμιλίαν καὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ.

Οἱ μηροὶ, εἰς τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ,

Εἰ δὲ ἐστὶ βασιλεὺς ὁ τοὺς μηροὺς ἰδὼν λεπτυνθέντας, ἡ κρίσις εἰς τοὺς οἰκειοτάτους δούλους αὐτοῦ.

Αἱ χεῖρες, εἰς οἰκειότατον δοῦλον.

Εἰ δὲ ἐστὶ πτωχὸς, εἰς τὴν ζωὴν αὐτοῦ.

Τὰ σκέλη καὶ οἱ πόδες, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς ἢ ἐξουσιάζων, ἡ κρίσις εἰς τὸν πρωτεύοντα τῶν μυστηρίων αὐτοῦ ἐστιν.

Εἰ δὲ πτωχὸς, εἰς τὴν ζωὴν αὐτοῦ.

Ἡ δὲ πίανσις ἤτοι εὐσωμία καὶ εὐσαρκία ἑκάστου μέλους ἀναλόγως τῶν εἰρημένων προσώπων εἰς καλὸν διακρίνεται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ σκελῶν καὶ ποδῶν. ριδʹ.

ΕΆΝ τις ἴδῃ ὅτι τὰ σκέλη αὐτοῦ ἐκλασθήσαν ἢ ἀπεκόπη ὁ πούς αὐτοῦ· εἰ μὲν ἡ βασιλεύς, χωρίζεται τοῦ πιστοτάτου καὶ μυστικωτάτου αὐτοῦ.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀπολέσει τὸ ἥμισυ τῆς ζωῆς αὐτοῦ, τοῦ πλούτου, καὶ τοῦ κέρδους αὐτοῦ στερηθήσεται, οὗ ἐκέρδησε.

Εἰ δὲ γυνὴ, ποθούμενον ἴδιον, ἢ δοῦλον ἀπολέσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἀπεκόπησαν οἱ δύο πόδες αὐτοῦ, εἰ μὲν ἡ βασιλεύς, ὀλιγόβιος ἔσται, καὶ πρὸ θανάτου, οἰκείους καὶ πιστοὺς ἀπωλέσει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ταχέως πτωχίᾳ καὶ τιμωρίᾳ ἀποθανεῖται.

Εἰ δὲ γυνὴ, τοὺς ποθουμένους θάψει, καὶ ταχέως καὶ αὐτὴ ταφήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὰ σκέλη αὐτοῦ ἐγένοντο σιδηρᾶ καὶ οἱ πόδες, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, μακροζωήσει, καὶ καταπατήσει τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τὸν ποθεινότατον δούλων αὐτοῦ δόξαις μεγάλαις.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει πλοῦτον σῶον καὶ στερρεὸν καὶ εὐζωίαν.

Εἰ δὲ γυνὴ, χρήσεται ἐπὶ τοῖς ποθουμένοις καὶ μακροβιώσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ὑελινὰ ἐγένοντο τὰ σκέλη αὐτοῦ, ὀλιγόζωος ἔσται καὶ ἀθρόως τελευτήσει, διὰ τὸ εὔθλαστον τοῦ ὑελοῦ.

Οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν ἐπὶ τῶν εὐχῶν διακρίνονται, καθὼς προείρηται περὶ τῶν δακτύλων τῶν χειρῶν.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ σκελῶν καὶ ποδῶν. ριέ.

De cruribus & pedibus, ex Indorum disciplina.

CAP. 114.

SI quis crura sibi fracta, vel abscissum pedem videre visus fuerit: si rex est, ab homine sibi fidelissimo, & arcanorum in primis conscio seiungitur.

Si plebeius, dimidium vitæ ac victus amittet, & opibus atque lucro, quo potitus fuerat, priuabitur.

Si mulier, aliquem ex suis, quem diligit, aut seruum amittet.

Si quis ambos sibi pedes abscissos videre visus fuerit, si rex est, non diu viuet, & ante morté familiares ac fidos amittet.

Si plebeius in paupertate ac supplicio citò morietur.

Si mulier, amicissimos sepeliet, & ipsa quoque breui sepelietur.

Si quis crura pedésque suos ferreos factos videre visus fuerit, si rex est, vita longa fruetur, & hostes suos conculcabit, & gratissimum sibi seruum magnam ad gloriam euehet.

Si plebeius, diuitias saluas & solidas inueniet, cum vita beata.

Si mulier, ex carissimis oblectationem capiet, & diu superstes erit.

Si quis crura sua vitrea facta videre visus fuerit, vitę breuis erit, & subitò extinguetur, propter ipsius vitri fragilitatem.

Pedum digiti de precibus intelliguntur, quemadmodum & de digitis manuum prius est dictum.

De cruribus & pedibus, Persarum & Aegyptiorum rationes. CAP. 115.

Crura & pedes columnæ sunt corporis, absque quibus foret, necesse esset corpus ruinam pati, & humi reptando miserè adfligeretur.

Si quis videre visus fuerit crura pedésque suos eiusmodi morbo correptos, vt ambulare nequeat, quicunque fuerit, in professione sua quisque præpedietur, de qua victum scilicet sibi parat.

Si quis videre visus fuerit abscissa sibi crura & pedes, si opulentus est, aut optimatum quispiam, seruum suum amittet, & adflictus morietur.

Si pauper, breui extinguetur.

Incessus enim pedum pauperem alit, quum is, qui diues est, cum dolore ac molestia quidem, sed viuere tamen absque pedibus, ministerio seruorum vtendo, possit.

Si quis sibi claudicare visus fuerit, ac vicissim restitui: si vir aliquis maximus est, obstaculum à seruo primæ auctoritatis habebit: ac si quidem curatus fuerit, seruum suum castigabit & corriget.

Si plebeius est, in professione atque opere suo quisque frustrationem sentiet.

De nuditate ex Indorum disciplina. CAP. 116.

Si quis visus sibi fuerit in loco quodam subitò denudatus, & quod ipsius partes secretæ coram populo palam adparuerint: eius arcana patefient, & ipse adficietur ignominia, grauitérque vexabitur.

Sin priuatim totus denudatus fuit, sciat se negotia quædam tractare: quæ cui cuimodi fuerint, siue bona, siue mala, perficiet.

Si quis sibi visus fuerit in templo domini denudatus, in oculis sui principis omnibus spectaculo erit.

Si regi se visum obtulerit, quasi nudus à populo cóspectus esset: arcanum quoddam ipsius ad populum reuelabitur.

Si mulier huiusmodi somnium habuerit, spectaculo propter furtiuum concubitum omnibus erit.

ΤΑ' σκέλη καὶ οἱ πόδες κίονές εἰσι τοῦ σώματος, * πτῶσιν τὸ σῶμα παθεῖν ταλαιπωρούμενον ἐν τῷ ἕλκεσθαι.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὰ σκέλη καὶ οἱ πόδες εἰς νόσον τοιαύτην ἦλθον, ὥστε κωλύεσθαι τὸν ἄνθρωπον περιπατεῖν, ὅστις ἂν εἴη, ἐμποδισθήσεται ἕκαστος ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι, ἐξ οὗ πορίζεται τὴν ζωήν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκόπη τὰ σκέλη καὶ τοὺς πόδας, εἰ μὲν ἐστι μέγιστος ἢ πλούσιος, ὑφελεῖται τὸν δοῦλον αὐτοῦ καὶ τιμωρίᾳ τελευτήσει.

Εἰ δὲ πτωχὸς, ταχὺ ἀποθανεῖται.

Τῷ γὰρ πτωχῷ τροφὴ ἐστι τῶν ποδῶν ὁ βαδισμὸς, τῷ δὲ πλουσίῳ, καὶ δίχα ποδῶν ἔξεστι ὀχλουμένῳ ζῆν ἐπωδύνως.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι χωλαίνει καὶ ὅτι ἐθεραπεύθη, εἰ μὲν ἐστι μέγιστος, σκάνδαλον* ἥξει ἐκ τοῦ πρωτεύοντος δούλου αὐτοῦ· καὶ ἐὰν ἐθεραπεύθη, παιδεύσει καὶ θεραπεύσει τὸν δοῦλον αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐστι τοῦ κοινοῦ λαοῦ, σφαλήσεται ἕκαστος ἐν τῷ κοινῷ ἐπιτηδεύματι τοῦ ἔργου αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ γυμνώσεως. ρις'.

ἘΑ'Ν ἴδῃ τις ὅτι ἐγυμνώθη ἀθρόως ἐν τόπῳ τινὶ, καὶ ὅτι ἐφάνησαν τὰ κρυπτὰ αὐτοῦ ἐνώπιον λαοῦ, φανερωθήσεται καὶ θλιβήσεται μεγάλως.

Εἰ δὲ κατ' ἰδίαν ἀπεγυμνώθη τελείως, γινωσκέτω ὅτι *πράγματα ἐργάζεται ἀγωνίζεσθαι· καὶ ὅ,τι ἂν ᾖ, κἂν τι ἀγαθὸν, κἂν τι πονηρὸν, τελειώσει αὐτά.*

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀπεγυμνώθη ἐν ναῷ κυρίου, θεατρισθήσεται ἐνώπιον τοῦ ἐξουσιάζοντος αὐτόν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ βασιλεὺς ὅτι γυμνὸς ὠράθη παρὰ λαοῦ, μυστήριον ἀπόκρυφον αὐτοῦ ἀνακαλυφθήσεται ἐν τῷ λαῷ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο ἡ γυνὴ, εἰς κλεψιγαμίαν θεατρισθήσεται.

Εἰ δὲ δοῦλος ἦ, πτωχεύσει, καὶ ὁ δόλος αὐτοῦ φανερωθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐγυμνώθη κατ' ἰδίαν φορῶν λέντιον ἢ περισκέλισμα· μερίμνης καὶ θλίψεων ὧν ἔχει λυτρωθήσεται. καὶ ἐὰν νοσῇ, ἰαθήσεται, καὶ χρέος ἀποδώσει, ἐὰν ἔχῃ.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μαχήσεται.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ γυμνώσεως. ριζ.

ΕΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἔρριψε τὰ ἱμάτια καὶ ἐστὶ γυμνὸς πρὸς τὸ παλαῖσαι ἀνθρώπῳ· εἰ μὲν ἔχει ἔχθραν μετ' αὐτοῦ, καὶ σπουδάζει κακοποιῆσαι αὐτὸν, πληρώσει τὴν σπουδὴν αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ, φιλία ἀγαθοποιήσει αὐτόν.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐγυμνώθη πρὸς τὸ λούσασθαι, εἰς θλίψιν ἐλεύσεται μικρὰν, ἀναλόγως τοῦ καιροῦ τοῦ λουτροῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐγυμνώθη, καὶ κολυμβῶν διῆλθε ποταμὸν, ἢ βαδίσμασιν, ἕως τραχήλου· ἀνδρὶ μεγίστῳ, ἀναλόγως τοῦ ποταμοῦ διαλεχθήσεται· καὶ εἰ μὲν ἐπέρασε τὸν ποταμὸν νικήσει αὐτὸν, καὶ ἄφοβος ἔσται ἀπ' αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Ἐὰν δὲ γυνὴ ἴδῃ ὅτι ἐγυμνώθη κατ' ἰδίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς· δολιεύσεται τῷ ἀνδρὶ καὶ φανερωθήσεται.

Ἰνδῶν Περσῶν περὶ καρατομίας. ριη.

ΕΑΝ τις ἴδῃ κατ' ὄναρ ὅτι ἀπεκεφαλίσθη, χωρισθείσης αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς· εἰ μὲν ἐστὶ δοῦλος, ἐλευθερωθήσεται· εἰ δ' ἀσθενὴς, ἰαθήσεται· εἰ δὲ θλίψιν ἢ χρέος ἔχει, ταῦτα ἀποδώσει.

Si seruus, mendicus fiet, eiúsque fraus detegetur.

Si quis priuatim sibi visus fuerit denudatus, interim vel linteum gestans, vel tibiale: sollicitudine liberabitur, & ærumnis, quas patitur. Si æger est, conualescet: si ære alieno grauatur, id ipsum dissoluet.

Si mulieri visum hoc oblatum fuerit, cum viro suo pugnabit & rixabitur.

De nuditate, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 117.

SI quis visus sibi fuerit abiecisse vestes, & esse nudus, vt cum homine colluctetur: si quidem inimicitiæ cum illo intercedunt, & lædere hominem nititur: efficiet id, quod conatur: sin amicitia coniuncti sunt, beneficus in illum alterum erit.

Si visus sibi fuerit nudatus ad lauandū, exiguam in adflictionem incidet, pro ratione temporis, quo lauare visus fuit.

Si quis visus sibi fuerit nudus amnem natatu transiecisse, vel incessu, ad collum vt vsque mergeretur: cum amplissimo viro, pro quantitate fluminis, colloquetur: ac si quidem fluuium transiecerit, superabit eum, nec quidquam ab eo sibi metuet: sin autem, contrarium accidet.

Si mulier videre visa fuerit seipsam priuatim nudatam in domo sua: dolos viro struet, inque facinore depræhendetur.

De amputatione capitis, Indorum & Persarum rationes.

CAP. 118.

SI quis caput amputatum sibi per quietem videre visus fuerit, idque separatum à reliquo corporis trunco: si seruus est, emancipatur: si æger, conualescet: si adflictione, vel ære alieno premitur, ab iisdem liberabitur.

Si regi visum tale oblatum fuerit, omnis eius sollicitudo, metus, cura, cum gaudio commutabitur.

Si quis sibi visus fuerit ab homine noto decollatus, voluptatis eius & gaudij particeps erit.

Si visus sibi fuerit impuberis pueri manu decollatus, si æger est, breui morietur: si rex, per nuntium confirmatur, & gloriam maiorem adipiscitur.

Si mulier prægnans tale somnium habuerit, marem pariet, ac maritus eius morietur. Quippe caput eius, maritus est.

Si quis sibi visus fuerit, ex semisse decollatus: non plenè, sed ex semisse, quæcunque dicta sunt, euenient.

Si quis gladio visus sibi fuerit iugulatus, iniuriam ab aliquo accipiet.

Si alterum iugulasse visus fuerit, si quidem eum nouit, adficiet hominem iniuria: sin autem, iniuriam personæ peregrinæ inferet.

Si quis videre visus fuerit se, quum pro fide martyrium subiret, decollatum esse: quicunque fuerit, maximam ad gloriam perueniet, & anima ipsius in altera vita salutem consequetur.

De amputatione capitis, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina. CAP. 119.

SI quis alteri subditus, amputatum sibi caput videre visus fuerit, imperantem sibi dominum amittet, & indies ipse lætitia maiore potietur.

Si quis amputatum sibi caput videre visus fuerit, ab homine potente beneficiis adficietur.

Sin visus sibi fuerit alteri armato caput amputasse, seruiet amplissimo viro, qui ab eo beneficium accipiet.

Si quis sibi visus fuerit ab anteriori parte gladio percussus ab homine noto, si sanguis emanauerit, læsus à lædente magnum bonum consequetur: si nullus profluxit sanguis, beneficium minus erit.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ἡ μέριμνα καὶ ὁ φόβος αὐτοῦ πᾶς, καὶ ἡ φροντὶς, εἰς χαρὰν μεταβληθήσεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἀπὸ γνωρίμου ἀπεκεφαλίσθη, κοινωνήσει καὶ αὐτὸς τῇ χαρᾷ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι διὰ χειρὸς παιδὸς ἀνήλικου ἀπεκεφαλίσθη, εἰ μὲν νοσεῖ, ἀποθανεῖται ταχέως· εἰ δὲ ἦ βασιλεὺς, δι' ἀγγέλου δυναμοῦται καὶ δοξάζεται.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο ἐγκυμονοῦσα, τέξει ἄρσεν, καὶ ἀποθανεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. * * *
* * * * * *

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκαρατομήθη ἐξ ἡμισείας ἀποβήσεται ἃ προείρηται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐσφάγη μαχαίρᾳ, ἀδικηθήσεται παρά τινος.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔσφαξεν ἕτερον, εἰ μὲν γνωρίζει αὐτὸν, ἀδικήσει αὐτόν· εἰ δὲ μὴ, εἰς πρόσωπον ξένον τὴν ἀδικίαν ἐργάσεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι μαρτυρῶν ὑπὲρ πίστεως ἀπεκεφαλίσθη· ὅστις ἂν ᾖ, εἰς δόξαν μεγίστην ἥξει, καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐκεῖθεν σωθήσεται.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ καρατομίας. ρις'.

ΕΆΝ τις ἴδῃ ὅτι ἀπεκεφαλίσθη ὑποχείριος ὢν τινος, τὸν ἐξουσιάζοντα ἀποβάλει, καὶ αὐτὸς προκόψει ἐν χαρᾷ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι εἰς πόλεμον ἀπεκεφαλίσθη, ἀπὸ ἀνθρώπου δυνατοῦ ἀγαθοποιηθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεκεφάλισεν ἕτερον ἔνοπλον, ἀνθρώπῳ μεγίστῳ δουλεύσει, καὶ ἀγαθοποιηθήσεται ὁ μέγιστος παρ' αὐτοῦ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐσπαθίσθη ἐμπροσθίως παρὰ γνωρίμου, εἰ μὲν αἱμάξει αὐτὸν, εὑρήσει μέγα ἀγαθὸν ὁ σπαθισθεὶς παρὰ τοῦ δόντος· εἰ δὲ οὐκ ἐξῆλθεν αἷμα, ἐλάττων ἔσται ἡ ἀγαθοποιΐα.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐσπαθίσθη πρὸς θάνατον, κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ σπαθισμοῦ ἀγαθοποιήσει αὐτὸν μεγάλως.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἔδωκεν ἑτέρῳ μετὰ σπάθης ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ, κατὰ τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, ταχέως ἀγαθοποιήσει αὐτόν.

Εἰ δὲ πάλιν ἴδῃ βασιλεὺς ἢ ἕτερός τις ὅτι ἔλαβε δούλῳ σπαθίαν, ἐν ὀρθότητι δουλεύσει.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔλαβε σπαθίαν, ἢ ἔδωκε δίκην ἀνδρικοῦ πολέμου· εἰς δόξαν ἥξει, καὶ τέξει ἄρσεν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ φόνου καὶ σφαγῆς. ρκ΄.

ἘᾺΝ ἴδῃ κατ᾽ ὄναρ τις ὅτι ἔσφαξεν ἄνθρωπον, ἔσται ἀδικήσει τὸν σφαγέντα. οὐ γάρ ἐστι θεῖον νόμιμον ἀνθρώπου σφαγή, ὁμοίως καὶ ἄλλοις οἷς οὐκ ἐπιτέτραπται σφαγή.

Ἐὰν τις χεῖρα ἐκτείνῃ σφαγία, εἰς ἀδικίαν ἀποβήσεται αὐτοῦ τὰ πράγματα.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐφόνευσεν ἄνθρωπον, ἔσται ἀγαθοποιήσει τὸν φονευθέντα ἐκ τῶν καλλίστων αὐτοῦ προσόντων κτημάτων.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἠτίμωσεν ὑβρίσας ἕτερον, ἀγαθοποιήσει ἔσται τὸν ἀτιμωθέντα.

Καὶ ἐπὶ πάσης ὁ καταπονούμενος παρά τινος, ἀγαθοποιηθήσεται παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ καταπονήσαντος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι παλαίσας ἔπλωσεν ἕτερον, τιμήσει τὸν παλαισθέντα καὶ πλωθέντα. ἔστι γὰρ μείζων τοῦ παλαίσαντος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐφόνευσεν ἢ ἐφονεύθη, καὶ σχισθείσης τῆς κοιλίας αὐτοῦ ἐξηνέχθη τὰ ἔγκατα, καὶ πάλιν ἐπλύθη παρ᾽ ἑτέρου καὶ εἰσηνέχθη ἐν κοιλίᾳ αὐτοῦ· ταχὺ ἀποθανεῖται καὶ σωθήσεται διὰ τὴν κάθαρσιν τῆς πλύσεως.

Si quis gladio visus sibi fuerit ad mortem vulneratus, pro ictuum multitudine magnis ab alio beneficiis adficietur.

Si rex visus sibi fuerit alterum ferire gladio, per indignationem & iracūdiam: pro impetus sui modo, beneficiis hominem breui adficiet.

Rursus si rex, aut alius quispiam, visus sibi fuerit erecto corpore serui gladio percussus, in seruitutem redigetur.

Si mulier visa sibi fuerit vel percussa gladio, vel instar pugnæ virilis percussisse: gloriam adsequetur, & marem pariet.

De caede ac iugulatione, ex Indorum disciplina.

CAP. 120.

SI quis in somnis visus sibi fuerit hominem iugulasse, iniuria iugulatum adficiet. Quippe cædes hominis iure diuino minimè probatur, nec aliis est permissa legibus.

Si quis iugulatricem manum extēdere visus sibi fuerit, res iniustas molietur.

Si quis hominem visus sibi fuerit interfecisse, de pulcherrimis & primis facūltatibus suis ei benefaciet.

Consimiliter si quis visus sibi fuerit alium contumeliis adfecisse, erga notatum infamia beneficus erit.

In omnibus denique visus insomniorum, qui ab aliquo superatur, à superante beneficiis adficitur.

Si quis visus sibi fuerit inter luctandum prostrauisse alium, ornabit in lucta victum & prostratum. quippe superato maior est.

Si quis sibi visus fuerit cædem patrasse, vel interfectus ab alio: ruptum fuisse ventrem, & effluxisse intestina: rursusque ab alio eluta, & in ventrem ipsius reposita: citò morietur, & ob loturæ purificationem saluus fiet.

De caede ac iugulatione, Persarum & Aegyptiorum rationes. CAP. 121.

SI quis sibi visus fuerit hominem iugulasse, iugulatus rationes illius, qui iugulauit, auferet: vel propter effusionem sanguinis, perdet.

Si quis visus sibi fuerit alterum baculo iugulasse, per alium quendam illi benefaciet. Nam virga siue baculus ad amplissimum virum refertur.

Si visus sibi fuerit hominem gladio interemisse, per mulierem ei benefaciet.

Si lapide necauit, oratione vehementi & efficace proderit illi, qui visus fuerit interemptus.

Si visus sibi fuerit hominem saxo feriisse quidem, sed non occidisse: benè de ipso mereri conabitur, at institutum animi sui non perficiet.

Si iaculando læsisse quendam visus sibi fuerit, aut ipsemet ab alio læsus: si iaculo petitus obierit ex teli vulnere, citò morietur: si non obierit, ad mortem vsque cum aduersa valetudine conflictabitur.

Qui telum emisit, ei struet insidias, in quem telum directum fuerit. ac si quidem iactus teli prosperè ceciderit, conficiet hominem: sin autem, diuersus euentus erit.

Si rex visus sibi fuerit brutum aliquod animal telo ferire, præfectos suos aduersus hostes ablegabit: ac si quidem iactu teli feliciter animal ipsum attigerit, hostes ad arbitrium voluntatis suæ adigit: sin autem, contrarium accidet.

Si rex hominem notum ferire visus sibi fuerit, aut voluisse ferire: ei homini à regis iracundia periculum imminet: sin ignotum, insidias rex hostibus suis struet.

De nutibus oculorum, & contractione nuptiarum, ex Indorum disciplina.

CAP. 122.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ φόνου καὶ σφαγῆς. ρκα΄.

ἘΑΝ τις ἴδῃ ὅτι ἔσφαζεν ἄνθρωπον, ὁ σφαγεὶς ἄρῃ τὸ λογάριον αὐτοῦ τοῦ σφαγόντος ἢ ἀπωλέσει αὐτὸ διὰ τὴν χύσιν τοῦ αἵματος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ῥάβδῳ ἐφόνευσεν ἕτερον, ἀγαθοποιήσει αὐτὸν δι᾽ ἑτέρου ἀνδρός. ἡ ῥάβδος γὰρ εἰς ἄνδρα μέγιστον κρίνεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι μαχαίρᾳ ἐφόνευσεν, ἀγαθοποιήσει αὐτὸν διὰ γυναικός.

Ἐὰν δὲ λίθῳ αὐτὸν ἐφόνευσε, λόγῳ ἰσχυρῷ καὶ δυνατῷ ὠφελήσει τὸν φονευθέντα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι λίθῳ μὲν ἔπληξεν, οὐκ ἐφόνευσε δέ· πειραθήσεται ἀγαθοποιῆσαι αὐτὸν, καὶ οὐ πληρώσει.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐτόξευσεν ἢ ἐτοξεύθη· εἰ μὲν ἀπέθανεν ὁ τοξευθεὶς τῇ τοξείᾳ, ταχὺ ἀποθανεῖται· εἰ δὲ οὐκ ἀπέθανεν, νοσήσει ἕως θανάτου.

Ὁ δὲ τοξεύσας ἐνεδρεύσει τὸν τοξευθέντα, καὶ εἰ μὲν ἐπέτυχε τῇ βολῇ τοῦ τόξου, συντελέσει αὐτόν· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι τοξεύει ζῶον ἄλογον· ἀποστελεῖ δυνάστας αὐτοῦ κατ᾽ ἀντιπάλων ἐχθρῶν· καὶ εἰ μὲν ἐπέτυχε τῇ τοξείᾳ τὸ ζῶον· ἕλκει αὐτοὺς εἰς τὸ θέλημα αὐτοῦ· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐτόξευσεν ἄνθρωπον γνώριμον, ἢ ὥρμησε τοξεῦσαι αὐτόν· ὁ ἄνθρωπος κινδυνεύσει ἐν θυμῷ τοῦ βασιλέως· εἰ δ᾽ ἀγνώριστον, κατ᾽ ἐχθρῶν αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς ἐνεδρεύσει.

Ἰνδῶν περὶ νευμάτων ὀφθαλμῶν καὶ περὶ νύμφης. ρκβ΄.

ἘΆΝ τις ἴδῃ ὅτι νεύματι προσεκάλεσεν ἕτερον ἀντικατανεύοντα τὸ ἐγκάρδιον αὐτοῦ, ὁ ἰδὼν ἀποτελέσει βούλημα.

Καὶ ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι διενεύσατο γυναικί, εἰ μὲν συγκατένευσεν ἡ γυνή, εὑρήσει ἐν τῷ χρόνῳ ἐκείνῳ χαρὰν ἀνάλογον τῆς γυναικός· εἰ δὲ μή, εὑρήσει λύπην ἀνάλογον τῆς δυσμορφίας τῆς γυναικός. εἰ δὲ οὐ συγκατένευσεν, ἀπεναντίας τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἀποβήσεται αὐτῷ.

Ἰνδῶν, περὶ νύμφης. ρκγʹ.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι νύμφης κοσμία περιετέθη αὐτῷ, ταχὺ ἀποθανεῖται, ἢ ἐμπεσεῖται φόνῳ, καὶ φονευθήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνεζεύχθη γυναικί, εὑρήσει νέαν χαρὰν καὶ νέαν ἐξουσίαν, ἀναλόγως τοῦ κάλλους τῆς γυναικός.

Ὁμοίως δὲ καὶ θλίψεις ἀναλόγως τῆς δυσμορφίας αὐτῆς.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐχωρίσθη τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἀποβαλεῖ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, καὶ θλιβήσεται.

Πτωχὸς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, πτωχεύσει σφόδρα καὶ λιμώξει.

Ἡ γυνή, τοῦ ἀνδρὸς ἡ δύναμις καὶ ἐξουσία ἐστί.

Καθὼς οὖν ἴδῃ αὐτὴν ἤ τι κοσμίαν ἤ τι ἄκοσμον, οὕτως ἀποβήσεται αὐτῷ· ἡ ἀκοσμία εἰς θλίψιν, ὁ δὲ κόσμος εἰς χαράν.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ νευμάτων. ρκδʹ.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἔνευσεν ἀνθρώπῳ γνωρίμῳ, τὸ μυστήριον αὐτοῦ θαρρήσει αὐτῷ καὶ καταπιστεύσει αὐτῷ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ· ἐὰν ἄρα εἰ συνῆκε τὴν τοῦ νεύματος τρόπον.

SI quis visus sibi fuerit nutu adtraxisse alterum vicissim adnuentem, propositum quoddam animi sui perficiet.

Si quis innuisse mulieri visus sibi fuerit, si mulier adsensa est, eo tempore lætitiam inueniet, pro ipsius mulieris formæ ratione: quæ si tetra fuerit, mærorem inueniet, propter eius deformitatem. Sin illa non est adsensa, diuersum ab eo, quod cupiebat, eueniet.

[*Ex disciplina Indorum*] *De sponsa.* CAP. 123.

SI quis se videre visus fuerit amictum ornamentis sponsæ, citò morietur: aut in cædem incidet, & interficietur.

Si quis visus sibi fuerit mulieri copulatus, nouum inueniet gaudium, nouámque potestatem, pro modo formæ mulieris.

Similiter & adflictiones, pro ratione deformitatis illius.

Si quis sibi visus fuerit diuortio separatus ab vxore sua, potestatem suam amittet, ac vexabitur.

Si pauper hoc somnium habuerit, admodum egenus erit, & fame vexabitur.

Mulier & vis, & potestas est viri.

Qualem igitur in somnis eam videre visus fuerit, siue eleganter ornatam, siue cultus omnis expertam: tales & euentus sequentur, nimirum inelegantiam calamitates, ornatum lætitia.

De nutibus, Persarum & Aegyptiorum interpretationes.

CAP. 124.

SI quis visus sibi fuerit innuere homini noto, credet illi arcanum suum, & opes suas ipsius fidei committet: modò nutus ipsius ille rationem intellexerit.

SI seni cuidam ignoto innuit; isque vim nutus intellexit: fortuna somniantis ad meliora tendet.

Sin noto seni, res in eiusdem noti hominis persona euentum sortietur.

Si quis visus sibi fuerit innuisse mulieri egregiæ, atque illam adsensam esse: de tempestiuis agrorum fructibus oblectationem percipiet.

Si rus nullum habet, ex professione atque operis suis, lætitiam & lucrum inueniet.

De rege & cruce, ex Indorum disciplina. CAP. 125.

SI quis sibi visus fuerit portare crucem in templum, vel domum suam: ab excelso quodam & amplissimo viro, ac fortassis ab ipso rege, magna lætitia beabitur, & ab hostibus victorias reportabit.

Si quis ablatam sibi crucem videre visus fuerit, in adflictionem incidet, & ab hoste suo redigetur in seruitutem.

Si crucem visus sit recuperasse, mœstitiam suam deponet.

Si quis inuenisse venerabilia crucis ligna visus sibi fuerit, eorumque bonam partem nanctus, aut integram fortè crucem: regno potietur, & christianissimus erit.

Si ea visus sibi fuerit in loco quodam noto veneratus, à rege lætitiam & opes consequetur, ac iustus adpellabitur.

Si visus sibi fuerit ad eum locum mouere, quo in loco venerabilia ligna sunt: ad supplicandum imperatori veniet, ac si quidem ex eo loco visus sibi fuerit saluus euasisse, quódque desiderabat impetrasse: locum preces ipsius habebunt.

Si rex visus sibi fuerit in sinum mulieri crucem dedisse, veritatem ad eam proferet, ac fortasse liberos ex ea suscipiet. Nequit autem fieri, vt hoc imperatoris somnium de alia sit, quàm de Augusta.

Si quis in loco, quo in loco nulla crux erat, conspectam recens crucem videre visus fuerit: in eum locum non multo

Εἰ δὲ ἐνεῦσεν γέροντι ἀγνοουμένῳ, καὶ συνῆκε τὸ νεῦμα· ἡ τύχη τοῦ ἰδόντος ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἔσται.

Εἰ δὲ γνωρίμῳ γέροντι, εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ γνωρίμου ἀποβήσεται τὸ πρᾶγμα.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐνεῦσε γυναικὶ ἐπιδεξίῳ, καὶ συγκατέθετο ἡ γυνή, ἐκ τῶν εὐκαίρων γεωργιῶν χαρὰν εὑρήσει καὶ κέρδος.

* * * * * *

* * * * * *

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ * βασιλέως καὶ σταυροῦ. ρκέ.

ἘἈΝ ἴδῃ τις ὅτι σταυρὸν ἦρεν εἰς ναὸν ἢ εἰς οἶκον αὐτοῦ· ἀπὸ ὑψηλοῦ καὶ μεγίστου, ἴσως καὶ ἀπὸ βασιλέως, χαρὰν μεγάλην εὑρήσει καὶ νίκας ἐχθρῶν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἤρθη ἀπ' αὐτοῦ ὁ σταυρός, εἰς θλίψιν ἐμπεσεῖται καὶ καταδουλωθήσεται τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι πάλιν ὁ σταυρὸς * ἦλθεν, ἀποβαλεῖ τὴν λύπην αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὰ τίμια ξύλα τοῦ σταυροῦ εὗρε, καὶ * εὐπόρησεν αὐτούς, ἢ τὸν σταυρὸν ὅλον, ἐκεῖνος βασιλεύσει καὶ πιστότατος ἔσται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι προσεκύνησεν αὐτὰ ἐν τόπῳ γνωρίμῳ, εὑρήσει χαρὰν καὶ πλοῦτον ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ δίκαιος κληθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεκίνησε πρὸς τόπον ἐν ᾧ εἰσὶ ταῦτα· εἰς αἴτησιν ἥξει πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἀπεσώθη ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἐπλείωσε τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ, πληρωθήσεται καὶ ἡ αἴτησις αὐτοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἔδωκε γυναικὶ σταυρὸν ἐγκόλπιον, ἀληθῆ λόγον δώσει αὐτῇ· τάχα καὶ τεκνώσει μετ' αὐτῆς. οὐκ ἐνδέχεται δὲ τοῦτο πρὸς ἄλλην, πλὴν πρὸς τὴν αὐγοῦσταν τοῦ βασιλέως ἰδεῖν.

Ἐὰν τις ἴδῃ ἐν τόπῳ ἐν ᾧ οὐκ ἦν σταυρός, νεωστὶ * φανέντα σταυρόν, πᾶσι

κεφαλὴ ἔρχεται εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον, καὶ ἐὰν ὦσι χριστιανοὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, χριστιανὸς ἐμφυλος ἄρξει αὐτῶν.

Ἐὰν τις ἴδῃ βασιλέα προερχόμενον ἢ βασίλισσαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, διότι ὁ βασιλεὺς ἐπιθυμητός ἐστιν, εἰ μὲν ἐστιν ὁ βασιλεὺς ἀγνώριστος, ἄγγελον κυρίου τοῦτο νοείτω· καὶ πᾶν ἐναντίον τόπον εἰς χαρὰν καὶ σωτηρίαν μεταβάλλεται· ἀλλὰ καὶ πόλεμον ἐὰν ἔχῃ νικήσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐλάλησε βασιλεῖ γνωρίμῳ, εἰ μὲν μνημονεύσῃ τῶν λόγων τοῦ βασιλέως, κρατείτω αὐτοὺς ἀπαραλλάκτως· διότι ὁ βασιλεὺς εἰς πρόσωπον τοῦ χριστοῦ ἐστιν, καὶ οὐδέποτε λαλήσει ψεῦδος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι χαρίσματα ἔλαβε παρ' αὐτοῦ βασιλέως, εὑρήσει πλοῦτον καὶ σωτηρίαν ψυχῆς.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι χάραγμα* τι χρυσίου ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ, εὑρήσει θλίψιν ἀπὸ βασιλέως ἢ ἀπὸ τῆς πίστεως αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ἕτερον τῶν πρὸ αὐτοῦ ἀρχαίων, ἢ ἑτέρας γῆς, εἰς πρόσωπον ἐστι τοῦ Χριστοῦ, καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ κρατείτω βεβαίως. εἰς καλὸν δὲ ἔσται τὰ λαληθέντα· οὐ γὰρ κακὸν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ.

Ἰνδῶν, περὶ γυναικῶν καὶ* θηλάνσεως. ρκϛ'.

ΕΆΝ τις ἴδῃ γυναῖκα γραῖαν ἀγνώριστον· ἡ γραῖς αὐτὴ ἡ τύχη τοῦ ἀνθρώπου ἐστί. καὶ εἰ μὲν συνουσιάσει μετ' αὐτῆς, τοσοῦτον εὐτυχήσει, ὅσον ἠγαπήθη παρ' αὐτῆς.

Εἰ δὲ συνωμίλησε μόνον, τοσοῦτον πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἐν πᾶσιν· ὅσον ἠγαπήθη παρὰ τῆς γραός.

Εἰ δὲ γνώριμός ἐστιν ἡ γραῖς καὶ δυσειδής· θλιβήσεται, ὅσον συνεπλάκη μετ' αὐτῆς.

Εἰ δὲ εὐειδής, μετριωτέρως θλιβήσεται.

post caput & magistratus veniet.* Ac si quidem ibi Christiani fuerint, eiusdem nationis princeps Christianus eis imperabit.

Si quis regem vel reginam in domum suam venisse per quietem viderit, propterea quod rex amabilis est, & ab omnibus expetitur, si quidem ignotus rex est, hunc angelum domini esse cogitet: & quidquid aduersi est eo loci, cum lætitia & salute commutabitur. quod si etiam bellum ibi viget, victoria sequetur.

Si quis visus sibi fuerit cum rege noto colloquutus, siquidem verborum regis ad se prolatorum meminit: ea pro immutabiliter veris habeat, quandoquidem iste rex ad personam regiam* refertur, nec vnquam rex mendacium proferet.

Si quis à rege donatiua visus sibi fuerit accipere, diuitias & salutem animæ consequetur.

Si à rege aurum signatum accipere visus sibi fuerit, vel à rege, vel fide sua vexationem inueniet.

Si rex aliquem ex priscis regibus, decessoribus suis, aut alterius terræ principem, in somnis videre visus fuerit: ad Christi personam id referat, & quidquid audierit ex eo, firmiter teneat. Ad bonum enim, quæ dicta sunt, tendunt: quum malum à Christo proficisci nequeat.

De mulieribus, & suctione mammillarum, Indorum rationes. CAP. 126.

SI quis videre sibi visus fuerit anum vetetem, ignotam: hæc anus fortuna est hominis. ac siquidem cum ea rem habuit, tantum felicitatis apiscetur, quantum ab ea visus est sibi diligi.

Sin cum ea duntaxat est colloquutus, in omnibus negotiis eatenus desiderium suum perficiet: quatenus mulieri carum se fuisse vidit.

Sin ea nota fuerit, ac deformis: pro modo complexum adfligetur.

Si nota, sed elegans tamen: minor erit adflictio.

Itidem senex incognitus, si formosus sit hominis est fortuna.

Senex notus, vel de illo ipso noto, vel de simili, vel de aliquo eiusdem nominis intelligitur.

Puella magni boni atque lætitiæ significationem habet, pro venustatis ipsius ratione.

Si quis visus sibi fuerit cum puella versatus, aut colloquutus, cui tecta facies esset: occultè lætitiam ac boni quid inueniet, vulgo rem ignorante.

Consimiliter in cæteris mulieribus, quas ad prosperos casus retulimus, vultus obuelationes de gaudiis occultis intelliguntur.

Vt simpliciter denique rem declaremus, potioris interpretatio gaudij, quod per mulieres in somnis visas portéditur, in iis, quæ cõspiciuntur virgines, cõsistit.

Itidem ignota notæ præstat.

Quin & formosa per tincturam facta, solidiorem lætitiam portendit, quàm inornata.

Impudica quoque meretrix mulieri notæ præfertur, & quanto magis quispiã cum meritoriis mulierculis consuescere sibi per quietem videtur, tanto plus opum adquiret, si mundanas res adpetit.

In religiosis autem personis, & solitudinariis, huiusmodi visum vexationem portendit.

Si quis visus sibi fuerit habuisse rem cum scorto, diuitias ampliores adquiret, sed per iniuriam.

Si quis videre visus fuerit, alium quendam notum coeuntem cum vxore sua: tam ipse, quam vxor, & ipsius cognati, ab illo, qui cũ ea rem habere visus est, opes & omnem auxilij copiam inuenient.

Si tantum videre visus fuerit osculatum, vel colloquutum cum ea, non congressum: auxilium ab eo per verba duntaxat consequetur.

Si quis formosa cum muliere coire sibi visus fuerit, illo anno gaudium & opes inueniet.

Si fuerit ignota, plus inueniet.

Ἀλλὰ καὶ ὁ γέρων ἀγνώριστος εὐειδὴς ὤν, ἡ τύχη τοῦ ἀνθρώπου ἐστί.

Καὶ ὁ γνώριμος ἢ εἰς ἑαυτὸν ἐκεῖνον, ἢ εἰς ὅμοιον, ἢ εἰς ὁμώνυμον αὐτοῦ διακρίνεται.

Τὸ κοράσιον, εἰς ἀγαθὸν μέγα τε εἰς χαρὰν κρίνεται, ἀναλόγως τοῦ κάλλους αὐτῆς.

Ἐάν τις ἴδῃ περικεκαλυμμένην κόρην τὸ πρόσωπον, ὅτι ὡμίλησεν ἢ ἐλάλησεν αὐτὴν· εὑρήσει χαρὰν καὶ ἀγαθὸν κρυφίως, διαλανθάνων τοὺς πολλούς.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν τῶν εἰρημένων * ἐν τύχῃ· καὶ περικαλύψεις τοῦ προσώπου εἰς τὸ κρυφίον τῆς χαρᾶς διακρίνεται.

Ἁπλῶς δὲ λόγῳ εἰπεῖν ἡ κρείττων κρίσις τῆς γυναικῶν χαρᾶς ἐν ταῖς θεωρουμέναις παρθένοις διακρίνεται.

Καὶ ἡ ἐν αὐτῇ ἀγνώριστος, κρείττων ἐστὶ τῆς γνωρίμου.

Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξ ὀρφνῆς εὐειδὴς, ἰσχυροτέραν τὴν χαρὰν διακρίνει τῆς ἀκαλλωπίστου.

Ἀλλὰ καὶ ἡ ἀγνώριστος, * ἑταίρης τῆς γνωρίμου καλλίως διακρίνεται· καὶ ὅσον συνουσιάζει τις ἑταίραις γυναιξὶ, τοσοῦτον πλουτήσει φιλόκοσμος ὤν.

Ἐπὶ δὲ τῶν εὐλαβῶν καὶ ἀναχωρητῶν, τοῦτο εἰς θλίψιν διακρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνουσίασε πόρνῃ, αὐξήσει μὲν εἰς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἐξ ἀδικίας δέ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνουσίασε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἕτερος γνώριμος· εὑρήσει καὶ αὐτὸς, τε ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ, παρὰ τοῦ συνουσιάσαντος πλοῦτον τε πᾶσαν χρείαν βοηθείας.

Ἐὰν δὲ μόνον ἴδῃ ὅτι ἐφίλησεν ἢ συνωμίλησεν, οὐ μὲν τοι δὲ συνουσίασεν, εὑρήσει ἐξ αὐτοῦ βοήθειαν διὰ λόγου μόνου.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνουσίασε γυναικὶ ὡραίᾳ· εὑρήσει τῷ ἔτει ἐκείνῳ χαρὰν καὶ πλοῦτον.

Ἐὰν δὲ ἀγνώριστος ἐστι, πλεῖον εὑρήσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνουσιάζων γυναικὶ εὗρεν αὐτὴν ὡς ἄῤῥενα κατὰ τὰ κρυπτὰ, εὑρήσει χαρὰν τὸ ἔτος ἐκεῖνο, καὶ τεκνώσει τέκνον ἄρσεν, ἐξευγενίζων τὴν γενεὰν αὐτοῦ πᾶσαν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἰδίᾳ γυναικὶ ἢ παλλακῇ συνουσιάζουσα αὐτοῦ ἐφόρει ῥυπαρὰ ἱμάτια, ταπεινωθήσεται σφόδρα, καὶ καταδουλωθήσεται τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔτεκεν ἄρσεν, ἐγκύμων οὖσα τέξει θῆλυ, καὶ θλιβήσεται ὁ ἰδών.

Εἰ δὲ οὐκ ἦν ἐγκύμων, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν· εὑρήσει θλίψιν καὶ λύπην μεγίστην.

* * * *

* * * *

Εἰ δὲ ἔτεκε θῆλυ· εὑρήσει θησαυρὸν καὶ πλοῦτον καὶ χαράν.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἔγκυος ἐγένετο ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ἢ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐγένετο ἔγκυος, εὑρήσει νέον πλοῦτον καὶ χαρήσεται.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐξωνήσατο ἄρσεν δοῦλον μικρὸν, εὑρήσει μέριμναν καὶ θλίψιν.

Ἐὰν δὲ θῆλυ δοῦλον ὁμοίως ἠγόρασεν, εὑρήσει χαράν.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι θηλάζει ἄρσεν, ἢ αὐτὸς δέσμιος εἰς φυλακὴν γενήσεται.

Γνωστέον δὲ ὅτι αἱ καθ' ὕπνους τῶν γυναικῶν θεωρίαι πασῶν, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, εἰς χαρὰν διακρίνονται, ἀνάλογον τοῦ κάλλους.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ παιδίον ὅτι ἀπέθανεν ἡ μήτηρ τοῦ παιδὸς, εὑρήσει μὲν ἐξουσίαν, ἀπολέσει δὲ τὴν πίστιν αὐτῆς.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ παιδίον ὅτι ἔφαγε κρέας ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀνθρώπου ὀπτὸν, καταπλακήσεται ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἰς πορνείαν· καὶ πολυλογία γενήσεται ἐν αὐτῇ διὰ τὸ ὀπτόν.

Καὶ ἐπεὶ ἔφαγεν, εἰς ἀλήθειαν ἔσται τὸ πρᾶγμα.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔφαγε κρέας ὠμὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, εἰς φανερὰν πορνείαν ἥξει, ἀναμφιβόλως.

Si quis in congreſſu cum muliere, viſus ſibi fuerit eam reperire viro ſimilem, in ſecretis naturæ partibus: illum annum ſibi proſperum ac lætum experietur, & marem procreabit, qui familiam ſuam vniuerſam magis etiam nobilitabit.

Si quis viſus ſibi fuerit in coitu cum vxore ſua, vel concubina, veſtem geſtare ſordidam: ad conditionem deturbabitur humilem, & ab hoſtibus ſuis in ſeruitutem redigetur.

Si quis videre viſus fuerit vxorem ſuã, quæ prægnas eſſet, parientem maſculum: femillam edet, & is, qui ſomnium hoc habuit, adfligetur.

Si grauida non erat, & marem peperiſſe viſa fuit: mœrorem & ærumnam magnam inueniet.

Si prægnas, edere femillam viſa eſt: marem pariet, ac lætabitur.

Si non prægnas, femillam viſa eſt parere: theſaurum, & opes, & gaudium inueniet.

Si quis videre viſus fuerit, vel vxorem ſuam vel ſe ipſum grauidum factum: nouas diuitias inueniet, ac lætabitur.

Si quis emiſſe viſus ſibi fuerit paruum mancipium maſculum, ſollicitudinem & adflictionem reperiet.

Sin mancipium feminei ſexus emit, lætitia potietur.

Si quis viſus ſibi fuerit maſculi mammillas ſugere, vinctus in cuſtodiam conijcietur.

Sciendum eſt autem, adſpectiones mulierum, quæ per quietem offeruntur, tam exiguarum, quam magnarum: gaudij ſignificationem habere, maioris aut exigui, pro venuſtatis earum modo.

Si puero in ſomnis oblatum fuerit, matrem ſuam eſſe mortuam: poteſtatem ille quidem adipiſcetur, at fidem illius amittet.

Si puer videre viſus fuerit matrem ſuam aſſata carne humana veſcentem: amplexibus illa ſe meretricis oblectabit, eáque de re hominum ſermo frequens ad ipſam erit, propter aſſaturam.

Erit etiam res tota vera, quoniam ipſa reapſe veſci viſa fuit.

Si videre viſus fuerit matrem ſuam carne cruda veſcentem, dubio procul apertam illa ſcortationem exercebit.

De mulieribus, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 127.

SI quis visus sibi fuerit habuisse rem cũ anu, à principe quodam sene potestatem consequetur.

Si visus sibi fuerit eam rogasse, vel indicasse tantùm, non etiam explesse desiderium suum: laborabit in re, quæ fieri non poterit, nec ab ipso perficietur.

Si quis visus sibi fuerit coiisse cum eunucho noto, vel iuuene: secretum suum eis credet.

Si visus sibi fuerit cum personis indicatis compræhensus, secretum ipsius publicabitur.

Si quis cum muliere formosa cubuisse visus sibi fuerit, si fundum aliquem habet, multipliciter in eo semet oblectabit: si nullum habet, pulchræ pariter & amplæ terræ dominium adquiret.

Si quis visus sibi fuerit coiuisse cum virgine, si rex est, voluptati votóque suo primo satisfaciet.

Si plebeius, à magistratu diuitias cum formidine coniunctas consequetur.

Si quis videre sibi visus fuerit mulierem benè vestitam & formosam in domo sua, suam vel alienam, colludentem secum, & in lucta quasi congredientem: si rex est, aut vir amplissimus, annum pro desiderio suo ad omnia respondentem experietur.

Si visus sibi fuerit eius præhendisse mammillam, & lac expressisse: magnam illo anno lætitiam consequetur.

Itidem mulier ipsa maximè regij gaudij particeps erit.

Sin visum illud plebeio fuerit oblatum, annuas quisque diuitias in professione sua reperiet.

Si seruo, non multo post manumittitur.

Si pauperi, ditescet.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ γυναικῶν. ρκζ.

ΕἊΝ τις ἴδῃ ὅτι συνουσίασε γραῖ, εὑρήσει ἐξουσίαν ἀπὸ ἀρχαίας ἐξουσίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι παρεκάλει αὐτὴν ἢ ἐδήλωσεν μόνον, οὐκ ἐπλήρωσε τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ, κοπωθήσεται οὗτος εἰς πρᾶγμα ἀδύνατον, ὃ οὐ μὴ ἀποτελέσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι συνουσίασεν εὐνούχῳ ἢ νεανίᾳ γνωρίμῳ· τὸ μυστήριον αὐτοῦ ἀναθήσει αὐτοῖς.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι * ἐπιάσθη μετὰ τῶν εἰρημένων προσώπων, τὸ μυστήριον αὐτοῦ διαπεραιωθήσεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐκοιμήθη μετὰ γυναικὸς εὐειδοῦς, εἰ μὲν ἔχει γεώργια, χαρήσεται ἐν αὐτοῖς πολλαπλασίως· εἰ δὲ οὐκ ἔχει, γῆς καλῆς καὶ πλείστης δεσπόσει.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι συνουσίασε παρθένον, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, εὑρήσει χαρᾶς καὶ ἐπιθυμίας τῆς πρώτης αὐτοῦ τὸ πλήρωμα.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει πλοῦτον ἔμφοβον ἀπὸ ἐξουσίας.

Ἐὰν ἴδῃ τις γυναῖκα εὔστολον, εὐειδῆ, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἰδίαν ἢ ἀλλοτρίαν, ὅτι συμπαίζει αὐτῷ καὶ συναποδέχεται αὐτῷ· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεύς, ἢ μέγιστος, εὑρήσει ἐνιαυτὸν κατὰ τῆς ἐπιθυμίας αὐτοῦ εἰς πάντα συνερχόμενον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκράτει τὸν μαστὸν αὐτῆς καὶ ἐξέμαξε γάλα· χαρὰν μεγάλην κοσμήσεται ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ.

Ἀλλὰ καὶ ἡ γυνὴ ἐκείνη μεγάλως συγχαρήσεται αὐτῷ.

Εἰ δὲ τοῦτο τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἴδῃ, εὑρήσει πλοῦτον ἐνιαύσιον, ἕκαστος ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Εἰ δὲ δοῦλος ἴδῃ τοῦτο, ἐλευθερωθήσεται ταχέως.

Εἰ δὲ πτωχὸς πλουτήσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνουσίασεν πόρνῃ γνωρίμῳ, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, εὑρήσει χαρὰν καὶ κρύψει αὐτήν.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, καὶ χαρᾶς πλείστως χρήσεται καὶ πλουτήσει.

Ἐὰν ἴδῃ βασιλεὺς ἢ μεγιστᾶνος ὅτι συνουσίασεν ὑπάνδρῳ τὴν γυναῖκα αὐτῆς ὑψώσει, καὶ πλουτήσει καὶ τὴν ἀξίαν τοῦ ἀνδρὸς ὑψώσει, καθ' ὅσον ἐξέχει τι καὶ ἐπλατύνθη ἡ φήμη τῆς κεράσεως.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ὁμοίως χρήσεται ἡ γενεὰ αὐτῆς παρὰ τοῦ συνουσιάζοντος.

Πτωχὸς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, μᾶλλον πλουτήσει ἐξ αὐτῆς.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐγκυμονήσασα ἡ γυνὴ αὐτοῦ ὠγκώθη· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, τοὺς θησαυροὺς τοῦ χρυσίου αὐτοῦ πληρώσει μετὰ μερίμνης.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει ἕκαστος διαφορὰν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἔτεκεν ἄρσεν Αὐγούστα, μανδάτον ἐναντίον δέχεται ἐξ ἐναντίων.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, μέριμναν, καὶ θλῖψιν, καὶ νόσον εὑρήσει.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἔτεκε θῆλυ ἡ Αὐγούστα, ἀλλοτρίων βασιλέων θησαυροὺς εὑρήσει καὶ πατάξει ἐχθρὸν αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκεῖνος αὐτὸς ἔγκυος ἐγένετο, ὁ στρατὸς αὐτοῦ αὐξήσει καὶ ἄλλων ἀρχῶν κατακυριεύσει.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἔτεκεν ὡς γυνὴ, κἂν τι ἄρσεν κἂν τι θῆλυ, ἀπολέσει μὲν μίαν τῶν πολιτειῶν αὐτοῦ καὶ στρατὸν πλεῖστον παρ' ἐχθρῶν, καὶ εἰς θλῖψιν καὶ μέριμναν ἥξει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ τοῦτο ἴδῃ, καὶ ὅτι θηλάζει αὐτόν· τιμωρηθήσεται καὶ ζημιωθήσεται παρὰ τοῦ ἐξουσιάζοντος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐκτήσατο νεωστὶ πλεῖστα κοράσια ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς ἢ μεγιστᾶνος, εὑρήσει ἀλλότριον πλοῦτον καὶ χαρὰν ἐν χρόνοις ἰσαρίθμοις τῶν κορασίων.

Si quis cũ meretrice nota rem habuisse visus sibi fuerit, si rex est, lætitiam inueniet, & occultabit eam.

Si plebeius, & ipse multiplici gaudio potietur, ac locuples fiet.

Si rex, aut optimatum quispiam, cum maritata muliere rem habuisse visus sibi fuerit: familiam ipsius extollet ac ditabit, & viri eius dignitatem euehet, prout diffusa latè, diditáque fama commistionis fuerit.

Si plebeius, similiter familia mulieris gaudium ex eo capiet qui cum illa rem habuit.

Si pauper hoc somnium habuerit, potius opera mulieris ditescet.

Si quis videre visus fuerit, mulierem suam, prægnantem factam, intumuisse: si rex est, auri sui thesauros cum sollicitudine implebit.

Si plebeius, in professione sua quísque mutationem experietur.

Si videre visus fuerit imperator, Augustam suam peperisse subolem masculam: hostile mandatum ab inimicis accipiet.

Si plebeius, sollicitudinem, & adflictionem, & morbum inueniet.

Si videre visus fuerit imperator, Augustam suam peperisse femillam: peregrinorum regum thesauros consequetur, & hostem suum prostrabit.

Si visus sibi fuerit ipsemet imperator prægnas factus, incrementum sumet exercitus eius, & aliis principatibus ac imperiis potietur.

Si visus sibi fuerit instar mulieris peperisse, vel marem, vel femillam: vnam ex rebus publicis suis amittet, maximúsque delebitur ab hostibus exercitus, & ipse in adflictionem ac sollicitudinem veniet.

Si plebeius quispiam somnium hoc habuerit, ac præterea, quod infantem lactet: ab eo qui rerum potitur, punietur & detrimentum accipiet.

Quòd si flamma carebat ignis, nec omnia comburebat, sed aliquam partem: minor ex parte calamitas erit.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, aut principi populi alicuius: ad rempublicam & populum casus aduersus referatur.

Si quis igne vestes suas exussisse visus sibi fuerit, interitus illis personis imminet, quas suprà indicauimus: referendo vestimentum quodlibet ad eas personas, quas interpretando recensuimus.

Consimiliter si homo videre visus fuerit vstum aliquod membrum suum, calamitas ad personas membris ipsis significatas pertinebit, vt interpretati ea suprà sumus.

Si quis visus sibi fuerit instar cibi carbones ignis, carentes fumo & flamma, decerpere: aurum pupillare lucrabitur, pro ignis deuorati ratione.

Si quis visus sibi fuerit inuenisse, vel habuisse, vel custodiuisse carbones ignis, tam flammæ, quàm fumi expertes: pro modo carbonum, aurum consequetur.

Si quis visus sibi fuerit flamma quidem correptus, sed nō adustus: pro inflammationis modo à quodam, qui negotium ei facesset, accusabitur.

Sin vstus à flamma fuit, à principe rerum istic potiente multabitur, aut in hostili prælio occumbet, aut in acrem tumescentis inguinis, aliúmve morbum incidet.

Si per ignem flamma carentem adustus fuit, auri exactione multabitur.

Si visus sibi fuerit sustulisse cinerem siue lixiuium, mendax & calumniator erit.

Si à furni flamma correptus fuit, aut læsus à testo ignis: ab aliquo magnate, populi nutricio, multabitur.

Si quis ignem sub olla succēdere visus sibi fuerit, cum patrefamilias pugnam conseret eius negotij caussa, in quo somnium istud habuit. Nam hoc propterea sic exponitur, quòd in ollam oculi familiæ defixi sint.

Quòd si lignis succendit ignem, verbis cum eo depugnabit.

Καὶ εἰ μὲν ἴδῃ τὸ πῦρ ἄφλογον καὶ οὐ πάντα κατακαίει, ἀλλὰ μερικῶς· τὸ πάθος μερικώτερον ἔσται.

Βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἢ ἄρχων λαοῦ· τὸ πάθος εἰς τὴν πολιτείαν καὶ τὸν λαὸν κρινέτω.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἔκαυσε πυρὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἔστι τὸ πάθος εἰς ἀπώλειαν τῶν προσώπων ὧν προείπομεν· ἕκαστον ἱμάτιον· ἐν οἷς ἑρμηνεύθη προσώποις.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ἄνθρωπος ὅτι ἐκάη τι τῶν μελῶν αὐτοῦ, ἔσται τὸ πάθος εἰς τὰ πρόσωπα τῶν προκειμένων μελῶν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τρώγει ἄνθρακας πυρὸς, ἄνευ καπνοῦ καὶ φλογὸς· χρυσίον ὀρφανικὸν ἀποκερδήσει, ἀνάλογον τῆς βρώσεως τοῦ πυρός.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρεν, ἢ ἔσχεν, ἢ ἐφύλαξεν ἄνθρακας πυρὸς ἀφλόγους, ἀκάπνους· εὑρήσει χρυσίον ἀνάλογον.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐφλογίσθη μὲν, οὐκ ἐκάη δὲ, κατηγορηθήσεται παρά τινος κακούντος ἀνάλογως τῆς φλογώσεως.

Εἰ δὲ ἐκάη ἀπὸ φλογὸς, ἀπὸ ἐξουσίας τιμωρηθήσεται ἢ ἐν πολέμῳ ἐχθρῶν πλαυτήσει, ἢ εἰς ὀξὺ νόσημα βουβῶνος, ἢ ἑτέρου ἐμπεσεῖται.

Εἰ δὲ δὲ ἐκάη πυρὶ ἀφλόγῳ, τιμωρηθήσεται δι᾽ ἀπαιτήσιν χρυσίου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι σποδιὰν ἤτοι σάκτιον ἦρε ψευδολόγος καὶ διαβολεὺς ἔσται.

Εἰ δ᾽ ἀπὸ φούρνου ἐφλογίσθη ἢ ἀπὸ κλιβάνου πυρὸς· ἀπὸ μεγιστάνου τροφέως λαοῦ τιμωρηθήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ὑποκάτω ἅπτει χύτρα συμβάλλει μάχην δι᾽ ἔργου μετὰ δεσπότου, ἐν ᾧ εἶδε· τοῦτο γὰρ διὰ τοῦτο ἐκρίθη οὕτως. ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς φαμιλίας ἐν τῇ χύτρᾳ εἰσί.

Καὶ ἐὰν ξύλοις ἀνάπτει τὸ πῦρ, συμβάλλει μάχην διὰ λόγων μετ᾽ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὸν ψωμὸν ἢ τὰ βρώματα θερμαίνει ἐν πυρὶ, πρὸς τὸ φαγεῖν αὐτά· ἐν ἐξουσίᾳ ἑτέρου τὰ ἴδια φάγεται, ἢ μετὰ φόβου τὸ τρόμου ταῦτα ἔδεται.

Si quis visus sibi fuerit frusta carnis aut cibos ad ignem calfacere, quo iis vescatur: in alterius potestate sua deuorabit, aut eis cũ metu ac trepidatione vescetur.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι κρατεῖ λαμπάδα πυρὸς, εὑρήσει ἐξουσίαν ἀνάλογον πυρὸς τῆς λαμπάδος.

Si quis lampadem ignis tenere visus sibi fuerit, potestatem inueniet, pro ipsius lampadis modo.

Καὶ ἐὰν ἐλάμβανον ἕτεροι τῆς ἀφῆς τῆς λαμπάδος, ἑτέροις ἐξουσίας καὶ αὐτὸς παρέξει. τὸ πῦρ ὅσον ἐστὶν ἄνευ καπνοῦ καὶ φλογὸς, σημεῖον ἐξ ἀδικίας σημαίνει. τὸ δὲ ἔμφλογον καὶ ἔγκαπνον, εἰς ἐξουσίαν, καὶ πόλεμον, καὶ νόσον, ὡς εἴρηται, κεῖνται.

Quòd si de flamma lampadis alij quoque sumpserunt, & ipse potestatem cum aliis communicabit. Nam quicunque fumo & flamma caret ignis, iniuriæ notam habet: quum eius interpretatio, qui flammam emittit, & fumum, ad potentiam, & bellum, & morbum, ceu dictum est, referatur.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ψηλαφῶν ἐν σκοτίᾳ ἀνάπτει λαμπάδα πρὸς τὸ βλέψαι· εἰ μὲν ἀνῆψε καὶ εἶδεν, ἀγωνιεῖται χάριν χαρᾶς καὶ ἐξουσίας καὶ ἐπιτεύξεως, ἀναλόγως τῆς ἀνάψεως τῆς λαμπάδος· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Si quis in tenebris palpare visus sibi fuerit, & accedere lampadem, ad cernendum: si quidem accendit, & vidit, impetrandi gaudij potestatisque caussa enixe laborabit, ac voti compos fiet, prout accensa lampas fuerit. sin autem, diuersus euentus erit.

Βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἐρευνήσει πρὸς τὸ δοξασθῆναι πλέον, καὶ ἀναλόγως ἀποβήσεται αὐτῷ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, rationes ampliore potiundi gloria perquiret, ac pro ratione somnij, euentus ipsius fidei respondebit.

Ὁμοίως ἐὰν φανῇ τις ἑτέρῳ φῶς, δοξάσει αὐτόν.

Similiter si quis visus sibi fuerit factus alteri lumen, gloria cohonestabit eum.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἀνάπτει πῦρ πρὸς τὸ θερμαίνεσθαι· εἰ μὲν ἅψας ἐθερμάνθη, δεηθήσεται ἐξουσιαστοῦ, καὶ ἀναλόγως τῆς θέρμης πλουτήσει.

Si quis visus sibi fuerit ignem accendere, quo se calfaciat: si eo succenso incaluit, principi preces offeret, ac pro caloris modo ditescet.

Ἡ γὰρ ψύξις εἰς πτωχείαν καθ' ὅλου κεῖνται.

Frigus enim paupertatis interpretationem vniuerse continet.

Εἰ δὲ πρὸς τὸ ὀπτῆσαι κρέας, καὶ ὤπτησε· νικήσει πράγματα πρὸς κατηγορείαν καὶ τιμωρείαν ἀνθρώπων, ἀναλόγως τῆς ὀπτήσεως.

Sin ignem accendit, vt carnem assaret: si quidem assauit, in accusandis & puniendis hominibus superior euadet, pro assationis modo.

Εἰ δὲ ἔφαγε τὸ ὀπτηθὲν κρέας· εὑρήσει ἁμαρτίαν καὶ αἰσχύνην ἐνώπιον ἀνθρώπων, καὶ πλοῦτον ἀνάλογον ὅσον ἔφαγε, καὶ θλιβήσεται.

Si carnem assatam comedit: in hominum conspectu & peccatum admittet, & infamiam, & opes inueniet, pro modo do manducationis, & adfligetur.

Καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν κρίσιν εἰς ἀγαθὸν τὴν ἐκ πυρὸς καῦσιν, πλὴν ἑνὸς προσώπου τοῦ πραγματευτοῦ.

Reperiri certè nequit significatio boni euentus ex inflammatione per ignem facta, sola persona negotiatoris excepta.

Ἐὰν γὰρ εἶδε ὅτι ἡ πραγματεία αὐτοῦ ἐνεπρήσθη, ἢ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἡ πραγματεία,

Is enim si videre videatur merces suas accensas, aut eum locum inflammatum,

quo merces continebantur: hoc ipsum ad mutationem aliquam, & calliditatem ipsius in negotiando refertur: sed cum metu tamen, & irrisione.

De igne, ex Persarum & Aegyptiorum disciplinis.

CAP. 160.

IGnis rerum maximarum interpretationes habet. Nam & deorum ad personas refertur.

Si quis videre visus fuerit incensam domum suam, à rege, vel principe punietur.

Si quis in somnis viderit vestimenta sua incendio conflagrata, similiter ex hoc insomnio gloriam dignitatémque suam amittet.

Si quis videre visus fuerit vsta lecti sui stragula, vel vxorem, vel concubinas suas amittet.

Sin aliquod membrum vri viderit, in adflictionem maximam & interitum, pro cuiúsque membri ratione, incidet.

Si carbones nondum exustos comedit, à rege vel magnate collocupletabitur.

Si carbones in vase quodam accendit, pro ignis modo magnis quibusdam seruiet.

Sin eos extinxit aqua, proceribus nocebit.

Si adorauit ignem, magnatibus preces offeret, & exaudietur.

Si cinerem sustulit, à magnatibus modicas & mediocres opes impetrabit.

Si lampadem accendit, éamque gestat: si rex est, hoc ipsum ad gloriam, & victorias, & hostium internecionem refertur.

Si plebeius, dignitatem inueniet, pro modo & quantitate lampadis.

Si rex visus sibi fuerit accensas lampades aliquibus porrigere, siquidem illi noti sunt, dignitates & potentatus eis dabit.

Sin autem, beneficiis hostes suos adficiet.

εἰς διαφορὰν καὶ γοργότητα τῆς πραγματείας αὐτοῦ κρίνεται· ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ φόβου καὶ χλεύης.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ πυρός. ρξʹ.

ΤΟ πῦρ εἰς μεγίστας κρίνεται κρίσεις. καὶ θεῶν γὰρ προσώπων εἰσάγεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐνεπρήσθη ὁ οἶκος αὐτοῦ, ἀπὸ βασιλέως ἢ ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ τιμωρηθήσεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐπυρπολήθη τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ὁμοίως * ἀπὸ τούτων ἀπολεῖται ἡ δόξα καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐκάησαν τὰ στρώματα τῆς κλίνης αὐτοῦ, ἀπολέσει τὴν γυναῖκα ἢ τὰς παλλακὰς αὐτοῦ.

Εἰ δέ τι τῶν μελῶν ἴδῃ καίειν, εἰς θλῖψιν μεγίστην καὶ ἀπώλειαν ἀνάλογον τῶν μελῶν ἑκάστου ἥξει.

Εἰ δὲ ἐσθίει ἄνθρακας ἀκαύστους, ἀπὸ βασιλέως ἢ μεγιστᾶνος πλουτήσει.

Εἰ δὲ ἀνάπτει ἄνθρακας ἐν σκεύει τινί, ἀναλόγως τοῦ πυρός, δουλεύσει μεγάλοις τισίν.

Εἰ δὲ ὕδατι ἔσβεσεν αὐτούς, τοῖς μεγιστᾶσι κακοποιήσει.

Εἰ δὲ προσκυνήσει τῷ πυρί, μεγιστᾶσι δεηθήσεται καὶ ἀκουσθήσεται.

Εἰ δὲ ἦρε τὴν σποδιάν, ἀπὸ μεγιστάνων πλουτήσει μικρὸν καὶ μέτριον πλοῦτον.

Εἰ δὲ ἀνῆψε λαμπάδα καὶ φέρει αὐτήν· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς ὁ ἰδών, εἰς δόξαν καὶ νίκας καὶ ὄλεθρον ἐχθρῶν κρίνεται.

Εἰ δὲ ἐκ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει ἀξίωμα ἀνάλογον τῆς λαμπάδος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι λαμπάδας ἐξημμένας ἐδίδου τισί, εἰ μὲν γνώριμοι εἰσι, ἀξιώματα καὶ ἐξουσίας δώσει αὐτοῖς.

Εἰ δὲ μή, ἐχθροὺς αὐτοῦ εὐεργετήσει.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι φῶτα πολλὰ καὶ λαμπάδας ἅπτει ἐν τῷ ναῷ ἢ τῷ παλατίῳ αὐτοῦ, ἀνδρῶν μεγίστων συνάξει· ἐργάσεται κατ' αὐτὸ μέτρον τῶν φώτων· χαρᾶς εἰς μυστηρίων ἀνάθεσιν, καὶ χαροποιήσει αὐτοὺς ἀναλόγως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσβέσθη τὰ αὐτὰ φῶτα ἄκοντος αὐτοῦ· εὑρήσει θλῖψιν ἀπὸ ἐχθρῶν ἀναλόγως τοῦ σκότους.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ὁ λύχνος οἴκου αὐτοῦ ἐσβέσθη· ἀποθανεῖται ὁ οἰκοδεσπότης, εἰς ὃν βλέπουσι πάντες.

Εἰ δὲ ἴδῃ πάλαι ὅτι ἅπτει, ἕτερος διαδέξει τοῦ οἴκου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὠλιγώθη τὸ φῶς τοῦ λύχνου πρὸς τὸ σβεσθῆναι· νοσήσει ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ εἰς πτωχείαν ἀναλόγως ἥξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι καπνοῦ ἐπληρώθη ὁ οἶκος, ἀναλόγως τοῦ πλήθους τῆς δριμύτητος, εὑρήσει τιμωρίαν ἀπὸ ἐξουσίας.

Εἰ δὲ ὁ καπνὸς εὐώδης ἦν, λόγοις γλυκέσι τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ παρέξει ὁ ἕτερος, εὑρήσει καὶ φήμην ἀνάλογον τῆς εὐωδίας τῆς ἡδύτητος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἐκράτει λαμπάδα καὶ ἐσβέσθη· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, εὑρήσει θλῖψιν καὶ ὀλιγόζωος ἔσται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἕκαστος ἀπολεῖ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφερε πῦρ ἐν τῷ ἱματίῳ ἀκαύστως· οἰκειότητα εὑρήσει, καὶ μυστήρια δέξεται παρὰ τοῦ βασιλέως.

Ἐὰν ἴδῃ τις ἔτι λύχνου ἅπτοντος ξυνανῆψαι πᾶν τὸ ἀγγεῖον· εὑρήσει ὕψος καὶ δόξαν ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπολεῖται.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι οἱ κίονες τοῦ ναοῦ, ἢ τοῦ παλατίου αὐτοῦ ἐφλογίζοντο· βασιλείαν ἄλλου σημαίνει, καὶ ἀπώλειαν τῶν μεγιστάνων οὓς ἔστησεν ἐκεῖνος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ἐφλόγιζεν αὐτοὺς, ἀπολέσει αὐτοὺς ἐκεῖνος τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ.

Si rex visus sibi fuerit multa lumina multásque lampades in templo, vel palatio suo accendisse: pro luminum modo comitia maximorum hominum indicet ad mysterium quoddam lætitiæ, atque eos consimiliter exhilarabit.

Sin extincta lumina sua videre visus fuerit, & se quidem inuito: pro modo caliginis ab hostibus adflictionem expetietur.

Si quis videre visus fuerit extinctam domus suæ lucernam: paterfamilias moritur, in quem vniuersi respiciunt.

Sin eam rursus accendisse visus sibi fuerit, alius familiæ pater succedet.

Si videre visus fuerit adtenuatum & deminutum lucernæ lumen, pro[illegible]vt extingueretur: paterfamilias in morbū incidet, ac paupertatem, prout ipsum lumen defecerit.

Si domum fumo repletam videre visus fuerit, pro modo acrimoniæ fumi supplicium à magistratu inueniet.

Sin fumus ille boni odoris erat, verbis dulcibus potestatem aliis tribuet, simulque famam inueniet, prout odor ille bonus visus fuit esse iucundus.

Si quis lampadem tenuisse visus sibi fuerit, quæ extincta sit: si rex est, in adflictionem incidet, nec diu superstes erit.

Si plebeius, potestatem quisque suam cum eo, quod desiderat, amittit.

Si citra noxam visus sibi fuerit ignem in veste sua gestare, familiaritatem regis impetrabit, & arcanum ei credetur.

Si quis videre visus fuerit, accensa lucerna, totum vas illius vna inflammatum: paterfamilias excelsitatem & gloriam inueniet, ac postea peribit.

Si rex videre visus fuerit templi, vel palatij sui columnas inflammatas: ea res imperium portendit alterius, & interitum procerum, quos ille prior constituit.

Sin ipsemet illas visus sibi fuerit exurere, magnates suos perdet.

Quòd

Quòd si columnas alias subſtituiſſe viſus ſibi fuerit, magnates alios in illorum loca ſubſtituet.

Si quis ad ignem viſus ſibi fuit incaleſcere, principi cuidam ſemet adiunget, & pro modo caloris diteſcet. Frigus enim paupertatem denotat.

Si quis videre viſus fuerit, capillos ſuos incenſos: opes ſuas, pro modo flammæ, per magiſtratum amittet.

Si rex eſt, in prælio populi ſui iacturam faciet alius quidam hoſtis eius, pro modo pilorum.

Si rex videre viſus fuerit, clabulam ſiue currum ſuum exuſtum: regnum eius deprimetur.

Sin & ſellam in curru concrematam videre viſus fuerit, ipſemet morietur.

Si thronus & ſolus exuſtus eſt, Auguſta morietur.

Si ſe curru vectum videre viſus fuerit, & rotas inflammatas: ex agitatione morbum inueniet, pro modo inflãmationis.

Quòd ſi expeditionem inſtituit, eam reſcindet.

Quotquot domum colluſtrauerint lumina, quauis in perſona boni, gloriæ, poteſtatis ſignificationem habent.

Similiter & eorundem extinctio, contrarium quiddam portendit.

De volatu, & ſaltu, Perſarum, Indorum, Aegyptiorumque rationes.

CAP. 161.

SI quis in ſomnis viſus ſibi fuerit in latitudinem volare de loco in locum, expeditionem ſuſcipiet, qua ſublimitatem & opes inueniet, prout in volatu viſus fuerit euehi. Reſpondebit & iter euolationis modo.

Si ſaliiſſe de loco in locum viſus ſibi fuerit, eandem interpretationem putet, at infirmiorem.

Εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἔστησεν ἑτέρους, ἑτέρους πάλιν στήσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐν πυρὶ ἐθερμαίνετο, ἐξουσιαστῇ προσκολληθήσεται καὶ ἀναλόγως τῆς θερμάνσεως πλουτήσει. ἡ γὰρ ψύξις πτωχείαν σημαίνει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐφλογιάσθησαν αἱ τρίχες αὐτοῦ· ἀπολέσει τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἀπὸ ἐξουσίας, ἀναλόγως τῆς φλογώσεως.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς τοῦτο, τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπολέσει εἰς πόλεμον ἕτερος ἐχθρὸς ἀναλόγως τῶν τριχῶν.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι τὸ ὄχημα αὐτοῦ ἤτοι ὁ δίφρος ἐκάη· ταπεινωθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι καὶ ὁ ἐν τῷ δίφρῳ θρόνος ἐκάη, ἀποθανεῖται αὐτός.

Εἰ δὲ ὁ θρόνος καὶ μόνος ἐκάη, ἀποθανεῖται ἡ αὐγοῦστα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἤλαυνεν ἐν τῷ δίφρῳ, καὶ οἱ τροχοὶ ἐφλογιάσθησαν ἐκ τῆς ἐλάσεως· εὑρήσει νόσον ἀναλόγως τῆς φλογώσεως.

Καὶ ἐὰν ἔχῃ ταξείδιον, ἀνατρέψει αὐτό.

Ὅσα φῶτα φωταγωγήσωσιν οἶκον, εἰς ἀγαθὸν καὶ δόξαν καὶ ἐξουσίαν διαχεῖνονται ἐπὶ παντὸς προσώπου.

Ὁμοίως καὶ ἡ σβέσις αὐτῶν εἰς ἐναντίον διαχεῖνεται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ πετάσεως καὶ διάσεως καὶ διαμάτων. ρξα΄.

ΕΑΝ τις ἴδῃ κατ᾽ ὄναρ ἱπτάμενον ἑαυτὸν κατὰ πλάτος ἐκ τόπου εἰς τόπον, εἰς ταξείδιον ἀπελεύσεται, καὶ εὑρήσει ἐξ αὐτοῦ ὕψος καὶ πλοῦτον ἀνάλογον τῆς ὑψώσεως καὶ τῆς πτήσεως. καὶ ἡ ὁδὸς ἀνάλογος ἔσται τῆς ἐκπετάσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἥλατο ἐκ τόπου εἰς τόπον, τὴν μὲν αὐτὴν κρίσιν ἐχέτω, ἡττονοτέραν δέ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἡ πτῆσις αὐτοῦ εἰς ὕψος κατ' εὐθεῖαν ἦν, εὑρήσει βλάβην καὶ ταχεῖαν ἀπώλειαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὑψώθη εἰς οὐρανὸν καὶ ἐμόχθη κατ' ἰσχὺν ταῖς χερσίν· ἡ ἀπώλεια αὐτοῦ δριμυτέρα καὶ ταχυτέρα ἔσται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦλθεν ὡς διὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὕτως ταχὺ ἀποθανεῖται, καὶ πρὸ θανάτου τὰς φρένας ἀπολέσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι κάθηται ὡς ἐν τῷ οὐρανῷ ἀγνοῶν πῶς ἀνῆλθεν, εὑρήσει χάριν ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ.

Καὶ ἐὰν ᾖ, ἐκ τῶν ἐπιτηδείων βασιλέως, καὶ ὀνομαστὸς ἔσται καὶ μέγας.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔχει οἰκίας ἐν τῷ ἀέρι καλὰς παρὰ τὴν συνήθειαν· ταχὺ ἀποθανεῖται.

Εἰ δὲ ἡ οἰκία ἔσται κατὰ τὴν συνήθειαν αὐτοῦ τῶν κτισμάτων· ὅστις ἂν ᾖ ὁ ἰδών, τὸ πρᾶγμα αὐτοῦ ἐπικρημνόν ἐστιν ἐγγὺς ἀπωλείας.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἤρθη ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταστήσεται ταχὺ ἀπὸ τοῦ πράγματος αὐτοῦ εἰς ἕτερον εἴτε χείρονα εἴτε κρείττονα ἀναλόγως τῶν τόπων· ἀνεμποδίστως· καὶ τὸ μῆκος τοῦ ἅλματος πραξείδιον σημαίνει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐρειδόμενος ἥλλετο· ἡ ῥάβδος ἐστὶν ἄνθρωπος ἰσχυρὸς εὐγενής, καὶ δι' ἀνθρώπου εὐγενοῦς πραξειδεύσει καὶ εἰς χαρὰν ἥξει.

Ὁμοίως καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι κρατήσας στῦλον ἥλλετο, εἰς τὸν πλοῦτον ἑαυτοῦ θαρρῶν πραξειδεύσει.

Εἰ δὲ εἰς σιδηρᾶν ῥάβδον ἐρειδόμενος ἥλλετο, εἰς στερρότερον πλοῦτον ἥξει ἀναλόγως τοῦ βάρους τοῦ σιδήρου.

Ἐκ τῶν Περσῶν, Ἰνδῶν, καὶ Αἰγυπτίων ὁμοφώνων. ρξβ'.

Si visus sibi fuerit directò in sublime volasse, damnum cum interitu veloci experietur.

Si visus sibi fuerit euectus in cælum, vtque manibus cælum prehenderet, enixè laborasse: acrior ei & celerior imminet interitus.

Si quasi per cælum venisse visus sibi fuerit, etiam ita breui morietur, & ante obitum mentem amittet.

Si quis in cælo quasi sedere visus sibi fuerit, ignorans interim, quo pacto illuc peruenerit: in fide sua gratiam inueniet.

Quòd si de necessariorum regis numero fuerit, celebris & amplissimus euadet.

Si quis visus sibi fuerit habere pulchras in aëre domos, & inusitatas: breui morietur.

Sin domus ea pro ædificiorum more structa fuerit, quicunque tandem hoc somnium habuerit: res eius in præcipiti sunt, & interitui proximæ.

Si quis de loco in locum visus sibi fuerit sublatus, à negotio suo citò transibit ad aliud, siue peius, siue melius, pro ratione locorum: itémque impedimento, pro saltus ipsius tractu.

Si quis visus sibi fuerit innixus baculo saltasse, baculus iste potentem ac nobilem virum significat. itaque adiumento viri nobilis expeditionem suscipiet, & lætitia potietur.

Similiter si visus sib fuerit tenendo columnam saltasse, sumpta de diuitiis confidentia expeditionem suscipiet.

Si saltabat innixus virgæ ferreæ, solidiores opes adquiret, pro ratione ponderis ferri.

Indorum, Persarum & Aegyptiorum consentientes interpretationes.

CAP. 162.

SI quis instar auis volasse visus sibi fuerit, absque pennis, in aëre vectus: eminentiam gloriæ dignitatisque reperiet.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, omnia sua tam in bello, quam cæteris actionibus desideria perficiet.

Si rex ad cælum quasi volasse visus sibi fuerit, vbi sidera essent: supra reges cæteros & eminentia potietur, & fama.

Consimiliter si verba quædam audierit illic à sideribus prolata, vel in litteris istic perscripta legerit, eorúmque meminerit: quidquid hoc tandem fuerit, auditum, lectum, certo eueniet. Erit etiam pro altitudinis modo longæuus.

Quòd si etiam visus sibi fuerit à terra cum sideribus colloquutus, aut istic aliqua legisse: consimilis erit euentus.

Si rex visus sibi fuerit sursum profectus, in cælo consedisse: regionem ea maiorem, quam possidet, in potestatem rediget.

Si palatium ibidem habuisse visus sibi fuerit, in ditionem rediget ac possidebit ampliorem terram alienam, & domicilium in ea constituet.

Si visus sibi fuerit in adscendendo præcipitasse, ac cecidisse: regnum suum amittet, ac morietur.

Si de loco in locum saltasse visus sibi fuerit, cum experte metus securitate ac lætitia de loco ad locum transibit.

Si cum formidine saltasse visus sibi fuerit, in expeditionem formidolosam & bellum ibit.

Si hæc plebeio, vel pauperi per quietem oblata fuerint: interpretatio & inferior, & infirmior est iis, de quibus dictum.

De nubibus, ex Indorum disciplina. CAP. 163.

NVbes sapientiæ significationem continent.

Si quis partem nubis adpræhendisse visus sibi fuerit, pro nubis ipsius quantitate sapiens fiet.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι δίκην ὀρνέου διεπέτασεν ἄνευ πτερῶν καὶ ἀέρος ἐφέρετο· ὕψος δόξης καὶ ἀξιώματος εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο ὁ βασιλεύς, τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ πάσας ἐν τῷ πολέμῳ καὶ λοιποῖς εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἀνίπτατο ὡς τὸν οὐρανόν, ἔνθα οἱ ἀστέρες, εὑρήσει ὕψος καὶ ὄνομα πλέον τῶν ἄλλων βασιλέων.

Ὁμοίως καὶ ἐὰν ἤκουσεν ἐκεῖ λέξεις λεγόντων τῶν ἀστέρων, ἢ ἐν γράμμασιν ἀνέγνω ἐκεῖσε καὶ μνημονεύσει τῶν λόγων, πᾶν ὃ ἐὰν ἤκουσεν ἐκεῖ καὶ ἀνέγνω ἀπαραλλάκτως ἀποβήσεται. ἀλλὰ καὶ μακρόβιος ἔσται ἀναλόγως τοῦ ὕψους.

Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἀπὸ γῆς ὡμίλησεν ἄστροις ἢ ἀνέγνω ἐκεῖσε ὁμοίως ἔσται αὐτῷ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἀνελθὼν ἐκάθισεν ἐν οὐρανῷ· μείζονα χώραν ἧς ἔχει κατασκευάσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι παλάτια ἐκεῖσε εἶχε, κατασκευάσει καὶ κληρονομήσει τὴν μείζονα καὶ ἀλλοτρίαν χώραν καὶ κατοικήσει ἐπ' αὐτήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὡς ἀνήρχετο ἐκρημνίσθη καὶ ἔπεσεν· ἀποβαλεῖ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ τελευτήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἥλλατο ἐκ τόπου εἰς τόπον, μετ' ἀφοβίας καὶ χαρᾶς μεταβήσεται ἐκ τόπου εἰς τόπον ἐν χαρᾷ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἥλλατο σὺν φόβῳ, εἰς ταξείδιον ἔμφοβον καὶ πόλεμον ἀφίξεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἢ πτωχὸς ταῦτα· ἡ κρίσις ἐλάττων καὶ ἀσθενεστέρα τῶν εἰρημένων.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ νεφελῶν. ρξγʹ.

ΑἹ νεφέλαι εἰς σοφίας ἀνάγονται κρίσιν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι κατεῖχε νεφέλης μέρος, ἀναλόγως τοῦ ποσοῦ τῆς νεφέλης, σοφὸς γενήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦραν αὐτὸν αἱ νεφέλαι καὶ ἀπήγαγον ἔνθα ἤθελεν· εἰ μὲν ἐστι τῶν ζητούντων σοφίαν, σοφὸς ἀκρότατος γενήσεται· εἰ δὲ κοσμόφρων, μετὰ φόβου ἐξουσίας ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ πλουτήσει.

Si se sublatum à nubibus videre visus fuerit, & quo vellet, abductum: si de illorum est numero, qui sapientiam quęrunt, extremum sapientiæ verticem adtinget: sin mundanis rebus oblectatur, cum metu principis à potente quodam diuitias consequetur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ νεφελῶν. ρϟδʹ.

De nubibus, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. 194.

ἘΑΝ τις ἴδῃ ὅτι ἀπὸ μερικῆς νεφέλης ἐβρέχη, ἢ εἰσῆλθεν ἐν ὁμίχλῃ· εὑρήσει νόσον ἀνάλογον τῆς βροχῆς καὶ τοῦ γνόφου τῆς ὁμίχλης.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπλήσθη ὁ οἶκος αὐτοῦ νεφέλης, καὶ ὑγράνθη ἐκ ταύτης· εἰ μὲν ἐστι βασιλεὺς, ὁ οἶκος τοῦ κράτους αὐτοῦ ἐστι· καὶ ἐὰν ἔχῃ λιμὸν ἡ ὑπ' αὐτοῦ χώρα, εὐφορήσει· εἰ δὲ λιμὸν οὐκ ἔχῃ, εὑρήσει πλοῦτον πᾶς ὁ στρατὸς αὐτοῦ καὶ χαράν.*

Τοῦ κοινοῦ ἐάν τις ἴδῃ τοῦτο, εὑρήσει φόβον ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι κάθηται ἐν νεφέλαις ἀγόμενος ἔνθα θέλει· ἀπὸ ἀλλοφύλων ἐχθρῶν δουλωθήσεται καὶ δεσπόσει αὐτῶν, καὶ εὑρήσει νίκας καὶ χαρὰς ἀπροσδοκήτους.

SI quis visus sibi fuerit, à particulari quadam nube madefactus, vel eius caliginem ingressus: in morbum incidet pro modo madoris, & opacitate caliginis.

Si videre visus fuerit impletam nube domum suam, atque inde madefactam: si rex est, domum imperij eius denotat: ac si quidem ei subiecta regio annonæ penuria premitur, fertilis fiet: si nulla penuria est, omnis eius exercitus opes, lætitiam plebs inueniet.

Si plebeius aliquis tale somnium habuerit, à principe metum inueniet.

Si rex in nubibus consedisse visus sibi fuerit, & vehi quocunque lubeat barbari hostes ei seruitutem seruient, quibus ipse cum imperio præerit, ac victorias gaudiáque nec opinata consequetur.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ἀνέμων. ρϟεʹ.

De ventis, ex Indorum disciplina. CAP. 195.

ἘΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἄνεμος σφοδρὸς * ἐλθὼν, ἦρεν αὐτὸν * φέρων αὐτὸν ἐκ τόπου εἰς τόπον· μακρὸν ταξείδιον ποιήσει, καὶ εὑρήσει ἐξουσίαν, ἀνάλογον τῆς κουφίσεως τοῦ ἀνέμου.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐξ ἀνέμου κονιορτωθεὶς ἠχλυώθη τοὺς ὀφθαλμοὺς, μέριμναν καὶ φόβον ἀπὸ ἐξουσίας λήψεται, καὶ μειώσει τὴν πίστιν αὐτοῦ ἀναλόγως τῆς ἀχλύος.

SI quis per quietem visus sibi fuerit sublatus à vehementi vento, de loco in locum transferri: longam expeditionem instituet, ac prout ipse venti motus leuis expeditúsque fuerit, potestatem apiscetur.

Si puluere vi venti obrutus, caligasse visus sibi fuerit: sollicitudine ac metu à principe percelletur, ac pro modo caligationis oculorum fides eius deminuetur.

Si videre visus fuerit spirantem ventum vniuersalem, aut localem: à rege metus erit.

Si videre visus fuerit arbores à vento fractas, ex indignatione regis peribunt proceres, pro ipsarum arborum numero.

Si domos & ædificia diruta, populi principes interibunt.

Consimiliter omnibus ruinis, per quietem oblatis, ruinæ respondebunt.

Frigus quoque profectum à vento, paupertatem & patrimonij deminutionem portendit: quum frigus ipsum ex paupertate homo patiatur.

Itidem calor nimius de afflictione intelligitur.

Si quis videre visus fuerit, quasi ventus ingens eo tempore flaret, quo flores prodeunt: si fregit arbores, terræ diuitias portendit: quandoquidem ventus aliquid rebus quoque nascentibus fert subsidij.

De ventis, Persarum Aegyptiorumque rationes consimiles.

CAP. 166.

SI quis visus sibi fuerit adiutus à vento celerius progredi, perpetuum à magistratu subsidium, lætitiam, & opem inueniet.

Sin ab antica parte impedimento ventus ei fuit, euentum contrarium experietur.

Si rex in itinere visus sibi fuerit à vẽtis impediri: nuntium è longe dissito principatu accipiet, quo perturbabitur.

Sin ab eis adiuuatur, res lætæ portenduntur.

Si quis videre visus fuerit flantem ventum contrarium, qui fructus læderet: locus ille, quo ventus flare visus est, morbi contagio inficietur.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπνευσεν ἄνεμος καθολικὸς ἢ τοπικός· ἔσται φόβος παρὰ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔκλασε δένδρα, ἀπὸ θυμοῦ βασιλέως ἀπολοῦνται μεγιστᾶνες ἀναλόγως τῶν δένδρων.

Εἰ δὲ κατέστρεψεν οἴκους, ἄρχοντες λαοῦ ἀπολοῦνται.

Ὁμοίως καὶ εἰς πάντα τὰ πτώματα ἀναλόγως ἔσται ἡ πτῶσις.

Καὶ ἡ ἐξ ἀνέμου ψῦξις πτωχείαν καὶ εἰς κόσμησιν ὑπάρξεως σημαίνει· διότι καὶ ἀπὸ πτωχείας ἐστὶν ἡ ψῦξις.

Ὁμοίως καὶ ἡ καθ' ὑπερβολὴν θέρμανσις εἰς θλίψιν κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔπνευσε μέγας ἄνεμος ἐν καιρῷ ἀνθοφορείας· εἰ μὲν οὐκ ἔκλασε δένδρα· πλοῦτον τῆς γῆς σημαίνει· διότι βοηθός ἐστιν ὁ ἄνεμος τῶν φυομένων.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοίως. ρξϛ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι βοηθούμενος ὑπ' ἀνέμου ὀξέως βαδίζει, εὑρήσει ἀπὸ ἐξουσίας βοήθειαν καὶ χαρὰν καὶ συνέργειαν ἀεί.

Εἰ δὲ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν κωλύσει αὐτόν, ἀπ' ἐναντίας ἔσται αὐτῷ.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ὑπ' ἀνέμου κωλύεται ἐν ὁδῷ· ἀπὸ μακρᾶς ἀρχῆς μήνυμα ταράξει αὐτόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὑπ' ἀνέμου βοηθεῖται, εἰς χαρὰν αὐτῷ ἔσται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπνευσεν ἄνεμος σφοδρὸς ἐναντίως βλάπτων τοὺς καρπούς· νόσον δέξεται τόπος ἐκεῖνος ἔνθα ἔπνευσεν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπνευσαν ἄνεμοι σφοδροὶ εἰς τόπον ἐκριζῶν δένδρα ἢ καταστρέφων οἰκίας, φόβος ἔσται καὶ ἀπώλεια ἀπὸ βασιλέως ἢ ἐντοπίου ἐξουσιαστοῦ ἀναλόγως τῆς πνώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπαυσαν πάντες οἱ ἄνεμοι καὶ ὁ λαὸς ὀλιγοθύμησε· σεισμὸς γενήσεται ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀδυναμίαν ἥξει ὁ τοῦ τόπου ἐξουσιαστής.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐν χειμῶνι θερμοῖς ἀνέμοις ἔπνευσεν, εἰς καρπὸν καὶ εὐφορίαν τοῦ τόπου τοῦτο κρατείτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐν χειμῶνι ψυχρὸς καὶ δριμὺς ἔπνευσεν, εἰς ἐναντίον τοῦτο κρινέτω τοῦ τόπου.

Ὁμοίως δὲ ἐν θέρει ἐὰν πνεύσῃ κατάψυχρος εἰς ὠφέλειαν ἔσται τοῦ τόπου· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔπνευσεν ἄνεμος σφοδρὸς ποθὲν, ἐκ τοῦ κατοικοῦντος ἔθνους τὸ μέρος ἀναλόγως τοῦ ἀνέμου κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐλπιζέτω.

Si videre visus fuerit flantes aliquo loco ventos vehementes, qui radicitus arbores euellerent, aut palmas subuerterent: pro modo ruinæ, à rege vel loci principe terror & internecio imminebit.

Si omnes venti quieuisse visi fuerint, & populus pusillis esse animis: in eo loco terræ motus accidet, ac præterea loci princeps ad inopiam redigetur.

Si ventus calidus hyberno tempore spiraſſe visus fuerit, hoc ipsum ad fructus & fertilitatem loci referatur.

Si quis videre visus fuerit flantem hyberno tempore ventum frigidum & acrem, hoc aduersum aliquid illi loco portendere statuat.

Similiter si æstiuo tempore ventus subfrigidus flauerit, ad emolumentum commodúmque loci refertur. Sin alius, diuersum denotatur.

Si rex videre visus fuerit flantem alicunde ventum vehementem, pars incolarum regni eius aut boni quidpiam, aut mali expectet, pro ipsius venti ratione.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων. ρξζ΄.

Ὁ ἥλιος εἰς πρόσωπον βασιλέως κρίνεται ἀπαραλλάκτως, καὶ ἡ σελήνη εἰς πρόσωπον τοῦ ἀπὸ τοῦ βασιλέως δευτέρου ἐξουσιαστοῦ.

Ἡ Ἀφροδίτη, εἰς πρόσωπον τῆς αὐγούστης.

Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν μεγίστων ἀστέρων, εἰς τοὺς μεγίστους ἄνδρας τοῦ βασιλέως.

Καὶ οἱ ἄλλοι ἀστέρες, εἰς πάντα τὸν κόσμον.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπλησίασε τῷ ἡλιακῷ δίσκῳ, ἢ ὅτι κατέσχεν αὐτὸν· εὑρήσει χαρὰν ἐκ τοῦ βασιλέως, ἀναλόγως τῆς ἐγγύτητος.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, αὐγοῦστα γενήσεται.

De sole, luna, sideribus, ex Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque disciplinis.

CAP. 167.

Sol dubio procul ad regis personam interpretando refertur, & ad principis à rege secundi personam luna.

Venus ad personam Augustæ.

Itidem alia maxima sydera, ad viros apud regem amplissimos.

Stellæ reliquæ, ad mũdum vniuersum.

Si quis visus sibi fuerit ad discum solarem propius accessiſſe, vel eum adpræhendiſſe: à rege lætitiam consequetur, pro ratione propioris accessus.

Si mulieri visum hoc oblatum fuerit, Augusta fiet.

Si rex huiusmodi somnium habuerit, alium sibi regem subiiciet.

Si quis visus sibi fuerit pugnasse, vel bellum aduersus solem radios suos spargentem suscepisse: regem oppugnabit.

Si plebeius, à rege supplicio adficietur.

Si visus sibi fuerit instar solis sparsisse radios, pro lucis modo regnabit.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, regnũ eius ampliore gloria cōdecorabitur.

Eadem est in persona mulieris interpretatio.

Si mulier visa sibi fuerit peperisse solem, quæcunque fuerit, regem pariet.

Si quis videre visus fuerit egredientes de se radios, qui populo sint impedimento, quo minus ipsum adspiciat: & ipse regno potietur.

Si quis globum solis tenere visus sibi fuerit, radiis carentem: si debilis est, aut adfligitur, conualescet ac lætitia fruetur.

Sin vir amplissimus est, regem contemnet.

Si rex, alium quendam maximum regem vel principem in vinculis detinebit.

Si cui visum oblatum fuerit, quasi sol radios in eius domum præter morem sparserit: à rege gaudium & opes consequetur, pro lucis ipsius modo.

Si videre visus fuerit solem, siue discum solarem, ingressum ædes suas: si rex est, regem procreabit.

Sin vir aliquis amplissimus, aut plebeius: maiorem ad sublimitatem euchetur, & voluptatem capiet, & regem ipsum excipiet.

Si quis visus sibi fuerit ingressum ad se regem contempsisse, perduellis erit aduersus regem.

Similiter si somnium quis habuerit, quasi flamma solis cum in itinere calfecerit: opes à rege consequetur, pro modo caloris.

Si visus sibi fuerit à sole plurimum adustus, pœnam pro modo vstionis inueniet.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἄλλον βασιλέα καθυποτάξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐμάχετο ἢ ἐπολέμησε τῷ ἡλίῳ ἀκτινοβολοῦντι, βασιλεῖ πολεμήσει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀπὸ βασιλέως τιμωρηθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὡς ἥλιος ἀκτινοβολῶν ἐγένετο, ἀναλόγως τοῦ φωτὸς βασιλεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, πλέον ἐνδοξότατος φανεῖται ἡ βασιλεία αὐτοῦ.

Καὶ ἐπὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ κρίσις.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐγέννησεν ἥλιον, βασιλέα τέξει ὅστις ἂν ᾖ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐξέρχονται ἀπ' αὐτοῦ ἀκτῖνες κωλύουσαι τὸν λαὸν τοῦ βλέπειν αὐτὸν, καὶ αὐτὸς βασιλεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι τὴν σφαῖραν τοῦ ἡλίου κρατεῖ αὐτὸν ἀκτίνων οὖσαν· εἰ μὲν ἀσθενὴς ἢ ἐν θλίψει ὁ ἰδὼν, ὑγιανεῖ καὶ χαρήσεται.

Εἰ δὲ ἐστὶ μέγιστος ὁ ἰδὼν, καταφρονήσει τοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἐστι βασιλεὺς, ἕτερον μέγιστον βασιλέα ἢ ἐξουσιαστὴν δέσμιον ἕξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἀκτῖνας ὁ ἥλιος ἐξέλαμψε ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἔνδον ἀσυνήθως· χαρὰν καὶ πλοῦτον εὑρήσει παρὰ βασιλέως ἀναλόγως τοῦ φωτός.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἥλιος ἤτοι ὁ δίσκος εἰσῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, γεννήσει βασιλέα.

Εἰ δὲ μέγιστός ἐστιν, ἢ τοῦ κοινοῦ, ὑψωθήσεται καὶ χαρήσεται τάχα, καὶ βασιλέα ὑποδέξεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εἰσελθόντος τοῦ ἡλίου κατεφρόνησεν αὐτοῦ, ἐπίβουλος βασιλέως γενήσεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐν ὁδῷ ἐθέρμαινεν αὐτὸν ἡ τοῦ ἡλίου φλὸξ, εὑρήσει πλοῦτον παρὰ τοῦ βασιλέως ἀνάλογον τῆς θερμάνσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πλεῖστα ἀπέκαυσεν αὐτὸν, εὑρήσει τιμωρίαν ἀνάλογον τῆς καυστικείας.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἥλιον ἐν τῷ οὐρανῷ ἀφώτιστον καὶ ἄνευ ἀκτίνων, τὸ πάθος καὶ ἀδοξία εἰς πρόσωπόν ἐστι τοῦ βασιλέως.

Si quis solem in cælo luce radiisque carentem videre visus fuerit, ad personam regis calamitas spectat.

Εἰ δὲ ἐστὶν ὁ ἰδὼν ἐκ τῶν μεγιστάνων· καταφρονήσει τοῦ βασιλέως.

Sin is, cui tale visum oblatum fuit, è magnatum est numero regem contẽnet.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὁ λαὸς ὁμοίως αὐτῷ ἐθεώρει τοῦτο, ὁμοίως καὶ ὁ λαὸς ἐξουθενήσει τὸν βασιλέα.

Si videre visus fuerit populum eadem secum adspicientem, consimiliter & populus regem nihili faciet.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τοῦ ἡλίου ἐγένετο ἔκλειψις, θλίψιν καὶ πόλεμον, ἐχθρῶν εὑρήσει ὁ βασιλεύς.

Si cui sol defecisse per quietem visus fuerit, ea res & adflictionem & bellum regi portendit.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεκαθαρίσθη, εἰς νίκας ἔσται τοῦ βασιλέως· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Si vicissim repurgatum à tenebris solem videre visus fuerit, ad regis hoc victorias spectat: sin autem, diversum significatur.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι νεφέλη ἐκαλύφθη, εὑρήσει θλίψιν ὁ βασιλεὺς καὶ νόσους ἀναλόγως τῆς καλύψεως.

Si quis videre visus fuerit solem nube tectum, & in adflictionem, & morbos, pro occultationis modo, rex incidet.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι αὐτοῦ * ἀνατείλαντα καθαρῶς ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ· εἰ μὲν οὐκ ἔχει γυναῖκα, λαμβάνει πλουσίαν· εἰ δὲ ἔχει συμφιλιάσει πλουσίαν, καὶ εὑρήσει ἐξ αὐτῆς χάριν εἰς βασιλείαν καὶ ἀξίωμα καὶ ὕψος ἀναλόγως τοῦ φωτός.

Si videre visus fuerit orto iam manifesto sole, fuisse collustratum ab eius lumine lectum suum: si nullam uxorem habet, opulentam ducet: sin habet, in amorem opulentæ perveniet, per quam & regiæ maiestatis gratiam impetrabit, & dignitatem, & eminentiam, pro ipsius lucis modo.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι νεφέλαις λεπταῖς ἐκαλύφθη ὁ ἥλιος, θλίψιν καὶ νόσημα ἐλάττονα εἰς τὸν βασιλέα οἰέτω.

Si quis solem nubibus tectum tenuibus videre visus fuerit, personæ regis adflictionem & morbum portendi, leviorem tamen cogitet.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεκαθαρίσθη, εἰς ὑγίειαν καὶ χαρὰν μεταβάλλεται ὁ βασιλεύς.

Si detersum videre visus fuerit, rex ad valetudinem pristinam lætitiámq; redit.

Ἐκ παντὸς ὁ ἥλιος εἰς βασιλέα κεῖται, καὶ εἴ τις ἐξ αὐτοῦ ὠφεληθῇ ἢ βλαβῇ· ἀναλόγως προσδοκάτω.

Omnino de rege sol intelligitur, à quo si quis vel commodum, vel damnum ceperit: cõsimile quiddam à rege expectet.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες πάντες μετὰ τοῦ οἰκείου φωτὸς συνήχθησαν εἰς ἕνα τόπον· καὶ εἶδεν ὅτι ἐξουσιάσει * αὐτῶν· βασιλεύσει, ἢ γενήσεται τοιοῦτος, ὥς τε ὑπ' αὐτοῦ διοικεῖσθαι τὸν βασιλέα καὶ πάντας.

Si quis videre visus fuerit solem, & lunam, & omnia reliqua sydera suo cum lumine unum in locum congregata, quibus ipse cum potestate præfuerit: aut regno potietur, aut talis fiet, ut ab eo rex ipse cum omnibus suis gubernetur.

Ἐὰν δὲ ὁ βασιλεὺς τοῦτο ἴδῃ πάντα τὰ ἐναντία ἔθνη ὑποτάξει.

Si regi somnium hoc oblatum fuerit, omnia sibi adversa subiiciet.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, δέσποινα ἔσται ἐν τοῖς βασιλείοις.

Si mulieri, dominatum in aula obtinebit.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες συνήχθησαν ἀφώτιστοι * καὶ φωτεινοὶ ἐξουσίασαν αὐτῶν· εἰ μὲν ἐστὶ τῶν μεγιστάνων, εἰς ἀπώλειαν ἥξει, διὰ τὸ σκότος.

Si quis absque lumine solem, lunam, sidera congregata videre visus fuerit: si de magnatum numero est, propter istas tenebras omnino ruet in interitum.

Si

Si rex est, circundatus ab vniuersis bello petetur, & magnam in adflictionem incidet.

Tenebræ siderum illi, cui per quietem offeruntur, etiam auri & opum dissipationem portendunt.

Si alios adficere consueuit iniuriis, duplicatas ab eo populus iniurias experietur.

Sol magnum aliquem regem denotat. ac si quidem is, cui visa iam exposita per quietem offeruntur, in ditionibus & prouinciis regis versatur: ad regem ipsum euenta spectant. Sin ad aliud imperium & potentatum pertinet, consimiliter res in ipsius capite ac magistratu exitum sortietur.

Luna, ceu dictum est, ad personam hominis à rege secundi refertur:

Venus, ad personam Augustæ:

Mercurius, ad personam principis inter regios scribas:

Mars, ad personam primi ducis regij, qui bella gerit:

Iupiter, ad personam eius, qui principe loco & opibus, & auro, & administrationi regis præest.

Saturnus ad eum refertur, qui facinorum pœnas exigit, & delinquentes castigat.

Si quis videre visus fuerit exortum in domo sua lunæ splendorem, gaudium atque opem consequetur ab eo qui secundùm regem primas tenet.

Si coniuge caret, vxorem cum gaudio ducet, ac ditescet.

Si visus sibi fuerit ipsemet lunæ discum in domum suam deducere, vel eum habuisse in potestate: principis illius viri diuitiis & potestate sic vtetur arbitratu suo vt in eis ipse pro lubitu disponat.

Si luna regi defecisse, vel oscurata esse visa fuerit: is qui principem ab ipso locũ obtinet, perduellionis crimen incurret, & ad populum conatus ipsius emanabit.

Si visum hoc alij cuidam oblatum fuerit, similiter euentus ad personam illam principem spectabit.

Εἰ δὲ ἐστὶ βασιλεύς, ἀπὸ πάντων κυκλούμενος πολεμηθήσεται καὶ εἰς θλῖψιν μεγάλην ἥξει.

Καὶ τὸ σκότος τῶν ἀστέρων τῷ ἰδόντι ἀνθρώπῳ, σκορπισμὸν χρυσίου καὶ τοῦ πλούτου αὐτοῦ σημαίνει.

Καὶ ἐὰν ἐστὶν ἀδικητὴς * ἐκδικηθήσεται λαὸς ἐν αὐτῷ διπλασίως.

Ὁ ἥλιος εἰς βασιλέα μέγαν κεῖνται. καὶ ἐὰν ἐστὶν ὁ ἰδὼν τὰς εἰρημένας ὄψεις καὶ κείσεις ἐν τοῖς τόποις ἢ ἐν τοῖς θέμασι τοῦ βασιλέως ἀποβήσεται ἐν αὐτῷ. εἰ δὲ ἄλλης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, ὁμοίως ἀποβήσεται εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Καὶ ἡ σελήνη ὡς εἴρηται, εἰς πρόσωπον τοῦ δευτέρου ἀπὸ τοῦ βασιλέως κεῖνται.

Καὶ ἡ Ἀφροδίτη εἰς πρόσωπον τῆς αὐγούστης.

Καὶ ὁ Ἑρμῆς εἰς πρόσωπον τοῦ πρώτου τῶν γραφέων τοῦ βασιλέως κεῖνται.

Εἰ δὲ ὁ Ἄρης, εἰς τὸν πρῶτον πολεμιστὴν τοῦ βασιλέως κεῖνται.

Ὁ δὲ Ζεὺς, εἰς τὸν πρῶτον τοῦ πλούτου καὶ τῆς διοικήσεως τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ χρυσοῦ.

Καὶ ὁ Κρόνος, * περιελατικὴν καὶ παιδευτικὴν διακεῖνται.

Ἐὰν ἴδῃ τις τὴν σελήνην ἐπιλάμψασαν αὐτὴν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εὑρήσει χαρὰν καὶ ἀντίληψιν ἐκ τοῦ πρωτεύοντος ἀπὸ τοῦ βασιλέως.

Καὶ ἐὰν ἐστὶν ἄγαμος, λαμβάνει γυναῖκα τῆς χαρᾶς, καὶ πλουτήσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι αὐτὸς τὸν δίσκον τῆς σελήνης ἦγεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐπιδεσπόσῃ αὐτήν· κυριεύσει τοῦ πλούτου καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ πρωτεύοντος διαταττόμενος αὐτοῖς.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς τὴν σελήνην σκοτισθεῖσαν ἢ ἐκλείψασαν· εἰς ἐπιβουλὴν καὶ ἐναντίωσιν αὐτοῦ ἥξει ὁ πρωτεύων ἀπ' αὐτοῦ, καὶ φωραθήσεται ἐν τῷ λαῷ.

Εἰ δὲ ἄλλος τις ἴδῃ τοῦτο, εἰς πρόσωπον ὁμοίως τοῦ πρωτεύοντος ἀποβήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πάλιν ἐκαθαρίσθη καὶ ἦλθεν εἰς τὰ φῶτα αὐτῆς, πάλιν ἀνακαλεῖται καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν ἐπανελεύσεται.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς τὸν ἀστέρα τῆς Ἀφροδίτης ὀλιγόφωτον ἀνατέλλοντα· μισήσει τὴν αὐγοῦσταν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι νεφέλαις ὁ ἀστὴρ ἐκυκλώθη, εὑρήσει εἰς τὴν αὐγοῦσταν, νόσον καὶ θλῖψιν.

Εἰ δὲ πολύφωτος καὶ ἐνδοξότερος ὁ ἀστὴρ εὑρήσει χαρὰν καὶ ἀγάπην ἐν αὐτῇ, καὶ τέξει ἄρσεν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπεσεν ὁ ἀστὴρ οὗτος, ἀποθανεῖται ἡ αὐγοῦσα.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλος τις ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, εἰς τὴν αὐγοῦσταν ἀποβήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐπέλαμψεν αὐτῷ ἢ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εὑρήσει χαρὰν ἀπ᾽ αὐτῆς.

Καὶ οἱ λοιποὶ μέγιστοι ἀστέρες καθ᾽ ὡς εἴρηται εἰς τὰ εἰρημένα πρόσωπα διακρίνονται, καὶ καθ᾽ ὃν τρόπον εἴπομεν· καὶ ταῦτα ὁ βλέπων ἐὰν ἐστὶν μακρά· εἰ μὲν ἐστὶν εἰς τὴν γῆν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγίστου, ἀποβήσεται αὐτῷ.

Εἰ δὲ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, εἰς τὴν κεφαλὴν τῆς γῆς ἐκείνης ταῦτα κρινέτω. πλὴν ἀνεπίδεκτόν ἐστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ταῦτα ἐν ἀλλοτρίᾳ ἰδεῖν γῇ.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοίως. ρξη.

Ἡ σελήνη, εἰς τὸν δεύτερον, ἤτοι τὸν ἥττονα βασιλέα κρίνεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ αὐτὴν ἐν τῷ οὐρανῷ καθὼς ἐστὶ μετὰ τοῦ φωτὸς αὐτῆς πλήρη· εὑρήσει χαρὰν ἐκ τοῦ βασιλέως καὶ πλοῦτον ἐξ αὐτοῦ.*

Si videre visus fuerit lunam à tenebris vicissim repurgatam, amissa luce recuperata: rursus ille reuocabitur, & ad eandem gloriam redibit.

Si rex videre visus fuerit, exigua cum luce Veneris sidus oriri: Augustam suam odio prosequetur.

Si nubibus idem sidus vndique obductum videre visus fuerit, in Augustæ persona morbum & afflictioné experietur.

Sin multa luce sidus illud abundauerit, plúsque maiestatis habuerit: & oblectationem ex ea capiet, & amabit eam, marémque procreabit.

Si cecidisse sidus hoc visum fuerit, Augusta morietur.

Sed & si quis alius hoc videre putauerit, somnium ad Augustam similiter referendum erit.

Quòd si etiam alius quispiam videre visus fuerit, quasi sidus hoc splendorem suum in ipsum, vel domum eius emitteret: lætitiam ab ea consequetur.

Reliqua quoque sidera maxima, ceu dictum est, ad personas indicatas referuntur eo modo, quem exposuimus, & qui ea videre visus fuerit, siquidem in regione vel regis, vel amplissimi alicuius viri degit, ad eos interpretatio somnij pertinebit.

Sin aliena in ditione viuit, ad eius terræ caput omnia referantur. Plerumque tamen ita res comparata est, vt hæc in aliena terra nemini per quietem offerantur.

Consimiles rationes ex Persarum & Aegyptiorum obseruationibus.

CAP. 168.

Lunæ interpretatio pertinet ad eum, qui secundus in regno est, solo nimirum rege minor.

Si quis lunam in cælo videre videatur, toto splendentem lumine: gaudium à rege cum diuitiis consequetur.

Si proximo ex interuallo visus sibi fuerit eam videre, vel quod eam sinu manúve teneat: si vir est vxorem elegantem & lepidam accipiet, prout Lunæ discus plenè visus fuerit illuminatus.

Sin mulier est, similiter & ipsa maritum accipiet.

Consimili modo si visa fuerit splendore suo vel ipsum, vel domum eius collustrasse: lætitiam ab eodem rege vel ipsius familia, vel ipse consequetur.

Si visus sibi fuerit videre Lunam caliginosam & illunem, ad execrationem & interitum suum fortè mulierem accipiet, & à rege punietur.

Similiter si visum hoc oblatum homini plebeio fuerit, ipse casus aduersus ad eiusmodi regem referatur.

Cæterorum quoque siderum maximorum multitudo ad nobiles & opulentos, habita proportionis ratione, refertur, & ad eos, qui regi proximi sunt, quoquo tandem loco degant.

Habent autem pleniorem interpretationem sidera, quæ proxima visa fuerint, vt exiliorem, quæ longiùs remota.

Si quis videre visus fuerit maxima quæque reliquorum siderum, lucísque plena, in vnum collecta locũ: hoc ipsum de concilio lætitiáque publica illorum accipiat, de quibus est dictum.

Consimiliter si ea perexiguo prædita lumine, disiecta & sparsa, caliginosáque videre visus fuerit: hoc ad indicatarum personarum calamitatem, & ad regios præsides refertur.

Sin ex parte vel adfecta fuisse visa fuerit, vel lucem præbuisse: hoc ad particularem quoque lætitiam, vel dolorem referat.

Si quis vniuersis sideribus aliis præfuisse cum potestate visus sibi fuerit, omnes populos in ditionem rediget: ac si quidem idoneus est, imperio potietur.

Sin ex parte potestatem in ea visus sibi fuerit habuisse, dominatum vnius populi adsequetur.

Si visus sibi fuerit pascere, bellè disponere, atque in ordinem redigere sidera: principatum populi à rege maximo consequetur, pro ratione temporis, & dispositionis ipsorum siderum.

Εἰ δὲ ἐγγύθεν ἴδῃ αὐτὴν, ἢ ἐν τοῖς κόλποις ἢ ἐν τῇ χειρὶ κατάσχῃ· εἰ μὲν ἐστὶν ἀνὴρ, λήψεται γυναῖκα χαρίεσσαν ἀνάλογον τῆς πληρώσεως τοῦ πεφωτισμένου δίσκου.

Εἰ δὲ γυνὴ ὁμοίως * * * * * * * * * * καὶ αὐτὴ ἢ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· εὑρήσει χαρὰν παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως ἢ αὐτὸς ἢ τὸ γένος αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὡράθη αὐτῷ σκοτεινὴ καὶ ἀσέληνος, ἐπὶ κατάρα καὶ ἀπωλείᾳ, γυναῖκα λήψεται τάχα καὶ τιμωρηθήσεται παρὰ τοῦ βασιλέως.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τοῦτο τις τοῦ κοινοῦ λαοῦ, τὸ πάθος, εἰς τὸν τοιοῦτον βασιλέα λογιζέσθω.

Ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἄλλων ἀστέρων τῶν μεγίστων εἰς τοὺς εὐγενεῖς καὶ πλουσίους διακείνονται, ἀνάλογως καὶ τοὺς ἔγγιστα τοῦ βασιλέως κατοικοῦντας ἐπὶ παντὸς τόπου.

Καὶ πλεῖστα κρίσιν ἔχουσιν οἱ ἔγγιστα, ἐλάσσονα δὲ οἱ εἰς μακράν.

Ἐὰν ἴδῃ τις τὰ μέγιστα τῶν ἄλλων ἀστέρων πολύφωτα συνηγμένα· συνάξιν καὶ χαρὰν παρὰ τῶν εἰρημένων κρινέτω οἰκείαν.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ταῦτα ὀλιγόφωτα καὶ διασκορπισμένα ἢ σκοτεινά· τὸ πάθος εἰς τὸν εἰρημένον λαὸν καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ βασιλέως κρινέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μερικῶς ἢ ἔπαθον ἢ ἐφωταγώγησαν· κρινέτω καὶ εἰς τὴν χαρὰν καὶ τὴν λύπην μερικῶς.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐδέσποσε τῶν ἄλλων ἀστέρων πάντων, δεσπόσει πάντων λαῶν· καὶ ἐὰν ἐστὶν ἐπιτήδειος, βασιλεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐδέσποσεν αὐτῶν μερικῶς, δεσπόσει λαοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ποιμαίνει καὶ διατίθησι, καὶ εἰς κατάστασιν φέρει τὰ ἄστρα, ἐξουσίαν λήψεται λαοῦ παρὰ τοῦ μεγίστου βασιλέως, ἀνάλογον τοῦ καιροῦ καὶ τῆς διαθέσεως τῶν ἄστρων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔτρωγε ἄστρα, αἰδήσει τοὺς ἀνθρώπους, ἀναλόγως τῆς βρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατέπιεν αὐτὰ ἀμασήτως, ἀσυνήθεις ἄνδρες εἰσελεύσονται ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ συναναμιγήσονται αὐτῷ φιλικῶς.

Ἐκ τῶν Περσῶν τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως. ρξθ'.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι προσκυνεῖ ἄστροις τοῖς θεοποιηθεῖσι, δεηθήσεταί τι τοῦ βασιλέως καὶ εὑρήσει χάριν· εἰ ἐπέλαμψεν αὐτῷ τὰ ἄστρα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κλαίει ἐνώπιον αὐτῶν, εὑρήσει χάριν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, ἀναλόγως τοῦ κλαυθμοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι θυμιᾷ ἐνώπιον τοῦ ναοῦ αὐτοῖς, φήμην καλὴν μετ' ἐξουσίας διὰ τὸ πῦρ εὑρήσει ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ἀναλόγως τῆς εὐωδίας.

Εἰ δὲ ἐθυσίαζεν αὐτοῖς· τελείαν πίστιν καὶ ἀληθῆ πρὸς τὸν βασιλέα ἀποδείκνυσι κἄν τε μικρὸς, κἄν τε μέγας.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ἀστέρων. ρο'.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι προσκυνεῖ τοῖς ἄστροις τοῖς θεοποιουμένοις παρὰ πολλῶν, ψευδολέγος, ἀπατηλὸς πρὸς μεγιστᾶνας ἀναλόγως ἀποβήσεται τῶν ἀστέρων.

Διότι ὅσα προσκυνήθησαν ἔξωθεν τοῦ δημιουργοῦ, ψευδῆ καὶ μάταια. τῷ δὲ θεῷ μόνῳ ἡ προσκύνησις ἀξία.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀναβλέψας εἶδε τοὺς ἀστέρας ἐν ἀληθείᾳ, ἤτοι ἐν τύπῳ γραμμάτων· εἰ μὲν ἐστι βασιλεὺς ἢ μεγιστᾶς, ἡ ἐξουσία αὐτοῦ πλατυνθήσεται καὶ πολυζώντος ἔσται ἀναλόγως τῆς θέας καὶ τῆς κατανοήσεως αὐτῶν.

Si quis sidera manducare visus sibi fuerit, pro modo manducationis homines absumet.

Sin ea citra manducationem absorbuisse visus fuerit, inusitati quidam homines in eius domum venient, & amicè cum eo conuersabuntur.

Eiusdem generis, ex Persarum disciplina.

CAP. 169.

SI quis astra deorum in numerum relata visus sibi fuerit adorare, rei cuiusdam caussa regi preces offeret, & gratiam inueniet, si quidem astra visa fuerint cum splendore suo collustrare.

Si coram eis flere visus fuerit, gratiam apud regem inueniet, pro modo ploratus.

Si suffitum eis facere visus sibi fuerit intra templum, propter vim ignis existimationem famamque præclaram cum potestate apud regem inueniet, pro ipsius fragrantiæ modo.

Sin eis immolauit, siue adeò conditionis humilis fuerit, siue magnus: amorem perfectum & verum erga regem declarabit.

De sideribus, ex Indorum traditionibus.

CAP. 170.

SI quis adorare visus sibi fuerit astra, quę pro diis vulgus habet, mentiendo fraudulentè se geret erga magnates, pro ratione desiderum.

Nam quæcunque præter opificem rerum adorantur, falsa sunt atque vana. Soli nimirum Deo competit adoratio.

Si quis suspexisse visus sibi fuerit, & vidisse sidera per res veras & existentes, putà in figura litterarum: si rex est, aut magnatum quispiam, potestas eius dilatabitur, & longæuus erit, prout ea visus sibi fuit intueri & adspicere.

Si litteras legisse visus est, significatum efficacius erit, ac quidquid sanè legerit, pro certo teneat.

Si non legerit, beneficio minore potietur.

Si quis à sideribus ductus, iter facere visus sibi fuerit, tam terra, quã mari fortunatus erit, & maximo se, iustóque indici adiunget, apud quem erit in gratia.

Sin errare visus sibi fuerit in itinere, in iudicem stolidum incidet, à quo adfligetur.

Si quis videre visus fuerit in mare delapsa sidera, hominum à rege profectam internecionem per hoc visum intelligat.

Si rex tale somnium habuerit, cladem populi sui morientis maximam videbit.

Si videre visus fuerit astra coloris ignei mutuò semet inuadentia, diuersos nuntios de populo suo, & eius interitu, accipiet: pro inflammationis eorum modo.

Si rex vel augusta videre visi fuerint, quasi degressum è cælo sidus cum eis sit colloquutum: omnem à Deo lætitiam, & impletionem desideriorum suorum, impetrabunt.

Si plebeius aliquis hoc videre visus fuerit ad hilaritatem & rectam valetudinem cuique cedet, si quidem vel æger est, vel adfligitur. Sin autem, in professione quisque sua voluptatem inueniet.

De pluuia, ex Indorum disciplina. CAP. 171.

PLuuia de impletione voti ac precationis, déque misericordia intelligitur.

Si quis ergo per quietem videre visus fuerit, irrigatum à pluuia prędium suum: & opes, & lętitiam, & misericordiam impetrabit à Deo.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, idque illo tempore, quo magna pluuiæ penuria: quidquid à Deo petiuerit, impetrabit.

Quòd si etiam caritas annonæ regionem ipsius vexat, fertilitas sequetur.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀνεγίνωσκεν αὐτά, ἔσται τὸ ἀποτέλεσμα ἰσχυρότερον, καὶ εἴ τι ἀναγνῷ, κρατείτω ἀπαραβάτως.

Εἰ δὲ οὐκ ἀνέγνω, ἔσται αὐτῷ ἡ χάρις ἐλαττοτέρα.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ὑπὸ ἀστέρων ὁδηγούμενος ἀποδημεῖ διά τε ξηρᾶς ἢ θαλάσσης καὶ κατευοδοῦται, εἰς μέγιστον καὶ δίκαιον κριτὴν κολληθήσεται καὶ εὑρήσει χάριν παρ' αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ ἐγένετο κατὰ πλάνην ἀκατευοδώτερος, εἰς ἄνθρωπον ψευδοκριτὴν ἥξει, καὶ θλιβήσεται παρ' αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις τοὺς ἀστέρας πίπτοντας ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἀπώλειαν ἀνδρῶν παρὰ βασιλέως κρινέτω.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, θάνατον μέγιστον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ὄψεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοὺς ἀστέρας πυροχρόους ἐπερχομένους ἀλλήλοις, διάφορα μηνύματα δέξεται διὰ τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ εἰς ἀπώλειαν αὐτῶν ἔσται ἀναλόγως τῆς πυρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ἢ ἡ αὔγουστα ἐκ οὐρανοῦ κατελθὼν ἀστὴρ ὡμίλησεν αὐτοῖς· παρὰ θεοῦ πᾶσαν χαρὰν καὶ πλήρωσιν τῶν ἐπιθυμιῶν αὐτῶν δέξονται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ τοῦτο ἴδῃ, εἰς χαρὰν ἕκαστος καὶ ὑγείαν γενήσεται, ἐὰν ἄρα νοσεῖ ἢ θλίβεται· εἰ δὲ μή, ἕκαστος χαρεῖται ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ βροχῆς. ροα'.

Ἡ βροχὴ εἰς αἰτήσεως ἐκπλήρωσιν καὶ εἰς ἔλεον διακρίνεται.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι ἐβρέχη ἡ χώρα αὐτοῦ· εὑρήσει πλοῦτον καὶ χαρὰν καὶ ἔλεος ἀπὸ θεοῦ.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τοῦτο ὁ βασιλεύς, ἐν καιρῷ χρείας βροχῆς, εἴ τι ἂν αἰτήσεται τὸν θεόν, δώσει αὐτῷ ὁ θεός.

Καὶ ἐὰν ἔχῃ λιμὸν ἡ γῆ αὐτοῦ, εὐφορήσει.

Εἰ δ᾽ οὐκ ἐν καιρῷ χρείας βροχῆς, ἡ κρίσις ἐλάσσων καὶ ἐλλειπεστέρα ἐστίν.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι πίνει ἐκ τῆς βροχῆς, εἰ μὲν ἐστὶ καθαρὰ, μετὰ τὴν εἰρημένην κοινὴν εὐεργεσίαν καὶ αὐτὸς ὁ πίνων μεγάλως εὐεργετηθήσεται.

Εἰ δὲ θολὸν, εὑρήσει νόσον καὶ θλίψιν ἀναλόγως τῆς πόσεως τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μόνος ὁ οἶκος αὐτοῦ βροχῇ ἐβεβρέχει, εὑρήσει ἡ φαμιλία αὐτοῦ νόσον λοιμώδη καὶ νόσους ὀξείας.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διαφόρων οἴκων οὕτως θεωρουμένων κατ᾽ ὄναρ, ἡ αὐτὴ κρίσις ἐστίν.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι συνῆξεν ἐκ τῆς αὐτῆς βροχῆς ἀνάλογον τοῦ πλήθους τῆς συνάξεως, θλίψιν καὶ ἐναντίωσιν εὑρήσει.

Si non eo tempore, quo pluuia desideratur: minus aliquanto virium habet interpretatio.

Si quis de pluuia bibere visus sibi fuerit, siquidem pura est, post indicatum illud publicum beneficium, & is, qui pluuiam bibit, magna diuinitus beneficia consequetur.

Sin turbida, in adflictionem & morbum incidet, prout multum bibisse visus sibi fuerit.

Si domum duntaxat suam pluuia madefactam videre visus fuerit, in morbum pestilentem & ægritudines acres familia eius incidet.

Similiter & de aliis diuersis ædificiis, quæ hoc modo conspici per quietem visa fuerint, eadem est interpretatio.

Si quis copiam pluuiæ quandam collegisse visus sibi fuerit, pro modo factæ collectionis, adflictionem & aduersitates experietur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ βροχῆς. ροβ΄.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι κατὰ τάξιν ἐβεβρέχει ὁ τόπος αὐτοῦ, οἱ κατοικοῦντες ἐκεῖσε ἀγαθοποιηθήσονται παρ᾽ αὐτοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἡ βροχὴ πλέον τῆς χρείας ἀτάκτως ἐφέρετο· οἱ κατοικοῦντες ἀγανάκτησιν ἕξονται παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ ὕστερον ἐλεηθήσονται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι καθ᾽ ὁδοῦ ἐβεβρέχει· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ἐναντίωσιν θελήματος δέξεται ἀνάλογον τῆς βροχῆς τῶν ἱματίων αὐτοῦ· καὶ ἐὰν ἔχῃ ταξείδιον ἐάσει αὐτό.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, καὶ ἐπὶ παντὸς προσώπου ἡ αὐτὴ κρίσις ἐστίν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐβεβρέχει μὲν ὁ τόπος ἔξωθεν τοῦ ἀέρος ἤτοι ἄνευ βροχῆς δι᾽ ἑτέρου ἤθους ἡ προσδοκία τῶν κατοικούντων ἐκεῖσε οὐ γενήσεται, ἀλλὰ νέον πρᾶγμα ἀπὸ ἐναντίας ἔσται αὐτοῖς, καὶ νόσον παρὰ φύσιν.

Consimiles rationes ex Persarum & Aegyptiorum monumentis. CAP. 172.

SI quis videre visus fuerit locum & regionem suam moderata pluuia rigatam, eius regionis incolæ regis beneficentiam experientur.

Sin vltrà, quàm vsus postulet, ac immoderatè pluat: incolæ regis indignationem experientur, & tandem misericordiam rursus impetrabunt.

Si visus sibi fuerit in itinere à pluuia madefactus, si rex est, aduersum aliquid voluntati suæ experietur, prout ipsius vestimenta maduerint. Quòd si etiam expeditio instituenda erit, omittet eam.

Similiter & de plebeis, déque persona quauis eadem est interpretatio.

Si quis videre visus fuerit locum irrigatum non ab aëre, siue pluuia, sed alio quodam modo: eius loci incolarum spes & expectatio frustra erit, adeóque nouam rem quandam aduersam, & morbos præter naturam experientur.

Vbicunque pluerit, pluuia pura cuiuis personæ bonum portendit: sin turbida fuerit, & impura, diuersum.

De luto, ex Indorum disciplina.

CAP. 173.

SI quis in luto visus sibi fuerit ambulare, sollicitudinem & adflictionem inueniet, pro ipsius luti copia.

Si fœtido in luto ambulat, adflictio grauior eum cum infamia, propter fœtorem, excipiet.

Si quis figulinum opus fecisse visus sibi fuerit de humo pura, experietur in auro suo malam administrationem, cum sollicitudine & adflictione.

Si videre visus fuerit aliquam vestem suam luto conspurcatam, adflictionem experietur, secundum expositam superiùs interpretationem, in iis personis, quas singulas ad vestes retulimus.

Similiter & in membris eadem est ratio, prout antea de singulis membris diximus.

De terrae faucibus, & alueis aquae pluuiae, ex Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque doctrina.

CAP. 174.

SI quis visus sibi fuerit iter facere, vel transire per fauces terræ ab aqua pluuia factas, ei ab hoste forti ac potente vis & adflictio quædam imminet.

Si magna cũ difficultate visus sibi fuerit eas penetrasse, ab hoste liberabitur.

Si videre visus fuerit, ablatam sibi vestem ab eadem aqua torrente: vel opum suarum, vel personarum, ad quas vestimentum quodlibet suprà relatum est, vi potentis alicuius hostis iacturam faciet.

Ὅπου ἂν βρέχῃ ἡ καθαρὰ βροχὴ, εἰς ἀγαθὸν τοῦ παντὸς προσώπου διακείνεται· εἰ δὲ ἔνθολος καὶ μὴ καθαρὸς, εἰς ἐναντίον.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ πηλοῦ. ρογ'.

ΕἈΝ τις ἴδῃ ὅτι περιπατεῖ ἐν πηλῷ, εὑρήσει μέριμναν καὶ θλῖψιν ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἰς δυσώδη πηλὸν περιπατεῖ, βαρυτέραν θλῖψιν καὶ φήμην κακὴν λάβῃ, διὰ τὴν δυσωδίαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπηλωποίει* χώματι καθαρῷ, εὑρήσει εἰς τὸ χρυσίον αὐτοῦ κακοδιοίκησιν ἐν μερίμνῃ καὶ θλίψει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπεπηλώθη τι τῶν ἱματίων αὐτοῦ, εὑρήσει θλῖψιν εἰς τὴν ἄνωθεν εἰρημένην κρίσιν ἐν οἷς ἕκαστον ἐκρίθη τῶν ἱματίων προσώποις.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν μελῶν ἡ αὐτὴ κρίσις ἐν οἷς ἕκαστον μέλος προεκρίθη.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ χαράδρας γῆς καὶ ὑετοῦ. ροδ'.

ΕἈΝ ἴδῃ τις ὅτι ἦλθεν ἢ ἐπέρα ἐν χαράδρᾳ γῆς ἐξ ὑετῶν, εὑρήσει ἀνάγκην καὶ θλῖψιν ἐξ ἐχθροῦ ἰσχυροῦ καὶ ἐξουσιαστοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπέρασεν αὐτὴν μετὰ δυσκολίας πολλῆς, ῥυσθήσεται αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἐπῆρε τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ καὶ κατήγαγεν ὁ ἰδὼν ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ· ἢ ἐκ τῶν προσώπων ἐν οἷς ἕκαστος ἐκρίθη ἱμάτιον, παρ' ἐχθροῦ ἰσχυροῦ ὑφελεῖ.*

Ὅταν ἴδῃ τις ἑαυτὸν ἀποπνιγόμενον ἐν αὐτῇ τῇ χαράδρᾳ, εἰς πόλεμον ἐχθροῦ ἰσχυροῦ ἀποθανεῖται.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἡ αὐτὴ χαράδρα δένδρα ἢ οἰκίας συνέτριψε καὶ κατήγαγεν· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ἄνδρας ἀναλόγως τῶν δένδρων καὶ χώρας ἀπολέσει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τὰ αὐτὰ κείνεται ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου * ἀπώλεια.

Quum quis in eodem alueo torrentis visus sibi fuerit suffocatus; in bello aduersus hostem validum occumbet.

Si quis videre visus fuerit eundem torrentem arbores cum ædificiis ablatas anexisse: si rex est, pro arborum modo tam homines, quàm terras amittet.

Si plebeius, ipsummet in prælio periturum portenditur.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ποταμῶν. ροε.

De fluminibus, ex Indorum disciplina.

CAP. 175.

ΟΙ ποταμοὶ εἰς πρόσωπον ἀνδρῶν ἀναλόγως τοῦ μεγέθους κεῖνται μικρῶν τε καὶ μεγάλων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἦλθε πρὸς τοὺς * μεγίστους ὄνομα ποταμοῦ παρὰ τῇ γραφῇ τοῦ περάσαι ἢ ὑδρεύσασθαι· εἰ μὲν ἐπέρασεν ἄνευ πλοίου δι' ἑτέρου δεήσεως ἐπιτεύξεται.

Εἰ δὲ ὑδρεύετο, εὑρήσει ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ μεγιστάνοις ἀνάλογον τῆς ὑδρεύσεως.

Εἰ δ' ἔπιεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ καὶ ἦν καθαρὸν καὶ ἡδὺ τὸ πόμα· εὑρήσει χαρὰν καὶ εὐζωΐαν ἐκ μεγιστάνου.

Εἰ δὲ ἔνθολον καὶ ἀηδές· εὑρήσει θλίψιν ἐκ τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς, καὶ νοσήσει.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκ τῶν ἄλλων ποταμῶν ὑδρεύετο· ἀπὸ κοινοῦ ἀνδρὸς εὑρήσει πλοῦτον ἀνάλογον τοῦ ποταμοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι διεκολύμβα ἐν τῷ ποταμῷ χάριν πόρου ἢ λούσεως· μετὰ αὐθεντίας ὑπὲρ ὧν ἀγωνίζεται μετ' ἀνδρὸς, ὑπονικήσει, ἐὰν ἄρα ἐπέρασεν· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Εἰ δὲ χάριν ἀπολούσεως ῥύπου· ἀποβάλλει τὴν θλίψιν αὐτοῦ δι' ἀνδρὸς μεγίστου ἀναλόγως τοῦ ποταμοῦ.

FLumina, pro ratione magnitudinis ipsorum, ad personas tam humilium, quàm magnorum hominum referuntur.

Si quis visus sibi fuerit ad maximum in scriptura flumen accessisse, vel transiiciendi, vel aquandi caussa: si absque nauigio transiecit, alterius intercessione, quod cupit, impetrabit.

Sin aquari visus est, de magnatis alicuius opibus sese collocupletabit, pro ipsius aquationis modo.

Si de flumine bibit, isque potus & limpidus & dulcis erat: à magnate quodam gaudium & dignitatem consequetur.

Sin turbidus erat, & insuauis: ab eiusmodi homine vexabitur, & in morbum incidet.

Similiter si de fluminibus aliis aquari visus sibi fuerit, opes ab homine plebeio consequetur, pro ipsius fluminis modo & quantitate.

Si visus sibi fuerit in fluuio natasse, transfectionis aut lauandi caussa: cum auctoritate superior euadet in iis caussis, de quibus ei cum alio lis est, modò transiecerit. sin autem, contrarium accidet.

Sin abluendarum sordium caussa natare visus sibi fuerit, amplissimi viri ope, pro ratione fluminis, ex ærumnis liberabitur.

Si

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt eiusmodi flumen deriuaretur: idque deriuatum deinde fuit: amplissimum quendam virum, pro modo fluminis, in seruitutem rediget, ac quò volet, transferet.

Si flumen in alueum suum reuerterit, maximus ille vir vicissim regis amorem in se flectet.

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt flumen aliquod ponte sterneretur: virum maximum liberè, non seruilem in modum, pro quantitate fluminis, amore sibi deuinciet.

Si rex visus sibi fuerit aquam fluuialē in lacus siue cisternas immisisse, pro modo & quantitate fluminis opes à maximo quodam viro acceptas in thesauros suos referet.

Si quis visus sibi fuerit confecisse receptaculum quoddam, instar lacus, déque fluminibus aquam eo deriuasse: diuitias ab aliis consequetur, & in thesauros suos congeret.

Aqua paulatim manans in morem fluminis, licet magnas vires habeat, si ab aliquo vel impediatur, vel obstruatur: non tamen ad amplissimum aliquem virum refertur, sed ad vitam hominum.

Quòd si quis aquam huiusmodi collegisse, suæque ditionis fecisse, visus sibi fuerit prout aqua limpida fuerit, & ipse viuendi breue vel longum spatium inueniet.

Quòd si videre sibi videatur alios quoque vicinos ex ea bibere: de suis opibus eis benefaciet, modò limpida & dulcis aqua fuerit.

Sin turbida, & ingrati saporis: tam ipse, quàm alij de ea bibentes, vitam miseram exigent.

Si locum suum rigare visus sibi fuerit, ad potestatem principis euehetur, & res præclaras ac vtiles inter homines geret.

Si quis visus sibi fuerit iter faciens in loco quodam ignoto, vel ex ignoto vase bibisse: si totum vas ebibit, citò morietur: sin aliquid in vase remansit, pro eius, quod superfuit, modo & portione, viuet.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι τοιοῦτον ποταμὸν ἐκέλευσε ϗ μετωχετεύθη· ἄνδρα μέγιστον, ἀνάλογον τοῦ ποταμοῦ καταδουλώσει, ϗ οἴσει ὅπου ἂν θέλῃ.

Εἰ δὲ πάλιν ἐστράφη ὁ ποταμὸς εἰς τὸν ἴδιον τόπον, ἀναστρέψει ὁ μέγιστος αὐτοῦ τὴν ἀγάπην τοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκέλευσε γεφυρωθῆναι ποταμὸν· ἀγάπην ἀπὸ ἀνδρὸς μεγίστου σπουδάσει ἐλευθέρως οὐ δουλικῶς ἀνάλογον τοῦ ποταμοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ποτάμιον ὕδωρ ἤγαγεν ἐν δεξαμεναῖς, πλοῦτον ἀνάλογον ἀπὸ ἀνδρὸς μεγίστου ἀναλόγως τοῦ ποταμοῦ ἀνάξει εἰς τοὺς θησαυροὺς αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εἰργάσατο δοχεῖον δίκην δεξαμενῆς καὶ συνήγαγεν ὕδωρ ἐκ ποταμῶν· ἐξ ἀνδρῶν πλοῦτον θησαυρείσας συνάξει.

Τὸ δὲ καταρρέον ὕδωρ ὀλίγον ποταμηδὸν, ὅσον ἰσχὺν τις εἰς κωλύειν ϗ διαφράσσειν· τοῦτο οὐκ εἰς μέγιστον, ἀλλὰ εἰς ζωὴν κεῖνται τῶν ἀνθρώπων.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνῆξε καὶ ἰδίασεν αὐτὸ, εὑρήσει ζωὴν ἀνάλογον τῆς καθαρότητος τοῦ ὕδατος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πίνουσιν ἐξ αὐτοῦ ϗ ἕτεροι πλησίον· ἀγαθοποιήσει αὐτοὺς ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ.

Ἐὰν ἐστὶ καθαρὸν ϗ ἡδύ· εἰ δὲ θολὸν ϗ ἀηδὲς, κακοζωήσει καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πίνοντες.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀρδεύει τόπον αὐτοῦ, ἐξουσιαστὴς γενήσεται, ϗ πράξει καλὰ ἐν ἀνθρώποις.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐν τόπῳ ἀγνώστῳ ἢ ἀγγείῳ ἀγνώστῳ ἔπιεν ὕδωρ καθ᾽ ὁδοῦ· εἰ μὲν ἔπιεν ὅλον τὸ ἄγγος· ταχέως ἀποθανεῖται· εἰ δὲ ἀπέμεινε τοῦ ἀγγείου, ὅσον ἀπέμεινεν ἀναλόγως, ζήσεται.

Ὅσον ἀπέμεινεν, ἀναλόγως ζήσεται, τὸ τρέχον ὕδωρ ὀξέως ἀδυνατώτερον εἰς κρίσιν τοῦ ῥέοντος ἠρέμα.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι εἰσῆλθεν, ἢ ἐκάθισε παρὰ τοῖς χείλεσι τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐγγὺς αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐκπηλώθη ἢ ἐδαφίσθη ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀναλόγως θλιβήσεται παρὰ τοῦ ἀνδρός.

Εἰ δὲ ἀπεβλήθη τοῦ ῥύπου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὕδατος, ἡ μέριμνα αὐτοῦ καὶ θλίψις ἀναλόγως παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀποσκυβαλισθήσεται.

Ὁμοίως ἐὰν εἰσῆλθεν ἕως τραχήλου ἢ ὑπὲρ κεφαλῆς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ· εὑρήσει θλίψιν καὶ ἀνάγκην ἐξ αὐτοῦ ἀνάλογον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κολυμβῶν ἦλθεν ἐν τῷ μέσῳ, εὑρήσει δεσμὸν καὶ θλίψιν ἀπὸ ἀνδρός.

Εἰ δὲ ἦλθε πρὸς τὴν γῆν, ὅσον ἀπῆν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀναλόγως ἀποκουφισθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεπνίγη ἐν αὐτῷ, ἀποθανεῖται διὰ χειρὸς ἀνδρὸς ἀναλόγως τοῦ ποταμοῦ.

Aqua celeriter fluens interpretationem debiliorem habet ea, quæ tranquillè modicéque manat.

Si quis visus sibi fuerit accessisse, vel consedisse propter amnis alicuius ripam, propè quidem vt abesset à flumine: si luto maculatus fuit, aut territus à flumine, consimiliter ab homine quodam affligetur.

Sin aqua sordes suas abluit, etiam pari ratione tam sollicitudo, quàm afflictio, ab illo altero illata, summouebitur.

Similiter si ad collum vsque vel supra caput ipsum fluminis aqua peruenit: parem afflictionem atque miseriam experietur.

Si ad medium vsque fluminis natando peruenisse visus sibi fuerit, in alicuius vincula & vexationem incidet.

Si terram adtigit, prout abfuerit ab ea, de miseriis subleuabitur.

Sin visus sibi fuerit in flumine suffocatus, hominis cuiusdam, fluminis magnitudini respondentis, manu conficietur.

Ἐκ τῶν Αἰγυπτίων περὶ ποταμῶν. ροϛʹ.

Οἱ ἄρδοντες τὴν γῆν ποταμοί, εἰς τὴν ζωὴν διακρίνονται τῶν ἀνθρώπων.

Ἐὰν ἴδῃ τις τὸν ἄρδοντα τὴν γῆν συνήθως ποταμὸν ξηρανθέντα· εὑρήσει ὁ τόπος λιμὸν καὶ μέριμναν καὶ θλίψιν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπλήμμυρεν ὁ ποταμός, εὑρήσει ὁ κατοικῶν χαρὰν καὶ εὐφορίαν, καὶ Φαραὼ εὐφρανθήσεται μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἀρδεύσαντος τοῦ ποταμοῦ τὴν γῆν κατελείφθησαν οἱ ἰχθύες, εὑρήσουσιν οἱ κατοικοῦντες καὶ πλοῦτον καὶ νόσους.

Εἰ δὲ κατελείφθησαν ὄφεις, καὶ βάτραχοι, καὶ ἑρπετά· πόλεμον εὑρήσουσιν ἀπὸ ἐχθρῶν καὶ νικήσουσιν αὐτούς· ἐὰν ἄρα κατανικήσωσιν αὐτῶν· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.

De fluminibus, ex Aegyptiorum monumentis.

CAP. 176.

Flumina, quæ terram irrigant, hominum vitam significant.

Si quis videre visus fuerit flumen exiccatum, quod terram irrigare solebat: is locus & annonæ caritate, & sollicitudine, & afflictione grauabitur.

Si flumen exundasse visum fuerit, incolæ gaudium fertilitatémque consequentur, & ipse Pharao cum magnatibus suis lætabitur.

Si videre quis visus fuerit, irrigata per fluuium terra, remansisse pisces: incolæ simul & opes, & morbum inuenient.

Si serpentes remanserint, & ranæ, & bestiæ reptiles: ab hostibus bellum eis inferetur, quos ipsi superabunt, si modò reptilia vicisse visi fuerint. sin minus, contrarium accidet.

Similiter & illa flumina, quæ terram non irrigant, ad hominum personas, proportionis habita ratione, referuntur. Quidquid eis acciderit vel boni, vel mali: hominibus eueniet.

Si quis retia visus sibi fuerit in flumen abiecisse, piscium capiundorum caussa, feliciterque iactum cessisse: si rex est, tam belli curis, quàm reliquis grauatus, exitum felicem experietur. sin autem, diuersum eueniet.

Si cui plebeio visum hoc oblatum fuerit, prout ipse iactus successerit, opes inueniet. Si planè non successerit, contrarius euentus erit.

De somnio cuiusdam.

CAP. 177.

QVidam vsurpata domini sui persona, Sereimum somniorum interpretem tentandi caussa conuenit, cúmque consuluit in hunc modum. Visus sum per quietem totum ebibisse Tigrim fluuium. Cui Sereimus: Hoc somnium minimè tuum est, ait. nam fieri nequit, vt in te cadat. Ille rem sic esse, fassus: Equidem, ait, hoc somnium non habui: sed herus meus. Tum Sereimus: Domum reuersus, inquit, eum mortuum inuenies. Vti dixerat, ita factum est.

De mari, ex Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque rationibus. CAP. 178.

MAre, cum profunditate sua, magni regis ad personam refertur: vtque amnes vniuersi in mare semet exonerant, sic ad regem opes vniuersæ confluunt.

Si rex videre visus fuerit, nouos quosdam amnes & inusitatos ad mare peruenisse: à longè dissitis gentibus opes & gaudium consequetur.

Ὁμοίως καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ οὐκ ἀρδεύοντες τὴν γῆν εἰς πρόσωπον ἀνδρῶν ἀναλόγως κρίνονται. καὶ εἴ τι δ᾽ ἂν πάθωσι καλὸν ἢ κακὸν, τοῖς ἀνδράσιν ἀποβήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι δίκτυα ἔβαλεν ἐν ποταμῷ, σαγηνεῦσαι ἰχθύας, καὶ ἐπέτυχεν· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, μέριμναι ἣν ἔχει ἐν τῷ πολέμῳ καὶ λοιπαῖς εἰς ἀγαθὸν ἀποβήσονται· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Τοῦ κοινοῦ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, εὑρήσει πλοῦτον ἐν ἀναλόγως· εἰ δὲ οὐκ ἐπέτυχεν, τοὐναντίον.

Περὶ ὁραμάτων ἐρωτήσεως. ροζ.

ΟἹκειοποιησάμενός τις τὸν ἴδιον δεσπότην πειράζων, ἦλθε καὶ ἠρώτησε τὸν ὀνειροκρίτην Σηρεὶμ λέγων. εἶδον κατ᾽ ὄναρ ὅτι ἔπιον πάντα τὸν Τίγριδα ποταμόν· ὁ δὲ ἔφη. τοῦτο σὺ οὐκ εἶδες· ἀδύνατον γὰρ, καὶ ὡμολόγησεν, ὅτι οὕτως ἔχει· ἐγὼ μὲν οὐκ εἶδον ἀλλ᾽ ὁ πέμψας με δεσπότης. καὶ εἶπεν ὁ Σηρεὶμ· ἀπελθὼν, εὑρήσεις αὐτὸν θανόντα. καὶ καθὼς εἶπεν, οὕτως ἐγένετο.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ θαλάσσης. ροη.

Ἡ θάλασσα καὶ ὁ βυθὸς εἰς πρόσωπον τοῦ μεγάλου κρίνονται βασιλέως· καὶ ὥσπερ οἱ ποταμοὶ πάντες, βάλλουσιν ἐν αὐτῇ, οὕτως καὶ πᾶς ὁ πλοῦτος τοῦ κόσμου εἰσρεῖ ἐν αὐτῷ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι νέοι ποταμοὶ προσέβαλον εἰς τὴν θάλασσαν ἀσυνήθεις· πλοῦτον ἐξ ἐθνῶν μακρόθεν καὶ χαρὰν αὐτὸς δέξεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοὺς συνήθεις ποταμοὺς ὅτι ἀπεστράφησαν τοῦ βάλλειν ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἡ * εἰσκομιδὴ μὲν αὐτοῦ λείψει, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐλαττονήσει. οὐδὲ γὰρ ἡ θάλασσα τοῦτο πάσχει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιεν ὕδωρ θαλάσσης, εὑρήσει πλοῦτον παρὰ τοῦ βασιλέως ἀνάλογον τῆς πόσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐδέσποσε τὴν θάλασσαν, κληρονόμος ἔσται τῆς βασιλείας πάσης, καὶ βασιλεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὑδρευσάμενος ἐκ τῆς θαλάσσης κατήγαγεν ἐν ἀγγείοις εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· ἐμπλησθήσεται πλούτου βασιλικοῦ, ἀναλόγως τῶν ἀγγείων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἠλιέρευσεν ἰχθύας ἐν τῇ θαλάσσῃ δελέασι, εὑρήσει πλοῦτον παρὰ βασιλέως, ἀνάλογον τῆς ἀγρεύσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ δικτύων ἤγρευσε φανερῶς, μετὰ δουλείας ὀρθῆς πλουτήσει ἐξ αὐτῆς, ἀναλόγως τῆς ἄγρας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι περιεπάτει τὸν αἰγιαλὸν, τοὺς πόδας ἔνιζεν, πλησιάσει τῷ βασιλεῖ καὶ εὑρήσει χαρὰν, ἀνάλογον τῆς πλύσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐνεπηλώθη· * εὑρήσει παρὰ τοῦ βασιλέως ἀνάλογον τῆς ἐμπηλώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ μακρόθεν τὴν θάλασσαν γαληνιῶσαν, εὑρήσει χαρὰν παρ' αὐτοῦ βασιλέως μετριωτέραν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἰσῆλθεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἄχρι ζώσεως, καὶ ἀπελούσατο οἰκεῖος ἔσται τῷ βασιλεῖ καὶ χαρήσεται ἀναλόγως τῆς πλύσεως.

Εἰ δὲ εἰσῆλθεν ἄχρι κορυφῆς· καλυφθεὶς εὑρήσει μέριμναν καὶ θλίψιν καὶ ἀνάγκην μεγάλην παρὰ τοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἐκολύμβα μόνον, εὑρήσει στενωσιν καὶ βίαν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀποβήσεται αὐτῷ ἀναλόγως τῆς ἐγγύτητος τῆς γῆς· * ἤτοι εἰ μὲν πλησίον ὢν, ἐλάττονα ἔσται ταῦτα, εἰ δὲ μακρὰν, σφοδρότερον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεπνίγη ἐν τῇ θαλάσσῃ, τελευτήσει τιμωρηθεὶς, παρὰ τοῦ βασιλέως.

Sin vsitatos amnes auersos videre visus fuerit, quo minus in mare semet exonerarent: prouentus quidem eius deficient, at ipse non deminuetur. Nec enim hoc mari accidere potest.

Si quis visus sibi fuerit aquam bibisse marinam, opes à rege consequetur, prout multum parúmve bibit.

Si quis visus sibi fuerit factus maris dominus, in vniuerso regno succedet, ac imperabit.

Si quis somnium habuerit, quasi aquandi caussa de mari hauserit, & vasis aquam in domum suam effuderit: pro vasorum ratione, regiis opibus implebitur.

Si quis visus sibi fuerit escis hami pisces in mari cepisse, pro modo capturæ diuitias à rege consequetur.

Si reti visus sibi fuerit piscatus, apertè cum recta seruitute, pro capturæ modo, à rege ditabitur.

Si somnium habuerit, quasi propter litus obambulans, pedes abluerit: ad regem propiùs accedet, próque loturæ modo lætitia beabitur.

Si visus sibi fuerit iuxta litus maris in cœnum incidisse, à rege adfligetur, prout demersus in lutum fuerit.

Si longo ex interuallo mare tranquillum videre videatur, lætitiam à rege minorem impetrauit.

Si mare visus sibi fuerit ingressus ad cincturam vsque, séque abluisse: regi familiaris erit, próque modo lotionis exhilarabitur.

Sin ingressus ita fuerit, vt ad verticem vsque cooperiretur: & sollicitudinem inueniet, & adflictionem, & magnam à rege vexationem.

Si tantummodo natabat, oppressionem & vim regis experietur: ac prout à terra propiùs aut longiùs abfuerit, euentus diuersos sentiet.

Si visus sibi fuerit in mari suffocatus, à rege suppliciis adfectus vitam finiet.

Si quis mare tranquillum ex interuallo proximo videre visus fuerit, omni molestia liberabitur, & gaudebit.

Si rex mare vehementer à vento quodam noto turbatum videre visus fuerit, à natione versus illum ventum habitante turbas accipiet.

Si videre visus fuerit post illam maris commotionem eiectos canes, aliásque belluas marinas: magnates ipsius *in furore eius* peribunt.

Si tranquillum mare videre visus fuerit, ex regno suo delectationem capiet.

Sin turbatum, & ipse turbabitur.

Quòd si etiam visum hoc alij fuerit oblatum, ad personam regis interpretatio pertinet.

Si visus sibi fuerit ambulare super aquas maris, & fiduciam, & potestatem, & familiaritatem à rege impetrabit.

Si visus sibi fuerit supinus in aquis ferri, quocunque vellet: huius quoque visi potior & pretij maioris est interpretatio, quàm aliorum iam indicatorum. Sed nō omnibus offertur, nisi principatum obtinentibus, & qui familiaritatem regis intimam sunt consequuti.

Si rex visus sibi fuerit pisces cepisse viuos, aut aliquid è profundo traxisse, atque aliis dedisse, vel quodam in loco deposuisse: subditos ditabit, aut thesauros congeret.

De nauibus, ex Indorum disciplina. CAP. 179.

NAues ad diuersas personas interpretando referuntur.

Si quis intra nauem visus sibi fuerit mortuus: mors istæc, quam in naui obiit, vitam, & ex miseria liberationem significat.

Si visus sibi fuerit implesse nauim bonis suis, vt peregrè abiret: sollicitudinem & afflictionem inueniet.

Εἰ δὲ ἴδῃ ἐξαίφνης γαληνιῶσαν τὴν θάλασσαν, πάσας ἀνίας ἀποβαλεῖ, καὶ χαρήσεται.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τὴν θάλασσαν σφόδρα ταραχθησομένην ὑπὸ ἀνέμου γνωρίμου, ἐκ τοῦ κατοικοῦντος πρὸς τὸν ἄνεμον ἔθνους ταραχθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ τὸ ταραχθῆναι τὴν θάλασσαν ἐξενέχθησαν κυνίσκοι ἢ ἕτεροι θῆρες ἐνάλιοι, ἐν θυμῷ αὐτοῦ ἀπολοῦνται μεγιστᾶνες αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ γαληνιῶσαν, εὐφρανθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ταρασσομένην, ταραχθήσεται καὶ αὐτός.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλος εἴ τις ἴδῃ τοῦτο, εἰς πρόσωπον τοῦ βασιλέως ἐστὶν ἡ κρίσις.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι περιεπάτει ἐπάνω τῶν ὑδάτων τῆς θαλάσσης, θάρσος καὶ ἐξουσίαν καὶ οἰκειότητα ἕξει παρὰ τοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὕπτιος ἐφέρετο ἐν τοῖς ὕδασιν ἔνθα ἤθελε· καὶ τοῦτο μεῖζον τῶν εἰρημένων εἰς ἔκβασιν, πλὴν οὐ πᾶσι τοῦτο θεωρεῖται, ἀλλ' ἢ τοῖς προκρίνουσι καὶ τοῖς μέλλουσιν οἰκειωθῆναι σφόδρα.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐζώγρει ἰχθύας ἢ ἀνεῖλκεν ἐκ τοῦ βυθοῦ τι καὶ ἐδίδου ἑτέροις ἢ ἐτίθει ἐν τόπῳ· πλουτήσει τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἢ θησαυρίσει αὐτά.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ πλοίων. ροθ'.

ΤΑ πλοῖα εἰς διάφορα πρόσωπα κρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔνδοθεν [τοῦ πλοίου ἀπέθανεν, ὁ θάνατος ὁ ἐν] πλοίῳ ζωὴν καὶ λύτρωσιν ἀνάγκης σημαίνει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπλήρωσε πλοῖον τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ πρὸς τὸ ἀποδημῆσαι· εὑρήσει μέριμναν καὶ θλίψιν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἰσελθὼν * ἐξ οὐρίας ἔπλει προκόψει, καὶ εὑρήσει χάριν ἀνάλογον ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ.

Εἰ δὲ ἦν ἐναντίος ὁ ἄνεμος· εὑρήσει θλῖψιν καὶ νόσον καὶ δεσμὸν, καὶ θελημάτων κωλύματα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι * ἦλθεν ὁρμῆσαι τῇ γῇ· ἡ θλῖψις αὐτοῦ κουφοτέρα ἔσται, καθ' ὅσον ἐπλησίασε τῇ γῇ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐνεβλήθη σῖτος ἢ ὄσπρια ἑαυτῷ· εὑρήσει μερίμνας καὶ θλῖψιν μακρὰν, ἀνάλογον τοῦ πλήθους· οὐκ ἀπολεῖται δέ. σωτηρία γάρ ἐστι τὸ πλοῖον.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκτίσε πλοῖον ἐμπορικὸν, συναγωγὴν ἀνδρῶν διὰ μυστήρια ποιήσει· καὶ τοῦτο δὲ μεγίστοις θεωρεῖται.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἀπετέλεσεν αὐτὸ εἰς ἀρέσκειαν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐν πᾶσι θεάσεται.

Εἰ δὲ ἐλείπετο· ἕξει μακροημέρευσιν ἀνάλογον τοῦ ἔργου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἠρμένιζεν ἐν τῇ ξηρᾷ, εὑρήσει μερίμνας μακρὰς, εἰς ταξείδιον μακρὸν, καὶ τὰ ἔσχατα αὐτοῦ εἰς ἀπώλειαν.

Si nauem ingressus vento prospero nauigasse visus sibi fuerit: suis in rebus proficiet, atque gaudium, pro ratione successus in nauigando, à principe consequetur.

Si ventus contrarius fuerit: & adflictionem inueniet, & morbum, & vincula, & eorum, quæ cupit, impedimenta.

Si visus sibi fuerit ad terram accessisse propiùs, vt adpelleret: tanto leuior, eius adflictio fiet, quanto ad terram propiùs adpulerit.

Si quis videre visus fuerit onetatam nauim frumento, vel leguminibus: sollicitudinem & adflictionem diuturnam inueniet, copiæ frumenti & leguminum respondentem. Non perit tamen. Nauis enim salutem denotat.

Si quis visus sibi fuerit ædificare nauem mercatoriam, arcanæ rei caussa quosdam homines conuocabit. Atque hoc ipsum quoque visum non nisi maximis offertur.

Quòd si nauim hanc ad animi sui lubitum perfecisse visus sibi fuerit, etiam ipse desiderium suum in omnibus rebus explebit.

Si quid deerat: & ipse negotia sua tardiùs expediet, pro ipsius operis modo.

Si visus sibi fuerit in terra sicca velis explicatis nauigare, sollicitudinem longam in exigui momenti expeditione quadam inueniet, & extrema ipsius ad interitum tendunt.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ πλοίων. ρπ'.

De nauibus, ex Persarum Aegyptiorumque rationibus.

CAP. 180.

ΕΑ'Ν ἴδῃ τις ὅτι ἐν πλοίῳ διέπλει ποταμὸν, ἢ θάλασσαν· τὸ πλοῖον σῶμα αὐτοῦ ἐστι, καὶ εἰς ἀφοβίαν ἐχθρῶν.

Καὶ εἰ μὲν ἐκινδύνευσε τὸ πλοῖον, ἀπολέσει τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ, καὶ νοσήσει.

Εἰ δὲ διωρθώθη, ἕκαστος εὐφορήσει ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι πλοῖα ἐκτήσατο ἐμπορικὰ, δούλοις σοφῆ * ἐμπορήσει τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

SI quis visus sibi fuerit naui flumen aut mare transiecisse, nauis hæc corpus ipsius significat, & securitas ab hostibus portenditur.

Quòd si nauis periclitata est, salutem ac valetudinem suam, ægritudine correptus, amittet.

Si directò transiecit, in professione quisque sua successus habebit prosperos.

Si quis visus sibi fuerit naues mercatorias comparasse, seruorum domésticorum opera locuples & opulentus erit.

Ac si quidem videre visus fuerit naues periclitatas, periculum seruis eius imminet, atque ipse ad inopiam redigetur.

Si naues struere visus sibi fuerit, accessio diuitiarum pro ratione ac numero nauium, quas ędificaturum se sperat, portenditur.

De nauibus regiis.

CAP. 181.

NAues regiæ bello destinatæ, ad bellum interpretando referuntur.

Nauis, in qua rex ipse sedet, ad Augustæ personam refertur.

Similiter, nauis, in qua Augusta sidet, ad Regis personam spectat.

Si quis dromonem regium vel rimas egisse vel in periculo constitutum, videre visus fuerit: hoc ad interitum Augustæ spectat.

Si rex videre visus fuerit dromonem suum aquam haurientem, aut alio modo quodam adfectum: in morbum Augusta incidet, prout ipsa nauis adfecta fuerit.

Si dromo regius egisse rimas visus fuerit, ad ipsius vsque regis sellam: Augusta morietur.

Si nouum dromonem struxisse visus sibi fuerit, pro modo tincturæ illius, ac pulchritudinis, coniugem inueniet.

Si thronum in eodem illo nauigio constituisse, visus sibi fuerit: ex ea filium, hæredem regni, suscipiet.

Si videre visus fuerit thronum illum vel fractum, vel incensum, vel alio quodam modo corruptum: hoc ad interitum filij refertur.

Si videre visus fuerit, dromonem suum prorsus in mari defixum, in adflictionem & turpitudinem Augusta incidet, pro ratione temporis, quo defixa nauis hæsit, neque tamen interibit.

Si plures sibi dromones struxisse visus fuerit, peculiariter sibi concubinas adquiret, eásque multum euehet.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκινδύνευσαν τὰ πλοῖα, ὁ κίνδυνος εἰς τοὺς αὐτοῦ δούλους ἐστὶ, καὶ πτωχεύσει αὐτός.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κτίζει πλοῖα, * πλούτου προσθήκην ἀνάλογον τῶν πλοίων τῶν προσδοκωμένων ἕξει.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ βασιλικῶν πλοίων. ρπα΄.

ΤΆ βασιλικὰ πλοῖα τὰ εἰς πόλεμον, εἰς πολέμους κρίνονται.

Καὶ τὸ πλοῖον ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς κάθηται, εἰς πρόσωπον τῆς αὐγούστης κρίνεται.

Ὁμοίως καὶ τὸ πλοῖον τὸ τῆς αὐγούστης, εἰς πρόσωπον τοῦ βασιλέως κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις τὸν βασιλικὸν δρόμωνα ὅτι ἐσχίσθη ἢ ἐκινδύνευσεν· εἰς ἀπώλειαν τῆς αὐγούστης τοῦτο κρινέτω.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐσύρεσεν ὁ δρόμος αὐτοῦ ἢ ἔπαθέν τι, ἡ αὐγοῦστα νοσήσει ἀναλόγως τοῦ πάθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσχίσθη ἕως τῆς καθέδρας αὐτοῦ, ἀποθανεῖται ἡ αὐγοῦστα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι νέον δρόμωνα εἰργάσατο, ἀναλόγως τῆς βαφῆς καὶ τοῦ κάλλους εὑρήσει γυναῖκα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι θρόνον ἔστησεν ἐν τῷ αὐτοῦ πλοίῳ· εὑρήσει ἐξ αὐτῆς υἱὸν καὶ κληρονόμον τῆς βασιλείας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὁ θρόνος ἐκλάσθη ἢ ἐνεπρήσθη ἢ ἔπαθέ τι, εἰς ἀπώλειαν τοῦ υἱοῦ τοῦτο κρίνεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὁ δρόμων αὐτοῦ ἐπήγη τελείως ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἡ αὐγοῦστα εἰς θλῖψιν καὶ αἰσχύνην ἐλεύσεται ἀνάλογον τοῦ χρονισμοῦ, καὶ οὐκ ἀπολεῖται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔκτισε δρόμωνας ἰδίους, γυναῖκας παλλακὰς κτήσεται, τὶ καὶ ὑψώσει αὐτάς.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ πάθῃ τι τὸ πλοῖον τῆς αὐγούστης· ἔσται ἡ κρίσις εἰς πρόσωπον αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ τὸν στόλον αὐτοῦ ἐξοπλισθέντα καὶ κινήσαντα πρὸς πόλεμον, ἔχοντα καὶ εὔπλοιαν· ἀναλόγως τῆς εὐπλοίας κατευοδωθήσεται· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὰ * ἄρμενα αὐτῶν ἐγένοντο ὑψηλὰ καὶ μεγάλα πλέον οὗ ἦσαν· εὑρήσει χαρὰν, καὶ νίκας ἐχθρῶν ἀναλόγως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀποπέμπουσι πῦρ εἰς ἐμπρησμὸν ἑτέρων πλοίων ἢ τόπων· τοσοῦτον νικήσουσι τοὺς ἐχθροὺς, ὅσον ἐνήργησε τὸ πῦρ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι αὐτὰ ἐκεῖνα ἐνεπρήσθησαν, ἡ ἀπώλεια ἐν αὐτοῖς ἔσται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι νέον στόλον πλοίων πολλῶν ἔκτισε, στρατὸν δυνατὸν ἀναλόγως ἐπισυνάξει κατ' ἐχθρῶν αὐτοῦ.

Καὶ ἕτερος ὅστις ἂν ἴδῃ ταῦτα, εἰς τὸν βασιλέα κρινέτω.

Similiter si quid accidisse naui suæ, videre visus fuerit: eius interpretatio ad Augustæ personam pertinebit.

Si videre visus fuerit classem suam instructam, quæ ad bellum sese mouerit, prosperámque nauigationem nacta sit: omnia pro modo prosperitatis in nauigando, feliciter ei cedent. Sin autem, contrarium accidet.

Si videre visus fuerit nauium suarum vela tum sublimiora, tum maiora facta, quàm prius erant: pro eorum ratione ac modo, lætitiam inueniet, & de hostibus victoriis potietur.

Si videre visus fuerit eas ignem emittentes, ad incendendum naues alias, vel terras: quantum sanè virium & efficacitatis ignis ipse habuit, tantundem victoriarum de hostibus reportabunt.

Si naues suas accensas videre visus fuerit, interitus eis imminet.

Si nouam classem multarum nauium condidisse visus sibi fuerit, pro earum numero validas aduersus hostes suos copias rursus coget.

Licet idem visum alicui, quicunque tandem is sit, oblatum fuerit: ad regem refertur.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ φρεάτων. ρπβʹ.

ΕΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἀντλεῖ ὕδωρ φρεάτιον, καὶ ἔστι καθαρόν· ἐὰν ἐστὶν αὐτὸς ὁ ποιητὴς τοῦ φρέατος, εὑρήσει χρυσίον ἀνάλογον ἀπὸ παρθένου κόρης.

Εἰ δὲ ἀντλεῖ ὕδωρ θολερὸν, εὑρήσει θλῖψιν ἀπ' αὐτῆς καὶ νόσον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ποτίζει ὕδωρ ἐκ τοῦ φρέατος ἑτέρους καθαρὸν, ἢ θολόν· ἀπὸ ταύτης ἑτέροις πλουτίσει ἢ θλίψει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπ' ἀγωγοῦ δέχεται ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὕδωρ, νέμων καὶ ἄλλοις, ἀπὸ κλήρου ἀπροσδοκήτως πλουτήσει καὶ ἄλλους ἐξ αὐτῆς. *

De puteis, Indorum, Persarum & Aegyptiorum explanationes. CAP. 182.

SI quis aquam putealem haurire visus sibi fuerit, eámque limpidam: si quidem ipsemet puteum illum fecit, aurum à puella virgine consequetur, quod aquæ copiæ respondebit.

Sin aquam turbidam haurit, ab ea vexabitur, & in morbum incidet.

Si visus sibi fuerit aliis ex aqua puteali potum præbere, quæ vel limpida, vel turbida fuerit: per eam virginem alios aut locupletabit, aut affliget.

Si quis visus sibi fuerit aquæ ductus quosdam in ædes suas accepisse, atque aliis aquam inde impertiuisse: præter expectationem ex hæreditate quadã ditescet, aliósque vicissim collocupletabit.

Atque

Atque hæc aqua sanè puteali præfertur, & ad eorum vitam spectat interpretatio, qui ædes illas inhabitant.

Si aquam eiusmodi videre visus fuerit exiccatam, hoc ad interitum pertinet.

De aquarum scaturigine, Indorum, Persarum, Aegyptiorum interpretationes.

CAP. 183.

SI quis visus sibi fuerit ad aquæ scaturiginē delatus, inde bibisse: sollicitudinē & adflictionem inueniet, prout bibisse visus est, modo locus ignotus fuerit.

Si videre visus fuerit, quasi de pariete, vel alio loco, vel domo quadam, vltra naturæ modum aqua scaturierit: eius loci incolæ sollicitudinem & vexationem inuenient, pro modo scaturiginis. Plerumque nimirum hæc lamentationem & interitum portendunt.

Si collegisse copiam quandam illius aquæ visus sibi fuerit, calamitas pro aquæ collectæ modo diuturnior erit.

Sin eam exaruisse, vel euanuisse, per quietem viderit: malum ipsum quoque cessabit.

De calidis aquis, Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque rationes. CAP. 184.

SI quis calidam bibisse visus sibi fuerit, indignationem alicuius, & adflictionem experietur: prout aqua feruere visa fuerit.

Quantum enim ea, quæ frigida est, boni portendit: tantùm aqua feruens aduersi denotat.

Similiter si quis aqua calida visus sibi fuerit ablui, ærumnam minorem experietur.

Si vinum calida mistum bibere visus sibi fuerit, à principe vexabitur.

Καὶ τοῦτο κάλλιον ἐστὶ τοῦ φρεατίου ὕδατος, εἰς τὴν ζωὴν γὰρ τῶν κατοικούντων κεῖνται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὸ τοιοῦτον ὕδωρ ἢ ἐξηράνθη ἢ ἐβράχη, εἰς ἀπώλειαν τούτων κεῖται.

Ἐκ τῶν Περσῶν, Ἰνδῶν, καὶ Αἰγυπτίων περὶ βρύσεως ὑδάτων. ρπγ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἦλθεν εἰς βρύσιν ὕδατος ἔπιεν, εὑρήσει μερίμνας ἀνάλογον ὅσον ἔπιεν· ἂν ἄρα ἐστὶν ἀγνώριστος ὁ τόπος.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἀπὸ τοίχου, ἢ ἀπὸ ἑτέρου τόπου ἢ οἴκου ὑπὲρ φύσιν ἔβρυσεν ὕδωρ· εὑρήσουσιν οἱ κατοικοῦντες μερίμνας καὶ θλίψιν ἀνάλογον τῆς βρύσεως. καὶ τὸ πλεῖον εἰς κλαυθμὸν καὶ ἀπώλειαν κεῖνται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι συνῆξεν ἐκ τοῦ ὕδατος, ἔσται τὸ πάθος ἀναλόγως μακρότερον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπεψύγη καὶ ἔπαυσεν· ἔσται παῦσις τοῦ πάθους.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ θερμῶν ὑδάτων. ρπδ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἔπιε θερμόν· εὑρήσει ἀγανάκτησιν καὶ θλίψιν ἀνάλογον τῆς ζέσεως.

Ὅσον γὰρ τὸ ψυχρὸν κεῖνται εἰς καλόν· τοσοῦτον τὸ ζέον εἰς ἐναντίον.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐνίψατο θερμῷ ὕδατι· θλίψιν εὑρήσει ἥττονα.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔπιεν οἶνον μετὰ θερμοῦ, εὑρήσει θλίψιν ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι περιπατεῖ ἐν θερμοῖς, εὑρήσει θλίψιν εἰς δούλους αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπέκλυσε θερμῷ τὸ στόμα αὐτοῦ, ἀγανάκτησιν εὑρήσει εἰς τὴν φαμιλίαν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐνίψατο θερμῷ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, εἰς ἀγανάκτησιν λαοῦ ἡ κρίσις ἀναλόγως τῆς ζέσεως.

Ἐκ τῶν Περσῶν, Ἰνδῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λουτροῦ. ρπε΄.

Τὸ λουτρὸν κατ' ὄναρ εἰς θλίψιν καὶ ἀγανάκτησιν διακρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ἑαυτὸν εἰς λουτρὸν εἰσιέναι, λουσθῆναι, καὶ ἦν ἔμπυρον, εἰς θλίψιν οἰκείαν ἐλεύσεται, ἀναλόγως τῆς ἐκπυρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μόνον ἀπεγυμνώθη, καὶ οὐκ εἰσῆλθεν ἐν τῷ λουτρῷ, εἰς θλίψιν μὲν μεγάλην ἐμπεσεῖται, ἀλλὰ διασκεδασθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μόνον εἰσῆλθεν εἰς τὸν λουτρὸν, καὶ ἐχρίσατο καὶ ἀπελούθη, εἰ μὲν ἔστι πλούσιος, ἐν θλίψει ἀποβαλεῖ τὸ χρυσίον αὐτοῦ ἀναλόγως τῆς ἀποβολῆς τῶν τριχῶν.

Εἰ δὲ ἔστιν ὁ ἰδὼν ἐν θλίψει ἢ νόσῳ ἢ δεσμοῖς, ἀποβαλεῖται ταῦτα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐλούσατο χλιαρῷ ὕδατι ἐν θερμοῖς, εὑρήσει θλίψιν ἐλάσσονα καὶ μέριμναν.

Εἰ δὲ ἐλούσατο μεθ' ὕδατος μὴ λίαν ψυχροῦ καὶ ἀπελούθη, ἀποβαλεῖ θλίψιν.

Εἰ δὲ λίαν ψυχροῦ, εἰς τὴν κρίσιν τοῦ ζέοντός ἐστι.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ὑδρεύσεως ἐν λινοῖς ἱματίοις καὶ ἐν ἀγγείοις οἷς ἀπαράδεκτον ὑδρεύεσθαι. ρπϛ΄.

Si visus sibi fuerit in calidis aquis ebambulare: adflictionē in seruis habebit.

Si visus sibi fuerit os suum eluisse calida, familiæ suæ caussa dolorem experietur.

Si calida faciem lauit, indignatio populi portenditur, pro modo feruoris.

De lauacro, ex Persarum, Indorum, & Aegyptiorum sapientia. CAP. 185.

Balineum per quietem visum, adflictionis & doloris significationem habet.

Si quis in somnis visus sibi fuerit intrasse balineum, lauandi caussa, idque feruentissimum fuisse: pro modo feruoris, in adflictionem & ærumnam sibi peculiarem incidet.

Si tantùm exutus vestimentis, non etiã ingressus balineum, visus sibi fuerit: in adflictionem incidet, at illa dissipabitur.

Si balineum duntaxat ingredi visus sibi fuerit, & perungi, & ablui: si diues est, in adflictione aurum suum amittet, pro modo amissorum pilorum.

Sin is, qui somnium habuit, adfligitur, aut æger est, aut in vinculis detinetur: ab hisce malis liberabitur.

Sin ablui visus sibi fuerit aqua tepida, minorem & adflictionem, & sollicitudinem inueniet.

Si lauerit aqua non nimis frigida, vexatione liberabitur.

Sin valde frigida, interpretatio erit eadem, quæ de feruente.

De aquatione facta per vestes lineas, vel ex vasa, quibus aqua contineri nequit.

CAP. 186.

SI quis visus sibi fuerit aquam tulisse lineo vestimento, vel alio vase, quo nequit aqua cõtineri: homini perfido committet aurum suum, aut in loco non tuto abscondet.

Si per quietem videre visus fuerit, aquã in eis saluam sibi fuisse, conseruabit & aurum, sed magna cum trepidatione.

Sin effluxerit aqua, perdet aurum.

Sin ab aqua vas eiusmodi ruptum videre visus fuerit: aurum eius, vbicunque locorum fuerit, manifestabitur.

Si vas ipsum defodisse visus sibi fuerit, vnà cum aqua: in exitium incidet, ac hominibus erit spectaculo.

De aqua poculo hausta.

CAP. 187.

POculum ad personam mulieris refertur.

Si quis poculum vitreum, aqua plenum, sumpsisse visus sibi fuerit: vxorem accipiet, & liberos ex ea procreabit.

Nam quidquid vitreum est, ad mulieris personam spectat.

Si poculum illud fractum videre visus fuerit, aqua nihilominus salua: mulier morietur, & partus viuet.

Sin aqua effusa, vas saluum videre visus fuerit, morietur infans, salua muliere.

Si vitreo caucalio visus sibi fuerit aquã populo adfundere: beneficus erit, & mercedem atque famam inueniet, pro modo effusionis.

Si aquam fudisse visus sibi fuerit, & accepisse mercedem: nimirum mercedem suam iam habet, & infamia notabitur.

Si populo visus sibi fuerit aquam limpidam adfundere, de qua populus sitiens hauserit: si rex est, qui somnium habuit, homines vi coactos exhilarabit, ac proteret, populique princeps & iudex erit.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἦρεν ὕδωρ ἐν λινῷ ἢ ἐν ἑτέρῳ ἀγγείῳ ἀπαραδέκτῳ· ἐπὶ καταπιστεύσει τὸ χρυσίον αὐτοῦ ἀπίστῳ, ἢ κρύψει ἐν τόπῳ εὐαλώτῳ.

Καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἐφυλάχθη τὸ ὕδωρ ἐν αὐτοῖς ἀρεστὸν, φυλαχθήσεται καὶ αὐτὸ, ἀλλὰ μετὰ φόβου μεγάλου.

Εἰ δὲ ἐῤῥύη, ἀπολέσει αὐτό.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσχίσθη τὸ τοιοῦτον ἀγγεῖον ἐκ τοῦ ὕδατος· φανερωθήσεται τὸ χρυσίον αὐτοῦ, ὅπου ἂν ᾖ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατέχωσε τὸ αὐτὸ ἄγγος μετὰ τοῦ ὕδατος· εἰς ἀπώλειαν ἥξει καὶ θέατρον.

Περὶ ὑδροποσίας ἐν ποτηρίῳ. ρπζ.

ΤΟ ποτήριον εἰς πρόσωπον γυναικὸς κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔλαβε ποτήριον ὑάλινον μετὰ ὕδατος· εὑρήσει γυναῖκα καὶ τεκνώσει μετ' αὐτῆς.

Τὸ γὰρ ὕελινον, εἰς πρόσωπον γυναικός ἐστι * μεσίας.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκλάσθη τὸ ποτήριον καὶ ἐσώθη τὸ ὕδωρ· ἐκείνη ἀποθανεῖται, καὶ τὸ τεχθὲν ζήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὸ ὕδωρ χυθὲν καὶ τὸ ἀγγεῖον σωθὲν, θνήξεται τὸ παιδίον καὶ σώζεται ἡ μήτηρ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι * καυκαλίῳ ὑαλίνῳ ὑδροχοεῖ τῷ λαῷ· ἀγαθοπραγήσει καὶ μισθοκομιεῖται, καὶ φήμην * ἀνάλογον τῆς ὑδροχοίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὑδροχοεῖ καὶ ἐλάμβανε μισθὸν· ἀπέχει τὸν μισθὸν αὐτοῦ καὶ εἰς φήμην κακὴν ἥξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὑδροχοεῖ τῷ λαῷ ὕδατι καθαρῷ, καὶ ὁ λαὸς διψῶν ἔπιεν ἐξ αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐστι βασιλεὺς ὁ ἰδὼν, ἀνθρώπους ἠναγκασμένους χαροποιήσει. * καὶ διεκβατήσει καὶ πλουτήσει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ὑψωθήσεται καὶ ἐξουσιαστὴς καὶ κριτὴς λαοῦ ἔσται.

Μοναχὸς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο· διδάσκαλος ἔσται καὶ σωτηρίας πρόξενος.

Εἰ δὲ ἐστὶν ἔθολον τὸ ὕδωρ, αἱρέσεις διδάξει καὶ ἀθεΐας.

Si vero plebeius, exaltabitur, populique princeps & iudex erit.

Si monacho tale visum oblatum fuerit: doctor erit, & pluribus salutis auctor.

Sin aqua turbida fuerit, hæreses & opiniones de Deo impias docendo feret.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ῥαντήσεως ὕδατος ἐν οἴκῳ, καὶ χρίσεως. ρπη΄.

ἘΑΝ ἴδῃ ὅτι ἔρρανεν ὕδατι τὸν οἶκον αὐτοῦ, εὑρήσει μέριμναν καὶ θλῖψιν ἀνάλογον τῆς ὑγράνσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔβρεχεν αὐτὸ χάριν παύσεως κονιορτοῦ· θλῖψιν δοκήσει διορθοῦν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσάρωσε τὸν οἶκον αὐτοῦ ῥυπῶντα, καὶ τὸν ῥύπον εἰς τόπον γνώριμον ἔβαλεν· εἰ μὲν ἐστὶ μεγιστὰν, τὸν πλοῦτον αὐτοῦ κοσμεῖ καὶ ἀλλαχοῦ τίθησι.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, καὶ ἔχει θλῖψιν καὶ μέριμναν· ἀποβαλεῖ ταῦτα.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὰς ἀράχνας ἐκάθαρε τοῦ οἴκου· ἕκαστος καθαρισθήσεται τῶν πλημμελημάτων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκ τῶν ἀραχνῶν ἐκολλήθη τοῖς ἱματίοις αὐτοῦ ἢ τῷ προσώπῳ· εὑρήσει θλῖψιν ἀνάλογον τῶν ἀραχνείων νημάτων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι περιέχρισε τὸν οἶκον αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐστὶν ἡ χρίσις λευκὴ καὶ δίυγρος· εὑρήσει χαρὰν ἀνάλογον τῆς λευκότητος, καὶ κόπον ἀνάλογον.

Εἰ δὲ ἡ χρίσις ἦν μέλαινα, θλῖψιν εὑρήσει καὶ μέριμναν πλείστην.

De aqua in domo sparsa, & tectorio ex Indorum sapientia.

CAP. 188.

SI quis aqua domum suam respersisse visus sibi fuerit, sollicitudinem & adflictionem inueniet, pro humectationis modo.

Sin eam madefecisse visus sibi fuerit, pulueris sedandi caussa: calamitatem & ærumnam corrigere nonnihil videtur.

Si scopis domum suam sordidatam purgasse visus sibi fuerit, & sordes in locum quendam notum abiecisse: si vir amplissimus est, opes suas ornabit, & alibi reponet.

Si plebeius, adflictione grauatus, & sollicitudine: ab iis malis liberabitur.

Similiter si quis visus sibi fuerit, araneas expurgasse de domo sua: suis à peccatis quisque repurgabitur.

Sin videre visus fuerit, araneas adhæsisse vestibus suis, aut faciei: pro modo telarum, ab araneis contextarum, adflictionem inueniet.

Si tectorio domum suam illinere visus sibi fuerit, si quidem tectorium album erat, & humidum: pro modo albedinis, & gaudium, & molestiam inueniet.

Sin nigrum, maximam tum adflictionem, tum sollicitudinem inueniet.

Ἐκ τῶν Αἰγυπτίων περὶ πλίνθου. ρπθ΄.

De latere, ex Aegyptiorum disciplina.

CAP. 189.

SI quis laterem paratum & siccum reperisse visus sibi fuerit, eúmque sustulisse: rationes & facultates sine labore suo congestas ab aliis inueniet, pro ratione lateris quem sustulit.

Si quis fecisse lateres visus sibi fuerit, si pauper est, cum labore ac molestia ditescet: si locuples, diuitias suas stabiliet, ac in tuto reponet, cum labore tamen, prout humectatus fuerit.

Si domum opere latericio struere visus sibi fuerit, accessionem opum, gaudiúmque mundanum consequetur.

Si domum euersam videre visus fuerit, aduersam fortunam in opibus suis experietur, eæque manifestabuntur.

De humectatione vestimentorum, ex Indorum, Persarum, & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 190.

SI quis vestimenta sua madefacta videre visus fuerit, adflictionem atque sollicitudinem inueniet, pro humectationis modo: & in iis quidem personis, ad quas suprà vestes singulas interpretando retulimus. Quòd si etiam ad profectionem aliquam sese parat, aut negotiorum administrationem, impedietur.

Sin carnem suam pluuia madefactam videre visus fuerit, adflictionem vehementiorem & morbum inueniet.

Si calcei madefacti fuerint, adflictionem & sollicitudinem inueniet seruorum minoris momenti caussa, non familiarium.

Si ad carbones humectas vestes siccare visus sibi fuerit, ope principis labore molestiáque sua liberabitur, & res eius rectè constituentur.

Si ad solem eas siccasse visus sibi fuerit, in omnibus suis ærumnis vel subleuationem à rege impetrabit, vel regis familiaritatem.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε πλίνθον ἕτοιμον ξηρὸν, καὶ ἦρεν αὐτόν· εὑρήσει λογαρίαν συνηγμένον ἀκόπως ἐξ ἑτέρων κόπων τὸ ἀνάλογον οὗ ἦρεν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπλίνθευσε πλίνθους· εἰ μὲν ἔστι πτωχὸς μετὰ κόπου πλουτήσει· εἰ δὲ πλούσιος, τὸν πλοῦτον αὐτοῦ στερρεοῖ καὶ ἀσφαλίζεται, ἀλλὰ μετὰ κόπου ἀνάλογως τῆς ὑγραίνσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ πλίνθων κτίζει οἰκίαν, προσθήκην πλούτου καὶ χαρὰν κοσμικὴν εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατεστράφη ἡ οἰκία, εἰς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐναντίον συμβήσεται καὶ φανερωθήσεται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ βρέξεως ἱματίων. ρϟ΄.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐβράχη τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, εὑρήσει θλίψιν καὶ μέριμναν ἀνάλογον τῆς βρέξεως εἰς τὰ πρόσωπα ἐν οἷς ἕκαστον ἱμάτιον προσεκρίθη. ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἑτοιμάζεται πρὸς ἀποδημίαν ἢ διοίκησιν πραγμάτων, ἐμποδισθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐβράχη ἡ σάρξ αὐτοῦ, εὑρήσει θλίψιν ἐξωτέραν καὶ νόσον.

Εἰ δὲ ἐβράχη τὰ ὑποδήματα, εὑρήσει μέριμναν καὶ θλίψιν εἰς τοὺς ἐλάττονας τῶν δούλων οὐχὶ δὲ τοὺς οἰκείους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔψυχε τὰ ὑγρανθέντα ἱμάτια εἰς ἄνθρακας, διὰ βοηθείας ἐξουσιαστοῦ ἀποβάλλει τὸν πόνον αὐτοῦ καὶ διορθωθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔψυξεν αὐτὰ εἰς ἥλιον· εἰς πάσας τὰς θλίψεις αὐτοῦ εὑρήσει λύσιν παρὰ βασιλέως, ἢ οἰκειότητα αὐτοῦ.

Glacies, significationem adflictionis vehementioris habet.

Si quis videre visus fuerit, aquas in loco quodam glacie congelatas: hoc ipsum ad incolarum adflictionem, & mœsticiam, & ploratum, & sterilitatem, prout ex gelu alserint, interpretando referat.

Quòd si hæc oblata fuerint ei tempore hyberno, calamitas leuior erit: sin æstate, acrior atque grauior.

Si quis in medio domus suæ glaciem videre videatur, pro eius modo vexationem, & ploratum inueniet, & opes suas amittet.

Glaciei malum quibusuis personis competit.

Ὁ πάγος εἰς σφοδροτέραν κάκωσιν κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὰ τόπου ὕδατα τῷ πάγῳ ἀπεκρυσταλλώθησαν· τῶν οἰκητόρων θλῖψιν καὶ λύπην καὶ κλαυθμὸν, καὶ ἀφορίαν διακρινέτω, ἀναλόγως τῆς ἐκ τοῦ πάγου ῥιγώσεως αὐτῶν.

Καὶ εἰ μὲν εἶδε ταῦτα ἐν χειμῶνι, κουφότερον ἔσται τὸ πάθος· εἰ δὲ ἐν θέρει, δεινότερον καὶ βαρύτερον.

Ἐὰν ἴδῃ τις πάγον ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, εὑρήσει θλῖψιν καὶ κλαυθμὸν ἀνάλογον, καὶ πλούτου ἀπώλειαν.

Τὸ τοῦ πάγου κακὸν, ἐπὶ παντὸς προσώπου κρίνεται.

De stillicidio tegularum absque pluuia, ex Persarum disciplina. CAP. 192.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ ῥύσεως ἐκ κεράμων δίχα ὑετοῦ. ρϞϐʹ.

SI quis videre visus fuerit, aquam de tegulis domus absque pluuia decidentem: si quidem ex gelu est, ex ærumna liberationem portendi statuat, pro modo ipsius fluxionis.

Sin sponte suâ defluxerit, à rege vel domino loci nuntio quodam homines exitiali terrebuntur.

Sin ex aëre moderatè fluxerit, & limpida fuerit: incolæ loci illius à Deo lætitiam, misericordiam, fertilitatem impetrabunt.

Sin vltrà quam opus esset, ac minimè limpida: pro aquæ ipsius copia & impuritate, suppliciis à rege vel principe adficientur.

Si quis videre visus fuerit locum, in quo plueritcinere, vel humo, vel alia quadam specie, absque pluuia: boni quid incolæ loci à rege consequentur, pro ratione & qualitate speciei, qua pluit.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι δίχα ἀέρος ἔρρευσεν ὕδωρ ἐκ τῶν κεράμων τοῦ δώματος· εἰ μὲν ἐστὶν ἀπὸ πάγου, θλίψεως ἀνάλογον ἀποβολὴν τῆς ῥύσεως κρινέτω.

Εἰ δ' αὐτόματα, μήνυμα ἀπὸ βασιλέως ἢ τοῦ κυριεύοντος τόπου ὀλέθριον φοβηθήσονται.

Εἰ δὲ ἀπὸ ἀέρος, καὶ ἔστι καθαρὸν, κατὰ τάξιν εὑρήσουσι χάριν καὶ ἔλεος ἀπὸ θεοῦ οἱ ἐν τόποις καὶ εὐφορίαν.

Εἰ δὲ πλέον τοῦ δέοντος καὶ μὴ καθαρόν· εὑρήσουσι τιμωρίαν ἀνάλογον τοῦ πλήθους καὶ τῆς θολώσεως ἀπὸ βασιλέως ἢ ἐξουσιαστοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐβρέχθη ὁ τόπος σποδῷ ἢ χώματι ἢ ἑτέρῳ εἴδει δίχα ὑετοῦ· εὑρήσουσιν οἱ οἰκήτορες αὐτοῦ ἀπὸ βασιλέως ἀγαθὸν ἀνάλογον τοῦ εἴδους τῆς βρέξεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι λάμποντος ἡλίου ἐβράχη ὁ τόπος ὕδατι δίχα νεφελῶν οἷον τοῦ ἀέρος τούτου, ὅστις ἂν ἴδῃ εἰς πρόσωπον τοῦ βασιλέως αὕτη ἐστὶν ἡ κρίσις· εὑρήσει γὰρ ὁ βασιλεὺς παρὰ θεοῦ βοήθειαν καὶ νίκας κατ' ἐχθρῶν, καὶ χαρὰ τῶν ἐντοπίων ἔσται. διότι πολλάκις καὶ ἀπὸ οὐρανοῦ δροσίζεται ἡ γῆ.

Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ νεφελῶν ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐβράχη τόπος· ἐὰν ἐστὶ καθαρὸν, εἰς καλὸν ἀποβήσεται· εἰ δ' ἔνθολον, εἰς ἐναντίον.

Si quis videre visus fuerit locum sole splendentem madefactum, absque nubibus: cuicunque tandem visum hoc oblatum fuerit, ad personam regis interpretatio pertinet. Rex enim à Deo consequetur auxilium, & victorias aduersus hostes: atque incolæ lætabuntur. Sæpè nimirum cælesti rore terra perfunditur & irrigatur, sicut & à nubibus.

Sed & si quis videre sibi videatur regionem à nubibus madefactam: Si quidem pura sit aqua, bonum euentum significat: si turbida, contrarium.

Περὶ ὀνείρατος ἐρωτήσεως. ρϟγʹ.

Interrogatio de somnio quodam. CAP. 193.

ἘΛθὼν Ἀμὰμ ὁ δεύτερος πολεμιστὴς τοῦ πρωτοσυμβούλου, ἐρώτησε τὸν Σηρεὶμ λέγων. εἶδον κατ' ὄναρ ὅτι πάντες κέραμοι τῆς πόλεως δίχα ὑετοῦ ἔρρεον ἔνθολον, καὶ πάντες ἐδέχοντο τὸ ὕδωρ δίχα ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ εἶπεν, ἐπίβουλοι καὶ ἅρπαγες ἔσονται τοῦ πρωτοσυμβούλου πολλοὶ, σὺ δὲ ἐκείνοις οὐ μὴ ἐγχειρισθῇς. καὶ μεθ' ἡμέρας δέκα ἐγένετο σφαγὴ αὐτοῦ καὶ ἁρπαγὴ τῶν αὐτοῦ. καὶ ὁ αὐτὸς Ἀμὰμ οὐκ ἐκοινώνησεν ἐν αὐτοῖς καθὼς εἶπεν ὁ Σηρείμ.

QVum Amamus, secundus ille Protosymbuli dux bellicus, Sereimum accessisset, eum in hunc modum consuluit. In somnis videre visus sum, de omnibus totius vrbis tegulis absque pluuia destillasse turbidam aquam, eámque ab vniuersis exceptam fuisse: me duntaxat, & meis hominibus exceptis. Respondit Sereimus, multos perduelles & prædones aduersus Protosymbulum se commoturos: sed ipsum nihil ibi moliturum. Post dies decem Protosymbuli cædes, & direptio facultatum ipsius accidit: Amamo nullam cum eis habente societatem, sicuti Sereimus futurum prædixerat.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ μύλωνος καὶ ἀλήσεως. ρϟδʹ.

De pistrino, & confectione farinæ, ex Indorum monumentis. CAP. 194.

ἘΑ'Ν ἴδῃ τις ὅτι ἔχει μυλῶνα ἀλήθοντα, εὑρήσει ἀγαθὸν καὶ εὐζωΐαν ἐκ τοῦ ἔργου αὐτοῦ ἀναλόγως τοῦ πάχους καὶ τοῦ κάλλους τῶν λίθων καὶ τῆς εὐρυχωρίας τοῦ τόπου ἐν ᾧ ἵσταται ὁ μύλων.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι δουλεύει ἐν μύλωνι ἀλλοτρίῳ, εὑρήσει εὐζωΐαν παρὰ τοῦ κυρίου τοῦ μύλωνος, ἂν ἄρα ἐγνωρίζει αὐτόν. εἰ δὲ μὴ, εὑρήσει εὐζωΐαν ἀπροσδοκήτως ἐλάσσονα.

SI quis visus sibi fuerit habere pistrinum, quod moleret: ex opere suo prosperitatem cum vita beata consequetur, pro modo crassitudinis & pulchritudinis ipsorum lapidum molarium, & capacitatis loci, quo loco pistrinum stabat.

Similiter si quis visus sibi fuerit in alieno seruire pistrino, à pistrini domino cōmoda viuēdi ratione beabitur, modo tamē illum adnoscat. sin autem, vitam quidem commodam & beatam præter expectationem inueniet, sed priori nequaquam parem.

Si

Si videre visus fuerit pistrini lapidem in duas in partes fractũ, ad mortem hoc illius, qui pistrini dominus est, referat.

Si videre visus fuerit adtenuatum, ac frustis quibusdam deminutum: hoc ipsum, pro visi ratione, referat ad victus hominis illius deminutionem.

Si videre visus fuerit, vi cuiusdam ablatum sibi pistrinum: in paupertate vitam finiet.

Ex Persarum & Aegyptiorum disciplina quiddam huic simile. CAP. 195.

SI quis visus sibi fuerit habere pistrinũ, in quo asinus robustus moleret: hoc ad hominis fortunam refertur, qui quidem & prosperitatem, & commodam viuendi rationem inueniet, pro ipsius asini crassitie.

Sin mulus, victum difficulter inueniet. Est enim difficilis & peruersa muli natura.

Si quis videre visus fuerit, quasi bos obediens in pistrino suo moleret: is dignitate sua quendam hominem sibi subiiciet, cuius opera victum inueniet. quanquam ita plerunque res comparata sit, vt hoc quoque visum alicui nequeat offerri, præterquam viro amplissimo, vel qui maior aliquando futurus sit.

Si opera cameli, vel equi, molere visus sibi fuerit: victus sui caussa cum bellicosis hominibus pugnabit, & vincet, prout istæc animalia visa fuerint tractabilia.

Si visus sibi fuerit, aquatica mola structa, farinam confecisse: virum quendam maximum sibi subiiciet, pro modo fluminis, & per eum ditescet.

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt molæ struerentur in fluminibus: viros maximos, pro modo fluminum, in bellum mittet: ac si quidem ipsæ molæ fuerint in opere suo conficiundo efficaces, feliciter illi rem gerent, & ex alieno solo lucra secum auferent: sin autem, diuersus euentus erit.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὁ λίθος τοῦ μύλωνος ἐκλάσθη, εἰς ἰδιοθάνατον τοῦ κυρίου τοῦ μύλωνος χωρείτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐλεπτύνθη ἢ ἐθραύσθη· εἰς ἐλάττωσιν τῆς ζωῆς αὐτοῦ τοῦτο χωρείτω ἀναλόγως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι βίᾳ τὸν μύλωνα αὐτοῦ ἀφείλετό τις· ἐν πτωχείᾳ τελευτήσει.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων ὁμοίως. ρϟε.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἔχει μύλωνα ἀλήθοντα ὄνῳ δυνατῷ· τοῦτο εἰς τύχην τοῦ ἀνθρώπου χωρεῖται, καὶ εὑρήσει ἀγαθὸν καὶ εὐτυχίαν ἀνάλογον τῆς τοῦ ὄνου παχύτητος.

Εἰ δὲ ἡμιόνῳ δυσκόλως εὑρήσει ζωήν. δύσκολος γὰρ ἡ τοῦ ἡμιόνου φύσις.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἤλεθεν ὁ μύλων αὐτοῦ διὰ βοὸς ὑπηκόου· ὑποτάξει ἄνθρωπον ἐν ἀξιώματι καὶ εὑρήσει ἐξ αὐτοῦ ζωήν, καὶ τοῦτο γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· ἀνεπίδεκτόν ἐστιν ἰδεῖν τινα, πλὴν μεγιστᾶνος ἢ μέλλοντά τινα γενέσθαι μείζονα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι διὰ καμήλου ἢ ἵππου ἤλεθεν· ἄνδρασι πολεμικοῖς μαχήσεται διὰ τὴν ζωὴν αὐτοῦ καὶ νικήσει, ἀναλόγως τῆς ὑποτάξεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὑδρομύλῳ στήσας ἤλεθεν· ὑποτάξει ἄνδρα μέγιστον ἀνάλογον τοῦ ποταμοῦ, καὶ πλουτήσει ἐξ αὐτοῦ.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ὥρισε κτισθῆναι μύλωνας ἐν ποταμοῖς· ἄνδρας μεγίστους ἀναλόγως τῶν ποταμῶν ἀποστελεῖ εἰς πόλεμον· καὶ εἰ μὲν ἐνήργησαν οἱ μύλωνες, κατευοδωθήσονται καὶ προσκομίσουσι κέρδη ἐξ ἀλλοτρίας γῆς· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι οἱ ποταμοὶ κατέστρεψαν τοὺς μύλωνας αὐτοῦ, ἄνδρας ἐπιβούλους φωράσει ἀναλόγως τῷ τῶν ποταμῶν τοῦ μεγέθους.

Ἐπὶ παντὸς καθ' ὅλου ὁ μύλων εἰς ζωὴν καὶ γεωργίαν καὶ πλοῦτον κρίνεται· καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀγαθὰ, ἢ ἐναντία, εἰς ζωὴν διακρίνονται.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ οἴνου καὶ πομάτων. ρϙϛʹ.

ἘΑ'Ν ἴδῃ τις ὅτι ἔπιεν οἶνον ἄκρατον ἢ μεθ' ὕδατος· εὑρήσει χρυσίον ἀνάλογον καὶ ἐξουσίαν.

Εἰ δὲ πιὼν ἐμεθύσθη, εὑρήσει χρυσίον ἐξ ἀδικίας καὶ ἀξίωμα μέγιστον ἀνάλογον τῆς μέθης.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐμεθύσθη ἄνευ οἴνου, τοῦτο ἐξουσία κρίνεται, ἀλλὰ ψευδὴς ἀποβήσεται.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐμέθυσεν, ἐξουσιαστῶν κυριεύσει, καὶ χαρὰν μεγίστην εὑρήσει διὰ τὸν οἶνον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιεν οἶνον ἐκ τῆς σακχάρεως τὸ λεγόμενον* ζυλάπιν· εἰ μὲν ἐμεθύσθη, εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν μετὰ κόπου διὰ τὸ πῦρ· εἰ δὲ οὐκ ἐμεθύσθη, εἰς πλοῦτον καὶ μόνον τοῦτο κρινέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔπιε τὸν ἐκ σταφίδων οἶνον, καὶ ἐμεθύσθη· εὑρήσει πλοῦτον ἔμφοβον καὶ ἐξουσίαν ἀπὸ γυναικός.

Ὁ οἶνος ὁ καθαρὸς, εἰς χρυσίου κτῆσιν ἄκοπον καὶ ὑψηλὸν ἐκρίθη.

Τὰ δὲ ποτὰ ταῦτα τὰ ἀπὸ σκευασίας, διὰ τοῦτο εἰσὶν εἰς κόπον καὶ ἐξουσίαν ἀθῶον, διὰ τὴν ἐκ πυρὸς ἕψησιν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι διαμάχεται τινι ἕνεκεν πόσεως οἴνου ἐν ποτηρίῳ· εἰ μὲν γνω-

Si rex videre visus fuerit euersas à fluuiis molas suas, insidiatores ac perduelles quosdam in ipso facta deprehendet, pro ratione magnitudinis ipsorum fluminum.

In homine quouis vniuersè mola siue pistrinum ad victum, agriculturam, & opes refertur: quæque vel bona in his, vel mala per quietem offeruntur, ad vitam pertinent.

De vino, & potulentis, ex Indorum rationibus.

CAP. 196.

SI quis merum bibisse visus sibi fuerit, aut aqua dilutum vinum: pro hausti modo, & aurum, & potestatem inueniet.

Si bibendo temulentus factus fuit, auro per iniuriam potietur, amplissimáque dignitate, pro modo ebrietatis.

Sin absque vino visus sibi fuerit inebriatus, hoc ipsum de potestate quidem accipitur, sed quæ vana tandem erit.

Si rex visus sibi fuerit esse temulentus, potestate præditos in ordinem ditionémque rediget, maximáque lætitia potietur, propter vinum.

Si visus sibi fuerit bibere vinum de sacharo, quod zulapen vocant: si quidem inebriatus fuerit, opes ac potestatem cum labore molestiáque inueniet, propter ignem: si non fuerit inebriatus, de opibus somnium duntaxat interpretetur.

Si quis visus sibi fuerit bibere vinum ex vuis passis, & inebriatus fuisse: diuitias formidolosas, ac potestatem à muliere consequetur.

Vinum limpidum interpretati sunt harum rerum periti de auri comparatione laboris experte, ac ardua.

Potus illi, qui facticij sunt, propterea significationem laboris habent, ac molestiæ, potestatísque crimine carentis, quòd igne coquantur.

Si quis visus sibi fuerit cum aliquo rixari, propter vini potum in poculo: si no-

uit hominem, auri caussa tă litem; quàm lucrum inueniet is, qui vicerit. si non nouit, auri caussa cum hoste dimicabit.

Si visus sibi fuerit pugnare poculi vitrei caussa, propter mulierem cum eo contendet.

Si vinum mistum biberit, casum in opibus suis aduersum experietur, pro modo feruoris.

Si quispiam notus ei miscuisse vinum hoc visus fuerit, per illum ipsum vexabitur.

Sin ignotus, per inimicum adfligetur.

Si quis in torculari calcare visus sibi fuerit ac vinum conficere: magno cuidam principi seruiet, & administrationes insignes eius fidei committentur.

Si quis videre visus fuerit amnem vini fluentis, (nequit autem hoc in alium cadere, quàm regem ipsum, vel magnatem) si flumen ditionis ipsius est, potentiam maiorem adquiret, & bellum aduersus hostes geret, ac à nemine omnium subigetur.

Sin alienæ ditionis flumen erat, ad eius dominum interpretatio spectat.

Si quis visus sibi fuerit accessisse propiùs ad huiusmodi fluuium, vel ex eo quid hausisse potestatem ei parem, quod sumpsit, à domino fluminis accipiet,

Si quis visus sibi fuerit valde sitire, in fide sua proficiet, & prosperitatem in mundo consequetur, ipsi siti respondentem.

Similiter, si viderit se esurire, inueniet laborem & gaudium & opes pro ratione esuritionis.

Si autem visus sibi fuerit edere, quum esuriret, ac satiari: diuitias & finem laboris inueniet, pro modo saturitatis.

Si mustum in vase portasse visus sibi fuerit, opes absque potestate consequetur. Nam nemo fit temulentus ex vino recenti.

Si mustum bibisse visus sibi fuerit, opes à muliere iucundas accipiet.

εἶξε αὐτὸν, χρυσίου χάριν καὶ νεῖκος καὶ κέρδος εὑρήσει ὁ νικήσας. εἰ δὲ οὐ γνωρίζει, ἐχθρῷ μαχήσεται ἕνεκεν τούτου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐμαχέσατο διὰ τὸ ποτήριον τὸ ὑάλινον, διὰ γυναῖκα μαχέσεται αὐτῷ.

Εἰ δὲ ἔπιεν οἶνον συγκεκερασμένον, εὑρήσει θλίψιν εἰς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἀνάλογον τῆς ζέσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκέρνα αὐτῷ ἄνθρωπος γνώριμος, τοῦτον τὸν οἶνον δι᾽ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ κιρνῶντος θλιβήσεται.

Εἰ δ᾽ ἀγνώριστος ἦν, δι᾽ ἐχθροῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι πατεῖ ἐν ληνῷ καὶ ποιεῖ οἶνον· δουλεύσει ἀνδρὶ ἐξουσίᾳ μεγίστῃ καὶ καταπιστευθήσεται διοικήσεις μεγάλας.

Ἐὰν ἴδῃ τις ποταμὸν ἐξ οἴνου ῥέοντα, ὅπερ ἀνεπίδεκτόν ἐστιν ἑτέρῳ ἀναδέξασθαι πλὴν βασιλεῖ ἢ μεγιστᾶνι· εἰ μὲν ἐξουσίας ἐστὶ τὸν ποταμὸν, εὑρήσει ἐξουσίαν μείζονα καὶ πόλεμον κατ᾽ ἐχθρῶν, καὶ ἀνυπότακτος ἔσται πᾶσιν.

Εἰ δὲ ὁ ἕτερος ποταμὸς ἐδεσπόζετο, ἡ κρίσις εἰς τὸν δεσπότην.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἤγγισε τοῦ τοιούτου ποταμοῦ ἢ εὗρεν ἐξ αὐτοῦ, εὑρήσει ἐξουσίαν ἀνάλογον οὗ ἦρεν ἐκ τοῦ δεσπότου τοῦ ποταμοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι διψᾷ σφόδρα· εὑρήσει ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ ἀγαθὸν ἀνάλογον τῆς δίψης.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι πεινᾷ· εὑρήσει μόχθον καὶ χαρὰν καὶ πλοῦτον ἀνάλογον τῆς πείνης.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πεινῶν ἔφαγε, καὶ ἐχορτάσθη· εὑρήσει πλοῦτον καὶ λῆξιν μόχθου ἀνάλογον τῆς χορτάσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦρε γλεῦκος ἐν τῷ ἀγγείῳ, εὑρήσει πλοῦτον ἄνευ ἐξουσίας. οὐδεὶς γὰρ μεθύει ἀπὸ γλεύκους νέου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιε γλεῦκος, εὑρήσει πλοῦτον ἡδὺν ἀπὸ γυναικός.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐχύθη οἶνος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐξ ἀγγείου· εὑρήσει θλίψεις, καὶ δίκας, καὶ θυμὸν, καὶ ζημίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι συνῆγε τὸν χυθέντα οἶνον θολὸν καὶ μετὰ ῥύπου· μακροημερεύσει ἡ θλίψις αὐτοῦ ἀναλόγως τῆς συνάξεως.

Ἐὰν ἴδῃ ὕδωρ χυθὲν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, θλίψιν ἄνευ θυμοῦ εὑρήσει ἀνάλογον.

Si vinum è vase domi suæ videre visus fuerit effusum: & ærumnas, & lites, & indignationem, & detrimentum in domo sua reperiet.

Si visus sibi fuerit collegisse vinum effusum, turbidum, ipsisque cum sordibus: diuturna ipsius erit adflictio, pro mora collectionis.

Similiter si aquam domi suæ videre visus fuerit effusam, adflictionem absque indignatione reperiet, aquæ effusæ respondentem.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, ὁμοίως. ρϟζʹ.

Ex Persarum & Aegyptiorum monumentis interpretationes consimiles.

CAP. 197.

ΟΣΑ πίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῶν, εἰς κέρδος κεῖνεται· καὶ ὅσον γίνεται εἰς μεθυσμὸν, εἰς ἐξουσίαν ἐστίν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι πίνων οὐκ ἐμεθύσθη· ταπεινώσει τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, καὶ ἀποκρύψει αὐτήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐμέθυσεν, ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ ὑψωθήσεται ἀναλόγως τοῦ μεθύσματος.

QVæcunque bibunt homines, & quæ ventrem ipsorum ingrediuntur, interpretationem lucri habent: & quæcunque tendunt ad temulentiam, potestatem denotant.

Si quis visus sibi fuerit bibere, nec inebriari potestatem suam deprimet, & occultabit.

Sin visus sibi fuerit inebriatus, euchetur à principe, pro modo ebrietatis.

Αἰγυπτίων περὶ ὑδάτων ρϟηʹ.

De aquis, Aegyptiorum rationes. CAP. 198.

ΕΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἔπιεν ἐκ τοῦ νειλῴου ὕδατος καὶ ἐμεθύσθη ἀπὸ μεγίστου σατράπου, ἢ βασιλέως εὕρῃ ἐξουσίαν. εἰ δὲ οὐκ ἐμεθύσθη, ἀπὸ τοιούτου ἀνδρὸς εὑρήσει κέρδος, ἄνευ ἐξουσίας, ἀναλόγως οὗ ἔπιεν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ σακχάρεως ἔπιε τὸ νειλῷον ὕδωρ· εὑρήσει ἀγαθὸν καὶ ἡδύτητα παρὰ τοῦ εἰρημένου προσώπου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ τοῦ νειλῴου ὕδατος ἐσκεύασεν οἶνον πρὸς τὸ πιεῖν· ἀναλόγως τῆς σκευάσεως τῶν εἰδῶν, ἀπὸ ἀνδρῶν μεγιστάνων μετὰ τρόπου εὑρήσει χαράν.

SI quis aquam Nili bibisse visus sibi fuerit, eaque pota inebriatus: *à maximo Mecænate vel Rege obtinebit potestatem. Si vero non sit inebriatus, ab eodem* homine potebit lucrum inueniet, sine potestate tamen: pro modo illius, quod hausit.

Si cum sacharo aquam Nili bibisse visus fuerit, prosperitatem & voluptatem per indicatam personam consequetur.

Si visus sibi fuerit ex aqua Nili vinum factitium confecisse, quod biberet: pro ratione adparatus ipsarum specierum, à magnatibus lætitia beabitur, impetrante hanc ipsius hominis ingenio & industria.

Si de aqua Nili, suas in ædes mediocrẽ copiam deriuasse, visus sibi fuerit: respondentes aquę deriuatæ diuitias, ab amplissimo quodam viro, vel ipso rege, consequetur: nec ipse tantùm, sed etiam tota hominis familia.

Si visus sibi fuerit cum fascino Cleopatræ vinum bibere, diuitias & potestatem inueniet cum vxore, prout ipsa vasa pulchra fuerint.

Si dum biberet, visus sibi fuerit adfectus aliquo malo, ventrisque profluuium sequutum fuisse: inutiliter opes suas amittet.

Si visus sibi fuerit à vino læsus, intumuisse: diuitias tumori respondentes, adquiret.

Si vinum facticium visus sibi fuerit parare, quo ad potum vteretur: verbis mendacibus principem circumueniet, vt ab eo felicitatem aliquam impetret.

Quòd si de hoc vino biberit, non sine labore rem conficiet: sin autem, diuersus euentus erit.

Si sitiens visus sibi fuerit ab alio potum poscere, quem & impetrauerit: eius ope paupertatem suam cum opulentia commutabit, si quidem id, quod bibit, calidi nihil habuit.

Sin admistum aliquid calidi fuit, excusationes contrarias ab illo accipiet.

Si quis ex vase visus sibi fuerit aquam bibere, sumptam de manibus hominis mortui, sibi noti: quicunque tandem is fuerit, citò morietur.

Similiter si visus sibi fuerit bibere sumptam de manibus ipsius siceram, cum aceto: morbo extinguetur.

Si quis vinum acerbum bibere visus sibi fuerit, hoc nec ad opes, nec ad potestatem refertur: sed ad quandam acerbitatem, & afflictionem, acrimoniæ vini respondentem.

Si potum facticium bibere, visus sibi fuerit: acerbitatem, potus ipsius insuauitati respondentem, inueniet.

Si vinum de pomis confectum bibere visus sibi fuerit: vanam potentiam præ se feret, nullo cum fructu suo.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκ τοῦ νειλῴου ὕδατος μετωχέτευσε μετρίως πρὸς τὸν οἶκον αὐτοῦ· εὑρήσει ἀπὸ μεγίστου, ἢ ἀπὸ βασιλέως πλοῦτον ἀνάλογον· ἀλλὰ καὶ ἡ γενεὰ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ βαυκαλίας τῆς Κλεοπάτρας πίνει οἶνον· εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν μετὰ γυναικὸς, ἀναλόγως τοῦ κάλλους τῶν ἀγγείων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πίνων ἐβλάβη, καὶ ἐρρύη ἡ κοιλία αὐτοῦ· τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἀπολέσει ἀνωφελῶς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι βλαβεὶς ἀπὸ τοῦ οἴνου ἐφυσώθη· πλοῦτον ἀνάλογον τῆς φυσώσεως κτήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατασκευάζει οἶνον τοῦ πιεῖν αὐτόν· εἰς ἐξαπάτησιν ποιήσει λόγοις ψευδέσι, χάριν εὐπραγίας.

Καὶ ἐὰν ἔπιε τοῦ οἴνου, πρᾶξει αὐτὸ μετὰ κόπου· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι διψῶν ἐζήτησεν ἑτέρῳ πιεῖν, καὶ ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ, διὰ χειρῶν αὐτοῦ πλεονεκτήσεται τὴν πτωχείαν αὐτοῦ, εἰ ἄρα οὐκ εἶχε τὸ πιεῖν ἀπὸ θερμοῦ.

Εἰ δὲ μετὰ θερμοῦ, ἀπολογίας ἐναντίας δέξεται παρ' αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀπὸ νεκροῦ γνωρίμου ἐν ἀγγείῳ ἔπιεν ὕδωρ· ὅς τις ἂν ᾖ, ἀποθανεῖται ταχέως.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἀπὸ χειρῶν αὐτοῦ ἔπιε συγκεκερασμένον μετὰ ὄξους, νοσήματος ἀποθανεῖται.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι πίνει ὄξινον οἶνον, τοῦτο εἰς πλοῦτον οὐ κεῖται, οὐδὲ εἰς ἐξουσίαν· ἀλλὰ εἰς πικρίαν, καὶ θλίψιν ἀνάλογον τῆς δριμύτητος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιε ποτὸν σκευαστὸν, εὑρήσει πικρίαν ἀνάλογον τῆς ἀηδίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιε τοῦ ἐξ ὀπώρας οἴνου εἰς ψευδῆ ἐξουσίαν μεταμορφώσει αὐτὸν ἀνόνητα.

Περὶ δένδρων φοινίκων καὶ τῶν καρπῶν. ρϟθ.

Οἱ φοίνικες τὰ δένδρα εἰς τὰς εὐγενεῖς τῶν γυναικῶν καὶ τὰς ἐκ βασιλέως αἵματος διακρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ἑαυτὸν εἰσιόντα εἰς φοινικῶνα καὶ δρεψάμενον ἐκ τῶν καρπῶν ὡρίμων ὄντων· εὑρήσει χρυσίον καὶ πλοῦτον ἐξ εὐγενίδων γυναικῶν ἀναλόγως ὧν ἐδρέψατο.

Εἰ δ' ὁ καρπὸς ἦν ὄμφαξ· μοχθήσει ὁ ἰδὼν εὐεργετηθῆναι παρὰ τῶν αὐτῶν γυναικῶν, καὶ θλιβήσεται καὶ τιμωρηθήσεται ἀναλόγως οὗ ἦρε καρποῦ διὰ τὸ στύφον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τῶν φύλλων ἀφείλετο· εὑρήσει ἐξουσίαν μεγίστην διὰ τῶν αὐτῶν γυναικῶν διὰ τὸ ὀξὺ τῶν φύλλων· ἀλλὰ μετὰ πλούτου ὀλίγου καὶ μετρίου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαβεν ἐκ τῆς θήκης τοῦ σπόρου τῶν φοινίκων· εἰ μὲν ἔστι βασιλεὺς ἢ μεγιστὰς, εὑρήσει τέκνον ἀπὸ εὐγενῶν γυναικῶν· εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει χαρὰν ἀπὸ τέκνων γυναικὸς εὐγενοῦς μεγίστης, ἀναλόγως τοῦ κλάδου τοῦ σπόρου.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκ τοῦ κορμοῦ αὐτοῦ ἔλαβε τὸν ἐριώδη φλοιόν· εὑρήσει πλοῦτον μερικὸν καὶ κοῦφον ἀπὸ γυναικός.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπὸ ξηροῦ φοίνικος κλάσας ἀφείλετο· εὑρήσει πλοῦτον ἀνάλογον ἀπὸ γυναικὸς, ἀλλοτρίας χάριν κληρονομίας.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ δένδρων. σ'.

De palmis, & earum fructibus.

CAP. 199.

Palmæ arbores, ad fœminas generosas, & regij sanguinis, interpretando referuntur.

Si quis visus sibi fuerit per quietem palmenum ingressus, ibidem fructus palmarum decerpsisse, qui maturi fuerint: aurum & opes ex nobilibus fœminis consequetur, pro modo fructuum, quos decerpsit.

Sin fructus ipse acerbus erat: qui somnium habuit, magno quidem nisu beneficentiam earundem fœminarum impetrare conabitur, sed adfligetur, & pro modo fructus, quem sumpsit, cruciabitur: propter ipsius fructus acerbitatem.

Sin abstulisse folia visus sibi fuerit, per easdem fœminas amplissimam potestatem consequetur, idque propter acumen ipsorum foliorum: sed exiguis tamen, modicisque cum opibus.

Si visus sibi fuerit, sumpsisse quid è theca sationis palmarum: si rex est, aut magnatum aliquis, ex nobili fœmina sobolem suscipiet: sin plebeius, à filio fœminæ nobilis & amplissimæ gaudio beabitur, pro sati rami modo.

Si de palmæ stipite corticem lanatum sumpsisse visus sibi fuerit: à fœmina diuitias ex parte, leuisque momenti, consequetur.

Si visus sibi fuerit aliquid de palma, quæ exaruerit, fractum abstulisse: pro eius modo, quod abstulit, ex hæreditate mulieris alienæ diuitias inueniet.

De arboribus, ex Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque disciplina.

CAP. 200.

NVx, arbor, tam Indica, quàm vulgaris, ad personam hominis amplissimi, senis, parci, refertur: propterea, quòd ipse fructus & durus, & lapideus sit.

Cupressus autem, ad ipsius regis personam, aut nobilis & formosæ fœminæ.

Punica, ad virum nobilem, durum, auro abundantem: hoc quidem, propter fructum: durities verò, & morositas, propter arboris spinositatem.

Vitis, ad mulierem.

Olea, ad hominem hilarem, mansuetum, diuitem.

Pomus, ad personam mulieris, pro ratione nobilitatis & suauitatis fructus eius.

Arbor, in qua bambax siue gossipium nascitur, ad hominem conditionis humilis, & modicarum opum, refertur.

Arbor mali citrei, ad hominem nobilem & opulentum, propter fragrantiam.

Pirus, ad hominem durum, & exiguas opes possidentem.

Quidquid alicui harum arborum accidere visum per quietem fuerit, tam prosperum, quàm aduersum, ad indicatas personas refertur.

Si quis visus sibi fuerit, arbore nuce quassata, fructum eius abstulisse: diuitias cum labore ab homine parco consequetur, quas alter ille recens adquisiuit.

Si nuces in quodam loco visus sibi fuerit inuenisse, quantum inuenerit, ignorat: aurum thesauri veteris, pro modo somnij, reperiet.

Sin modum cognitum habet, aurum pro portione consequetur, cum tumultu.

Si nucis lignum inuenisse ac sustulisse visus sibi fuerit, rem vtilem inueniet ex hæreditate senis.

Si de punica malum abstulisse visus sibi fuerit, modò dulce sit, opes ab homine diuite impetrabit: sin acidum, pro acerbitatis modo afflictionem atque morbum ab infelici quodam consequetur.

Si vestis eius punicæ spinis implicata fuerit, & rupta: cum opulento quodam rixabitur, ac si quidem post implicationé

ΤΟ δένδρον, ἡ καρύα, ἡ Ἰνδικὰ, καὶ κοινὴ εἰς πρόσωπον ἀνδρὸς μεγίστου γέροντος φειδωλοῦ, διὰ τὸ σκληρὸν καὶ λιθῶδες τοῦ καρποῦ κρίνεται.

Ἡ δὲ κυπάρισσος εἰς πρόσωπον βασιλίσσης ἢ εὐγενοῦς καὶ εὐειδοῦς γυναικός.

Ἡ ῥοιὰ εἰς εὐγενῆ ἄνδρα, σκληρογνώμονα καὶ πολύχρυσον κρίνεται· ἐκεῖνο διὰ τὸν καρπόν· τὸ σκληρὸν διὰ τὸ ἀκανθῶδες.

Ἡ ἄμπελος εἰς γυναῖκα.

Ἡ ἐλαία εἰς ἄνδρα ἱλαρὸν, καὶ πρᾶον καὶ πλούσιον.

Ἡ μηλέα, εἰς πρόσωπον γυναικὸς, ἀναλόγως τῆς εὐγενείας καὶ γλυκύτητος τοῦ καρποῦ.

Τὸ φυτὸν ἐξ οὗ ἡ βόμβαξ, εἰς ταπεινὸν ἄνδρα καὶ μετριόπλουτον.

Τὸ κίτριον εἰς εὐγενῆ ἄνδρα καὶ πλούσιον, διὰ τὸ εὐῶδες.

Τὸ ἄπιον εἰς σκληρὸν, καὶ ὀλιγόπλουτον.

Καὶ πᾶν τούτου ὃ ἐὰν πάθη, εἰς πρόσωπον τῶν εἰρημένων κρίνεται καλὸν ἢ ἐναντίον.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τινάξας καρύαν ἀφείλετο τοῦ καρποῦ αὐτῆς, εὑρήσει ἀπὸ ἀνδρὸς φειδωλοῦ πλοῦτον μετὰ κόπου ὃν νεωστὶ ἐκεῖνος ἐκτήσατο.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε κάρυα ἐν τόπῳ τινὶ, εἰ μὲν ἀγνοεῖ τὸ μέτρον, εὑρήσει χρυσίον θησαυροῦ παλαιοῦ ἀναλόγως.

Εἰ δὲ γινώσκει τὸ μέτρον, εὑρήσει χρυσίον ἀνάλογον μετὰ θορύβου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὃ εὗρε καὶ ἦρε καρύας ξύλον, χρήσιμόν τι πρᾶγμα εὑρήσει ἀπὸ κληρονομίας ἀνδρὸς παλαιοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπὸ δένδρου ῥοιᾶς ἀφείλετο ῥοιάν· εἰ μὲν ἔστι γλυκὺ, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ πλουσίου ἀνδρός· εἰ δὲ ὀξῶδες, εὑρήσει θλίψιν καὶ νόσον ἀπὸ ἀνδρὸς κακοπράγμονος ἀναλόγως.

Εἰ δὲ περιεπλάκη τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκάνθας τῆς ῥοιᾶς καὶ περιεῤῥάγη· μετὰ ἀνδρὸς πλουσίου μαχήσεται, καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι

μετὰ τὴν περίπλεξιν ἔκλασε τὸν κλάδον, εἰς νίκην ἑαυτοῦ τοῦτο κεῖνται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπαιωρηθεὶς εἰς δένδρον ἐλαίας ἐτρύγη τοῦ καρποῦ· ἀπὸ ἀνδρὸς ἱλαροῦ καὶ πράου πικρίαν καὶ θλίψιν δέξεται διὰ τὸ στύφειν τοῦ καρποῦ.

Εἰ δὲ καὶ ἔφαγεν ἐκ τῶν ἐλαιῶν ἀναλόγως τοῦ μεγέθου ἡμέρας ἀνύσει θλιβερὰς καὶ κακάς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀφείλετο τῶν φύλλων τῆς ἐλαίας, ἀπὸ εὐπραγοῦς καὶ εὐλογημένου ἀνδρὸς εὑρήσει πλοῦτον διὰ χιτώνων.

Εἰ δὲ εἶδεν ὅτι συνῆξεν ἐκ τοῦ φυτοῦ τῶν καρπῶν τοῦ βάμβακος, ἀπὸ ἀνθρώπου ἀδυνάτου εὑρήσει πλοῦτον μέτριον ἀναλόγως τοῦ ἐρίου αὐτῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦρε τὸν ὅλον καρπὸν μετὰ τοῦ φυτοῦ καὶ μετεφύτευσεν αὐτόν· εὑρήσει δοῦλον ὑπήκοον καὶ θεραπευτικόν, ἐπεὶ ἄρα καὶ ἐκράτησε τὸ φυτόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε δένδρον κίτρου· εὑρήσει ἄνδρα εὐγενῆ, εὔφημον, πλούσιον διὰ τὴν εὐωδίαν καὶ τὸ εὔκαρπον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαβεν ἐκ τῶν φύλλων, εὑρήσει ἀπὸ τοῦ τοιούτου μετὰ φήμης καλῆς πλοῦτον μέτριον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαβεν ἐκ τῶν καρπῶν αὐτοῦ, εὑρήσει υἱὸν εἰς εὐγένειαν τοῦ πλούτου καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὁ καρπὸς διεσάπη· ἔσται τὸ πάθος εἰς τὸν υἱόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀνῆλθεν εἰς τὸ δένδρον· ὑψωθήσεται ἀπὸ ἀνδρὸς μεγίστου καὶ καλὴν φήμην ἔχοντος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπεσεν ἐκ τοῦ αὐτοῦ δένδρου, ἢ ἐπλήγη ἐκ τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ· ἐκπεσεῖται ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς καὶ θλιβήσεται.

factam, ramũ fregisse visus sibi fuerit, ad victoriam ipsius hæc spectat.

Si sublatus in oleam, visus sibi fuerit eius fructum decerpere: propter fructus ipsius acerbitatẽ, ab homine cæteroquin hilari & mansueto acerbè vexabitur.

Quòd si etiam de oliuis edit, pro modo manducationis earum dies ærumnosos & tristes exiget.

Si abstulisse visus sibi fuerit oleæ folia, ditabitur à felici & laudato viro, per vestes.

Si gossipium collegisse visus sibi fuerit, opes modicas ab homine non admodum potente consequetur; pro lanæ collectæ modo.

Si fructum vnà cum frutice sustulisse visus sibi fuerit, ac in locum alium transplantasse: seruum obsequiosum & obedientem inueniet, siquidem ipsum fruticem retinuit.

Si punicam inuenisse visus sibi fuerit, in hominem nobilem, existimationis honestæ, diuitem incidet: propter fragrantiam, & fertilitatem eius arboris.

Si de folijs sumpsisse visus sibi fuerit, ab eiusmodi viro cum honesta fama mediocres opes impetrabit.

Si de fructibus eius sumpsisse visus sibi fuerit, filium consequetur, ad nobilitationem opum atque generis sui.

Si videre visus fuerit fructum arboris huius putridum factum, filio calamitas portenditur.

Si visus sibi fuerit arborem conscendisse: ab amplissimo viro quodam euehetur, cuius præclara fama est.

Si de arbore eadem decidisse visus sibi fuerit, aut ab eius aliqua spina vulneratus: excidet hominis eiusmodi gratia, & adfligetur.

Ἐρώτησις περὶ δένδρων βερικοκκίων. σα΄.

Interrogatio de arbore bericocia. CAP. 201.

Quidam

QVidam conuento Sereimo, pluribus præsentibus, cum verbis hisce consuluit. Visus sum in somnis arbore conscensa, quam bericociam vocant, de fructu illius comedisse. Respondit Sereimus, inuenturum à quodam prosperitatem, ac beneficentiam viri boni & opulenti experturum. Pluribus diebus interiectis accessit alius quidam, & iisdem præsentibus Sereimum de eadem re consuluit: quum diceret, se per quietem arbore conscensa, quæ bericocia vocetur, visum fructu illius vesci. Ad illa Sereimus: Adflictionem, ait, & tormenta inuenies. Qui adsidebant, ancipites hęrere, cur eiusdem visi diuersam interpretationem protulisset. Itaque Sereimus: Consuluit me prior, inquit, eo tempore, quo fructus ille maturus in arboribus erat: hic autem, autumni tempore. quam ob caussam interpretatio quoque diuersa facta est. Quum rem in vtroque diligenter explorassent, id accidere depræhenderunt, quod futurum somniator prædixerat.

ΑΝθρωπός τις ἐλθὼν ἐρώτησε τὸν Σηρεὶμ ἐνώπιον πολλῶν, λέγων. εἶδον κατ' ὄναρ ὅτι εἰς δένδρον ὃ λέγεται βερικοκκία ἀναβὰς ἤσθιον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτῆς. καὶ ἔφη αὐτῷ ὅτι εὑρήσεις ἀγαθὸν καὶ εὐποιίαν ἀπὸ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ πλουσίου. καὶ μεθ' ἡμέρας ἱκανὰς ἐλθὼν ἕτερος ἄνθρωπος ἐνώπιον τῶν αὐτῶν ἐρώτησε τὸν αὐτὸν λόγον, λέγων· ὅτι εἰς δένδρον ὃ λέγεται βερικοκκία ἀναβὰς ἤσθιεν ἐκ τοῦ καρποῦ· καὶ ἔφη αὐτῷ, ὅτι εὑρήσεις θλίψεις καὶ βασάνους· καὶ διηπόρησαν οἱ συγκαθήμενοι πῶς τοῦ ἑνὸς τοῦ ὁράματος, διαφόρως ἡρμήνευσας; καὶ ἀπεκρίθη. ὅτι ὅτε ἐρώτησεν ὁ πρῶτος, καρποφόρος ἦν ὁ καιρός· ὅτε δὲ ὁ δεύτερος, φθινόπωρον ἦν· καὶ διὰ τοῦτο μετηλλάγη ἡ κρίσις. καὶ ἐρευνήσαντες, εὗρον ἐν ἀμφοτέροις καθὼς ὁ ὀνειροκρίτης εἶπεν.

De omnigenis fructibus siue pomis, Persarum duntaxat interpretationes.

CAP. 202.

QVæuis poma, siue fructus arborum, coloris citrei: pro modo coloris imbecillitatem portendunt, excepta citrei mali arbore. Nam illa subolis procreationem & partum, gaudiúmque denotat. Eadem arbor ex colore nihil habet vitij.

Quæcunque arborum poma siue fructus acidi sunt, adflictionem & sollicitudinem significant.

Si quis visus sibi fuerit sustulisse poma citrei coloris, in morbum leuem incidet,

Si ea visus sibi fuerit comedisse, morbus acer & grauis significatur, pro modo coloris.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ μόνων περὶ ὀπώρας παντοίας. σβ'.

ΟΣΑ τῶν ὀπωρῶν εἰσὶν ἀπὸ καρποῦ δένδρων οἱ τὸ χρωματικὸν κιτρινὰ, εἰς ἀρρωστίαν κρίνεται ἀναλόγως τοῦ χρώματος, πλὴν τοῦ κίτρου. τέκνου γὰρ τόκον καὶ χαρὰν σημαίνει τὸ κίτρον. καὶ ἐκ τοῦ χρώματος, οὐδὲ λυμαίνεται.

Καὶ ὅσα τῶν τοιούτων δένδρων αἱ ὀπῶραι εἰσὶν ὀξώδη εἰς θλίψιν καὶ μέριμναν κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἦρεν ἐκ τῶν κιτρινοχρόων ὀπωρῶν, εὑρήσει νόσον ἐλαφράν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγεν ἐξ αὐτῶν, εἰς ὀξὺ νόσημα καὶ βαρὺ κρίνεται ἀναλόγως τοῦ χρώματος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἑτέρῳ μετέδωκεν· εὑρήσει ὁ λαβὼν παρὰ τοῦ δόντος θλίψιν καὶ νόσημα.

Καὶ καθ' ὅλου ἐπὶ παντὸς δένδρου ἐτρύγη εἰς ἀγαθόν· χωρὶς τοῦ κιτρίνου, καὶ τοῦ ὀξώδους.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐν φθινοπώρῳ ἔλαβεν ἐξ αὐτῶν, τοῦτο εἰς θλίψιν καὶ μέριμναν κρινέτω.

Καὶ τὰ κριθέντα εἰς πλοῦτον δένδρα κάρπιμα χρονίως σωζομένων τῶν καρπῶν βεβαιότερον καὶ κάλλιστα τῶν ἄλλων πλοῦτον σημαίνει.

Ἐναντίως γοῦν τούτων ἡ μαύρη σταφυλὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς τρύγης· θλίψεις καὶ βασάνους ἀπὸ ἐξουσίας σημαίνει· καὶ ἡ λευκὴ κουφότερον ἔχει τὴν κρίσιν.

Εἰ δὲ οὐκ ἐν καιρῷ τρύγης ἴδῃ τις ταῦτα· πλοῦτον καὶ κέρδος σημαίνει.

Καὶ ἀπὸ λευκῆς σταφυλῆς καὶ μαύρης σταφυλῆς εἰς πλοῦτον ἐκρίθη.

Ἀλλ' οὖν ἀπὸ λευκῆς εἰς κρείττονα κρίσιν ἐστίν.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔλαβεν ἀπὸ ἀμπέλου βότρυας, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ γυναικός.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπέθλιψεν αὐτοὺς πρὸς οἰνοποιΐαν· εἰς ἐξουσίαν ἥξειν σπουδάσει καὶ οὐκ ἐπιτεύξεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ἄμπελον οἰκείαν ἄκαρπον· εὑρήσει γυναῖκα στεῖραν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐξερρίζωσεν αὐτήν, εἰ μὲν ἐστιν οἰκεία, εἰς θλίψιν μεγίστην καὶ γυναικὸς χωρισμὸν διὰ θανάτου ἥξει.

Εἰ δ' ἐστὶ ξένη εἰς πορνείαν ἀλλοτρίας εὑρεθήσεται, καὶ θλιβήσεται.

Ὅσα τῶν φυτῶν εἰσὶ μὴ ἔχοντα μεγάλους κορμούς· εἰς ἄνδρας εὐτελεῖς κρίνονται ἀναλόγως τῶν κορμῶν καὶ τοῦ καρποῦ.

Si alteri dedisse visus sibi fuerit: tum is, qui accepit, ab eo, qui dedit, vexabitur: inque morbum incidet.

Generaliter in omnibus arboribus, boni prosperitatísque significationẽ habet, fructus earum decerpere: duntaxat exceptis citrei coloris fructibus, & acidis.

Si quis visus sibi fuerit in autumno fructus arborum decerpere, hoc ipsum ad ærumnam & sollicitudinem referat.

Ex iis arborum fructibus, qui diuitias portendunt, si qui diu conseruantur, & cæteris durabiliores atque pulchriores sunt: opes quoque potiores denotant.

E diuerso, vua nigra, tempore vindemiæ: vexationes atque torturas, à magistratu profectas, significat: quum alba leuius quiddam portendat.

Si quis has extra vindemiæ tempus videre per quietem visus fuerit, opes & lucra denotantur.

Si quis & albas, & nigras vuas, pariter decerpsisse visus sibi fuerit: hoc ipsum ad opes interpretando relatum est.

Si duntaxat albas, melius quiddam portenditur.

Si quis de vite botros sumpsisse visus sibi fuerit, à muliere diuitias cõsequetur.

Sin eos decerpsisse visus sibi fuerit, ad vini confectionem: ad aliquam peruenire potestatem conabitur, nec voti compos erit.

Si videre visus fuerit vitem propriam infrugiferam, vxorem sterilem inueniet.

Sin vitem radicitus euellisse visus sibi fuerit, siquidem propriam, in ærumnam maximam incidet, & ab vxore mortis interuentu separabitur.

Sin alienam, in scortatione cum aliena vxore depræhendetur, & adfligetur.

Arbores, quæcunque non magnos stipites habent, ad vilis conditionis homines referuntur: prout ipsi stipites fuerint, & fructus.

De cucurbita, pepone, ac similibus, eorundem rationes.

CAP. 203.

SI quis cucurbitæ fruticem inuenisse visus sibi fuerit, hominem breui tempore rerum potientem inueniet.

Quòd si sub eius vmbra, visus sibi fuerit vmbram captare: sub homine, de quo dictum, requietem inueniet.

Si fructum cucurbitæ visus sibi fuerit inuenisse: diuitias vanas, cum ostentatione speciosa, & fama, reperiet.

Si eo vesci visus sibi fuerit, si morbo laborat, conualescet: sin autem, valetudine bona frui perget.

Si crudis vesci cucurbitarum fructibus visus sibi fuerit, mentiendo de suis opibus homines fallet: quippe cucurbita magnam ad fertilitatem non augescit.

Si videre visus fuerit factos aridos, mendacia cum veritate commutabit.

De rosa & ocimo, Persarum & Aegyptiorum interpretationes. CAP. 204.

SI quis visus sibi fuerit, ab alio accepisse ocimum, siue basilicum, sollicitudinem & ærumnam inueniet, pro accepti ocimi copia.

Quòd si notus est is, qui dedit: per ipsummet, aut alium ei similem, adfligetur: sin autem, per inimicum.

Si ocimum seuisse visus sibi fuerit, idque succreuisse: sollicitudinem inueniet, ac torturam, cum miseria.

Si videre visus fuerit, in loco prædióve suo magnam ocimi copiam succreuisse: hoc ad domesticorum ipsius ploratum & adflictionem referatur.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ κολοκυνθης, πέπονος καὶ τῶν ὁμοίων. σγ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε φυτὸν κολοκυνθης, εὑρήσει ἄνδρα ἐν ὀλίγῳ καιρῷ ἐξουσιάζοντα.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐσκιάζετο ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ· ἀπὸ τοῦ εἰρημένου ἀνδρὸς εὑρήσει ἄνεσιν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε καρπὸν κολοκυνθης· εὑρήσει πλοῦτον, ψευδῆ φαντασίαν καὶ φήμην.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγεν ἐξ αὐτοῦ, ἐὰν ἔχῃ νόσον, εὑρήσει ὑγείαν· εἰ δὲ μὴ, διαρκεῖ ὑγιής.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἤσθιεν αὐτὰ ὠμά· ψευδολογῶν περιπλανήσει τοὺς ἀκούοντας περὶ τοῦ πλούτου αὐτοῦ· ἡ γὰρ κολοκυνθη, οὐ προστίθησιν εἰς πολυκαρπίαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔψυχεν αὐτὰ, μεταστρέψει τὸν λόγον αὐτοῦ εἰς ἀλήθειαν.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ῥόδων καὶ ὠκίμου. σδ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἦρε παρά τινος ὤκιμον, ἤ τι βασιλικὸν· εὑρήσει μέριμναν καὶ θλῖψιν ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Καὶ εἰ μὲν ἔστι γνώριμος ὁ δούς· δι' αὐτοῦ, ἢ ὁμοίου αὐτοῦ θλιβήσεται· εἰ δὲ μὴ, ἀπὸ ἐχθροῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔσπειρεν αὐτὰ καὶ ἐφύησαν· εὑρήσει μέριμναν καὶ βάσανον καὶ ἀνάγκην.

Εἰ δὲ ἴδῃ εἰς τὸ παρ' αὐτοῦ ταῦτα ἐφύησαν πλεῖστα· εἰς κλαυθμὸν καὶ θλῖψιν τῶν τοῦ οἴκου αὐτοῦ τοῦτο κεῖνται.

Καὶ ἐὰν ἔλαβε καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν, συνταχθήσεται καὶ αὐτός. εἰ δὲ μὴ, ἐκεῖνοι μόνοι.

Τὸ ῥόδον εἰς πλοῦτον καὶ χαρὰν κεῖνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐτρύγη ῥόδα, εὑρήσει χαρὰν ἐκ πονηροῦ ἀνθρώπου διὰ τὰς ἀκάνθας τοῦ ῥόδου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατεῤῥάνθη ῥόδοις ὁ οἶκος αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ὁ ἰδὼν, μήνυμα χαρᾶς δέξεται, διὰ τὴν εὐωδίαν καὶ τὴν ἐρυθρότητα.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει χαρὰν καὶ πλοῦτον.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔλαβεν ὀσφράδιον ἓν, ἢ εἶχεν αὐτὸ· εὑρήσει τέκνον ποθητὸν ἀναλόγως τῆς τερπνότητος.

Εἰ δὲ δύο, ἢ τρία· τοσαῦτα τεκνώσει. καὶ τοῦτο δὲ εἰς πρόσωπον αἰσχροῦ ἀποβαίνει.

Τὰ δὲ μυρσίνης φύλλα, καὶ δενδρολίβανον, καὶ δάφνης· ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔσπειρε τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀσυνήθως πτωχὸς ὢν εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ ἀνδρῶν ἁγίων.

Εἰ δὲ ἴδῃ τοῦτο μέγιστος συνήθης ὢν, ταῦτα εἰς θλίψιν αὐτοῦ κρινέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι κλάδον μυρσίνης εἶχεν, εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, μετὰ γυναικὸς ἀξίας συνουσιάσει· εἰ δὲ μὴ, οὐ τεκνώσει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς γυναῖκα καὶ τέκνα ἀποβήσεται αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ οἰδνῶν. σε΄.

Τὰ οἴδνα εἰς πρόσωπον γυναικὸς εὐτελοῦς κρίνονται, διότι ταῦτα οὔτε ἄνω φυλλοφοροῦσιν, οὔτε κάτω ῥιζοῦνται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρεν οἶδνον ἓν, ἢ δύο, ἢ τρία· ἀγενεῖς γυναῖκας εὑρήσει.

Quòd si & ipse sumpsit ab eis ocimum, particeps doloris erit: sin autem, dolor ad ipsos duntaxat pertinebit.

Rosę interpretatio ad opes & lætitiam spectat.

Si rosas decerpsisse visus sibi quispiam fuerit, ab homine quodam improbo gaudium consequetur, propter rosarum spinas.

Si videre visus fuerit, domum suam rosis conspersam: si rex est, qui somnium habuit, lætum nuntium accipiet, propter fragrantiam & rubedinem.

Si plebeius, gaudium & opes inueniet.

Si fasciculum rosarum vnum accepisse, vel habuisse, visus sibi fuerit, olfaciendi caussa: subolem optatam inueniet, pro modo perceptæ delectationis.

Si duos, aut tres: totidem liberos procreabit. atque hoc ipsum in vili persona solet inuenire.

Si quis domum suam præter morem myrti foliis, & thuris arboris, & lauri, conspersisse visus sibi fuerit. si pauper est, à sanctis hominibus opes adsequetur.

Si vir amplissimus huiusmodi somniū habuerit, quasi de re solita: statuat aliquam sibi calamitatem portendi.

Si quis ramum habere myrti visus sibi fuerit, si rex est, cum indigna muliere rem habebit: sin autem, liberos nullos procreabit.

Sin plebeius est, consimilem res euentum in ipsius vxore ac liberis habebit.

De tuberibus, ex Persarum, & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 205.

Tvbera ad ignobilis fæminæ personam referuntur, idque propterea, quòd neque folia superiùs habeant, neque radices inferiùs agant.

Si quis tuber vnum inuenisse visus sibi fuerit, vel duo, vel tria: ignobiles fęminas inueniet.

Si ad decem vsque tubera reperisse visus sibi fuerit, etiam horum interpretatio refertur ad mulieres ignobiles.

Si plura, vel nullo definita numero, videre visus fuerit: pro eorum numero, malis à mulieribus aurum consequetur.

Si quis visus sibi fuerit, accepisse tuber vnum, cum alio tubere paruo: fœminam cum filia simili accipiet.

Si assata tubera comedere visus sibi fuerit, adflictionem cum diuitiis à muliere habebit: & quidem adflictionem, propter vim ab igne profectam.

Sin cocta comederit, similiter opes nanciscetur, sed minores: propter ipsius coctionis aquositatem.

Si tubera quodã in loco visus sibi fuerit abdere, si numerum nouit, turpes fœminas abscondet.

Sin autem, malis à mulieribus auri thesauros accipiet.

Εἰ δὲ ἴδῃ ἕως τῶν δέκα, καὶ τοῦτο εἰς ἀγενεῖς γυναῖκας κεῖνται.

Εἰ δὲ ἴδῃ πλέον τούτων καὶ ἄμετρα· εὑρήσει χρυσίον ἀνάλογον τοῦ πλήθους ἀπὸ κακῶν γυναικῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔλαβεν οἶδνον ἓν μετὰ μικροῦ ἑτέρου· λήψεται γυναῖκα μετὰ θυγατρὸς ὁμοίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγεν οἶδνα ὀπτὰ, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ γυναικός· καὶ θλίψιν, διὰ τὴν ἐκ τοῦ πυρὸς βίαν.

Εἰ δὲ ἑψητὰ ἔφαγεν, ὁμοίως εὑρήσει πλοῦτον ἐλάσσονα, διὰ τὸ τῆς ἑψήσεως ὑδαρές.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀποκρύπτει ταῦτα ἐν τόπῳ, εἰ μὲν γινώσκει τὸ μέτρον, αἰσχρὰς γυναῖκας ἀποκρύψει.

Εἰ δὲ τὸ μέτρον οὐκ οἶδε· χρυσίον ἀπὸ γυναικῶν κακῶν θησαυρίσει.

De oleribus & leguminibus, ex Indorum, Persarum, & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 206.

SI quis olera & lactucas edere visus sibi fuerit, cum aceto: pro modo manducationis, & acredinis aceti, miseriam inueniet.

Si hortum eis consitum habere visus sibi fuerit, sollicitudinem eorum copiæ respondentem inueniet.

Si hortum ab eis, radicitus euulsis, visus sibi fuerit expurgasse: cum difficultate quadam ab ærumna sua liberabitur.

Si visus sibi fuerit allium, vel cepas, vel porrum comedisse: pro modo manducationis adflictionem cum ploratu, malámque famam inueniet: propter horum fœtorem.

Si non comedisse, sed gestasse visus sibi fuerit: miseria minor erit.

Si ea visus sibi fuerit, alij noto dedisse: pro modo datorum, ab eo, qui dedit, dies ærumnosos is habebit, qui acceperit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λαχάνων καὶ ὀσπρίων. σϛʹ.

ΕἈΝ ἴδῃ τις ὅτι ἤσθιε λάχανα θρίδακας μετ' ὄξους· εὑρήσει θλίψιν ἀνάλογον τῆς βρώσεως, καὶ τῆς δριμύτητος τοῦ ὄξου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἶχε κῆπον ἐξ αὐτῶν ἀνάλογον τοῦ πλήθους, μερίμνας εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐξερρίζωσε καὶ ἐκάθηρεν αὐτὸν ἐξ αὐτῶν· ἀποβάλῃ τὴν θλίψιν αὐτοῦ μετὰ δυσκολίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγε σκόροδον, ἢ κρομμύδιον, ἢ πράσον· εὑρήσει θλίψιν μετὰ κλαυθμοῦ ἀνάλογον τῆς βρώσεως, καὶ φήμην κακὴν ἕξει· διὰ τὸ δυσῶδες αὐτῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι οὐκ ἤσθιε μὲν, ἐβάσταζε δὲ ἐξ αὐτῶν· ἔσται τὸ πάθος ἔλαττον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἑτέρῳ ἔδωκεν ἐξ αὐτῶν γνωρίμῳ· εὑρήσει ὁ λαβὼν ἐκ τοῦ δόντος ἡμέρας κακὰς, ἀναλόγως τοῦ μέτρου αὐτῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἤσθιεν ἐξ αὐτῶν μεμαγκρευμένα, εὑρήσει θλίψιν ἀπὸ ἐξουσίας διὰ τὸ πῦρ ἐλαφρόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἤσθιε σέλινον, εἴτε μακεδονίσιον· εἰ μὲν νοσεῖ, εὑρήσει ὑγείαν· εἰ δὲ μή, εὑρήσει μέτρια ἀγαθόν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρε κυάμους, καὶ φακὸν, ἢ ἐρέβινθον, ἢ τὸ λεγόμενον λουπιάρια, ἢ ἐκ τῶν λοιπῶν· εὑρήσει θλίψιν καὶ μέριμναν, ἀνάλογον τῆς εὑρέσεως.

Τὸ δὲ λουπιάρια μόνον, δριμυτέραν πάντων ἔχει τὴν κρίσιν, διὰ τὴν πικρίαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὡς ταῦτα κεχυμένα, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εὑρήσει μάχην καὶ πικρίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἀναλόγως τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μεμαγκρευμένα ἐξ αὐτῶν ἤσθιεν, εἰς θλίψιν καὶ νόσον ἥξει ἀνάλογον τῆς βρώσεως.

Πίσος δὲ καὶ σήσαμος, εἰς πλοῦτον καὶ χρυσίον κρίνεται. ἐνδοξότερον δὲ ὁ σήσαμος, διὰ τὸ ἐλαιῶδες αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐξ αὐτῶν ἦρεν, ἢ εὐπόρησεν, ἢ ἀπέθετο ἐν οἴκῳ ἢ ἔφαγεν· εὑρήσει διὰ χαράγματος χρυσίον, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν ἀνάλογον τοῦ πλήθους, καὶ ἔσονται εἰς αὔξησιν αὐτοῦ.

Si cocta quis edere visus sibi fuerit, à magistratu vexationem experietur, propter ignem illum lenem.

Si visus sibi fuerit apio vesci, aut siquidem æger est, conualescet: sin autem, mediocrem prosperitatem inueniet.

Si quis fabas, aut lentem, aut cicer, aut lupinum inuenisse visus sibi fuerit, aliúdve tale quidpiam: pro inuentorum modo & mensura, in vexationem & sollicitudinem incidet.

Lupinum solum, acerbiorem habet interpretationem cæteris omnibus, propter amarorem.

Si quis hæc in domo sua videre visus fuerit effusa, pro modo illorum rixam & acerbitatem domi suæ reperiet.

Si coctis vesci visus sibi fuerit, pro modo manducationis in adflictionem & morbum incidet.

Pisum & sesamum, ad opes & aurum interpretando referimus. Sesamum tamẽ nobilius est, propter oleositatem suam.

Si quis hæc visus sibi fuerit accepisse, vel habuisse copiam horum aliquam, vel in domo sua condidisse, vel edisse: per monetariam auro potietur, & opibus, & gloria, pro copiæ modo: & incrementum ei portendent.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ πεπέρεως καὶ σινάπεως. σζ.

Καθ' ὅλου ἐν παντὶ προσώπῳ εἰς μάχας, καὶ δίκας, καὶ μαχαίρας, καὶ θλίψεις κρίνεται τὸ πέπερι. τὸ δὲ σίναπι εἰς νόσον, καὶ θλίψιν, καὶ κλαυθμὸν, καθὼς καὶ τὰ κρόμμυα.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε πέπερι, ἢ ηὐπόρησε, δίκας καὶ θλίψεις ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἔξωθεν εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγε πέπερι, εὑρήσει τιμωρείαν ἀπὸ ἐξουσίας ἀνάλογον τοῦ πλήθους, καὶ τῆς δριμύτητος.

De pipere ac sinapi.

CAP. 207.

Generaliter in quauis persona piper ad rixas, & lites, & gladios, & adflictiones refertur. Sinapi verò, ad morbum, & ærumnam, & ploratum, sicut & cepæ.

Si quis piper inuenisse visus sibi fuerit, vel eius aliquam habere copiam: lites & adflictiones tam domi suæ, quàm foris inueniet.

Si piper edisse visus sibi fuerit, à magistratu supplicio multabitur, pro manducati piperis modo, & eiusdem acredine.

Si ad libram piper mercari visus sibi fuerit, pro mensura piperis homines ad rixas incitabit.

Si grana sinapi reperisse, vel sustulisse, visus sibi fuerit: pro eorum copia, morbum & adflictionem inueniet.

Si cum cibis ea visus sibi fuerit edisse, morbum & ploratum inueniet, acrimoniæ illorum respondentem.

Si parasse sinapi visus sibi fuerit, ad vescendum: multos accusabit, & detrimento adficiet. ac siquidem & ipse comederit, adflictionis particeps erit.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἠγόρασε σταθμῷ πέπερι, ἄνδρας ἐγερεῖ εἰς τὰς μάχας ἀνάλογως τοῦ πεπέρεως.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι κόκκους σινήπεως εὗρεν, ἢ ἦρεν· εὑρήσει νόσον, καὶ θλίψιν ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἤσθιεν αὐτὰ μετὰ βρωμάτων, εὑρήσει νόσον καὶ κλαυθμὸν μετὰ δριμύτητος, ἀνάλογον τῆς βρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατεσκεύασε σίνηπι πρὸς βρῶσιν· κατηγορήσει πολλοὺς, καὶ βλάψει. καὶ ἐὰν ἤσθιε καὶ αὐτὸς κοινωνὸς ἔσται τῆς θλίψεως.

De medicario, ex Persarum disciplina. CAP. 208.

Medicarium ad opes & incrementum personæ refertur. Nam vbi semel satum fuerit, ad annos ea cultura septem sufficit.

Si quis medicario visus sibi fuerit agrũ suum conseuisse, de suis laboribus commodam beatámque vitam inueniet.

Si videre visus fuerit, in eodem agro medicarium feliciter prouenisse: diuitias ingentes, & fidem bonam inueniet.

Si visus sibi fuerit in thesauris semen eius occlusisse, minore cum labore nobiliores opes consequetur.

Si triturare medicarium visus sibi fuerit, vt semen eius accipiat: per monetariam & aurum, & opes insignes consequetur, pro seminis collecti copia.

Si satum parum feliciter prouenisse, visum ei per quietem fuerit spes eum sua frustrabitur, & in paupertate vexabitur.

Si visus sibi fuerit ipsemet vesci medicario, pro modo manducationis ei calamitas hoc viso portenditur.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ μηδικαρίου. σή.

Τὸ μηδικάριον εἰς πλοῦτον καὶ αὔξησιν καὶ προσώπου διάκειται. ἅπαξ γὰρ σπαρὲν, ἐφ᾽ ἑπτὰ ἔτη γεωργεῖται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔσπειρεν ἐξ αὐτοῦ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, εὑρήσει εὐζωΐαν ἀπὸ κόπων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τὸν αὐτοῦ ἀγρὸν ἐξ αὐτοῦ ἐπιτυχόντα· εὑρήσει πλοῦτον πολὺ καὶ πίστιν ἀγαθήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατέκλεισε τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν θησαυροῖς, ἀκοπώτερον καὶ ἐνδοξότερον πλοῦτον πλουτήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀλωᾷ αὐτὸν, πρὸς τὸ ἆραι σπόρον· εὑρήσει χρυσὸν διὰ χαράγματα· ὅσον συνάξει, καὶ πλοῦτον ἰσχυρόν.

Εἰ δὲ ὅτι ἠτύχησε τὸ σπαρὲν· ἀποβαλεῖ τὴν προσδοκίαν αὐτοῦ, καὶ ἐν πτωχείᾳ θλιβήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνος ἤσθιεν ἐκ τοῦ μηδικαρίου, εὑρήσει θλίψιν ἀνάλογον τῆς βρώσεως.

De raphanis & daucis, ex Indorum rationibus. CAP. 209.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ῥαφάνου καὶ δαύκων. σθ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἤσθιε ῥαφάνους, εὑρήσει πλοῦτον ἐλάχιστον ἀνωφελῆ, καὶ ψεύστης, καὶ κακόφημος ἔσται ἀνὰ μέσον λαοῦ, καὶ μισητὸς διὰ τὸ τῆς ἐρυγῆς δυσῶδες.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἤνεγκον αὐτῷ ῥαφάνους· εἰ μὲν ἔστι βασιλεὺς, μήνυμα δέξεται ταχέως κακὸν ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει μάχην.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐν τραπέζῃ ἔθηκαν ῥαφάνους· εἰ μὲν ἔστι βασιλεὺς, χάριν κακοῦ μανθάνου βουληφόρους συναγείρει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει κατ' οἶκον μάχας.

Εἰ δὲ ἴδῃ, ὅτι σπείρει, ἢ μεταφυτεύει ταύτας· κακοπράγμων ἔσται καὶ διαβολεὺς, καὶ λοίδορος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγε δαυκίον, εὑρήσει πλοῦτον ὀλίγον μετὰ νόσου· τὸ μὲν διὰ τὸ γλυκῶδες· τὸ δὲ διὰ τὸ χρῶμα κίτρινον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγεν, αὐτὸ μεμαγειρευμένον, εὑρήσει νόσον ὀλιγοχρόνιον διὰ τὸ ταχὺ τῆς πέψεως αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιεν οἶνον ἐκ δαυκίων, καὶ ἐμεθύσθη· εὑρήσει ἐξουσίαν μετὰ κόπων, καὶ νόσων ἀνάλογον τῆς μέθης.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι οὐκ ἐμεθύσθη, εὑρήσει νόσον καὶ θλῖψιν ἀνάλογον.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ χωραφίων καὶ σπόρων. σι.

ΑΙ ἐσπαρμέναι χῶραι εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀνθρώπων διακείνονται.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ λογιζόμενος ὅτι ἔσπειρε χώραν γνωρίμην, σῖτον, καὶ ὅτι ἐφύτρευσε καὶ ἦν καλὴ, καὶ ἦν ὁ καιρὸς φυτρώσεως· εἰ μὲν ἔστιν ὁ ἰδὼν τῶν πιστῶν, καὶ εὐλαβῶν καὶ ἀναχωρητῶν· τοῦτο εἰς τὰς πράξεις αὐτοῦ διακείνεται κατὰ θεόν.

SI quis visus sibi fuerit vesci raphanis, opes minimas & inutiles adipiscetur, & ad populum mendax & infamis erit, odiúmque promerebitur, propter fœtorem ructus.

Si quis adlatos sibi raphanos, videre visus fuerit: si rex est, infaustum breui nuntium accipiet, pro manducati raphani copia.

Si plebeius, rixam & pugnam inueniet.

Si quis aliquos in mensa videre visus fuerit adposuisse raphanos: si rex est, rixam inueniet, ideoque consiliarios suos conuocabit.

Si plebeius, rixam domi suæ reperiet.

Si raphanos serere, vel transplantare visus sibi fuerit: malas res molietur, & calumniator atque maledicus erit.

Si daucum edere visus sibi fuerit, opes exiguas cum ægritudine reperiet: illas quidem, propter dulcedinem: hanc verò, ratione coloris citrei.

Si coctum edere visus sibi fuerit, in morbum minimè diuturnum incidet, propter celeritatem coctionis.

Si vinum è daucis bibere visus sibi fuerit, ita quidem, vt inebriaretur: respondentem ebrietati potentiam cum laboribus & morbis inueniet.

Si minimè visus sibi fuerit ebrius factus, in adflictionem & ægritudinem potui respondentem incidet.

De agris, qui seruntur, & sationibus, eorundem rationes.

CAP. 210.

AGri consiti ad actiones hominum referuntur.

Si quis ergo per quietem visus sibi fuerit notum quoddam prædium frumento conseuisse, quod germinauerit, & bellè quidem, idque tempore germinationi conueniente: siquidem is, cui visum hoc oblatum fuit, è numero fidelium est, ac religiosorum, aut etiam solitudinarius: ad actiones eius in cultu numinis diuini somnium refertur.

Sin

Sin agri cultor ille plebeius est, in professione negotióque suo quisque mutationem experietur.

Si quis videre visus fuerit in loco & regione quadam incognita, maturos ad messem agros: si princeps est, aut rex, euétus somnij spectabit ad collectionem & adparatum populi, belli gerendi caussa próque maturitate messis, mature cædentur.

Sin aliqua tarditas interuenit, pro eius ratione cædes quoque tardiùs eueniet.

Si quis plebeius hoc videre visus sibi fuerit, opes quisque cum labore consequetur.

Si rex in eodem agro vel messe fieri, vel iam factam videre visus fuerit atque secum ipsemet cogitauerit, agrum illum suum esse: breui de clade populi sui cognoscet. Sin alienum, de cædibus extraneorum nuntium accipiet.

Quòd si per quietem oblatum regi visum fuerit, quasi de culmis resectis ei manipulos quidam adtulerint: si quidem ipsius erant, populus eius iugulabitur, & pro manipulorum multitudine vincti peregrè abducentur: sin alieni, captiuos ipse accipiet, pro modo multitudinis manipulorum.

Si quis visus sibi fuerit solum habere tenue, cuius nulli prouentus fuerint: si de numero fidelium est, ac religiosorum, sterilitatem bonarum actionum in seipso denotari sciat.

Si plebeius est, breui spem opum, quam fouebat, perdet.

Si quis visus sibi fuerit agrum hordeo consitum habere, quod triturauerit: & opes, & corporis robur adquiret.

Si frumenti messem fecisse copiosam visus sibi fuerit, opes diuturno labore consequetur, propterea quod laboriosè panis conficiatur.

Si quis habere farinam visus sibi fuerit, diuitias nobiliores & laudabiliores nanciscetur, quam quæ per frumentum, & hordeum, & bolum portenduntur. Nam bolo debilior inest interpretatio, propter ignem.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ὁ γεωργὸς, ἕκαστος ὁ τοῦτο ἰδὼν διαφορώτερον τὸ ἐπιτήδευμα καὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ ἕξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εἰς τόπον χώρας ἀγνώριστον, εἶδε χώρας πρὸς θερισμὸν ἑτοίμους· εἰ μὲν ἐστὶν ἐξουσιαστὴς, ἢ βασιλεὺς, ἀποβήσεται αὐτῷ εἰς σύναξιν καὶ παρασκευὴν λαοῦ ἐν πολέμῳ καὶ πρὸς τὴν ἑτοιμότητα τοῦ θερισμοῦ τῆς χώρας ἑτοίμως σφαγήσονται.

Εἰ δὲ βραδύτης ἦν τοῦ θερισμοῦ, ἀναλόγως βραδύτητα ἕξει καὶ σφαγή.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἴδῃ τοῦτο, εὑρήσει ἕκαστος πλοῦτον μετὰ κόπου.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς τὴν αὐτὴν χώραν θεριζομένην ἢ θερισθεῖσαν, καὶ ἐλογίζετο οἰκείαν εἶναι αὐτήν· ἀκούσεται ταχέως σφαγὴν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. εἰ δὲ ξένην καὶ ἀλλοτρίαν, σφαγὰς ἀλλοτρίων ἀκούσει.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκ καλάμης τμηθέντος ἤνεγκαν αὐτῷ δεσμούς· εἰ μὲν ἐστὶν ἐξ οἰκείων, λαὸς αὐτοῦ σφαγήσεται, καὶ δέσμιοι ἀναλόγως τοῦ πλήθους ἀπελεύσονται ἐν ξένῃ· εἰ δὲ ἐξ ἀλλοτρίων δεσμίους ἀπολήψεται ἀναλόγως τοῦ πλήθους.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι χώραν ἔχει ἀραιὰν καὶ ἀσοχήσασαν· εἰ μὲν ἐστὶ τῶν πιστῶν καὶ εὐλαβῶν ἀφορίαν τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἐν αὐτῷ κεκτήσθω.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ προσδοκίαν ἣν ἔχει πλούτου ἀπολέσει ταχύ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔχει χώραν κριθῆς καὶ ὅτι ἠλόα αὐτήν· εὑρήσει πλοῦτον καὶ ῥῶσιν σώματος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι σῖτον πολὺν ἐγεώργησεν, εὑρήσει πλοῦτον μετὰ κόπου μακροῦ, διὰ τὸ ἐπίκοπον τῆς ἀρτοποιίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἄλευρον ἔχει, εὑρήσει πλοῦτον ἐνδοξότερον τοῦ σίτου καὶ τῆς κριθῆς καὶ τοῦ ψωμοῦ. τῷ γὰρ ψωμῷ ἐλαττοῦται ἡ κρίσις διὰ τὸ πῦρ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι χώραν σησάμου εἶχεν, ἢ ἅλωνα· εὑρήσει πλούτου αὔξησιν πλέον τῶν εἰρημένων.

Εἰ δὲ ἴδῃ κέγχρου χώραν ἢ γεώργιον, εὑρήσει πλοῦτον καὶ χαρὰν ἀνάλογον τοῦ σησάμου ἐλάττονα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὀρύζαν ἔσχεν, εὑρήσει πλοῦτον μετὰ κόπου καὶ μετὰ πολλῆς μάχης καὶ δίκης καὶ βασάνου· διὰ τὴν βάσανον τῆς ἐκδόσεως τοῦ ὀρυζίου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγεν ὄρυζον, ὁ πλοῦτος αὐτοῦ ἐκ μειζόνων κακῶν ἥξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔσπειρεν ἕτερον εἶδος σπόρου, καὶ ἕτερον ἐγεώργησεν εἶδος· εἰ μὲν ἐστὶ χεῖρον τὸ εἶδος, καὶ ἔστιν ὁ ἰδὼν τῶν πιστῶν· εὑρήσει ἐναντίον ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ. εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἡ προσδοκία αὐτῇ ἡ ἐπὶ τοῖς ἑκάστου ἐπιτηδεύμασιν, ἀποτυχίας ἔσται. εἰ δὲ κρεῖττον τὸ εἶδος τὸ γεωργηθὲν, εἰς ἀγαθὸν ἔσται ἡ ἔκβασις.

Si quis habere visus sibi fuerit agrum sesamo consitum, vel aream sesamo plenam: maiora sibi diuitiarum incrementa portendi sciat, quàm per ea, quæ recensuimus.

Si agrum milio consitum videre visus fuerit, diuitias milij copiæ respondentes, & lætitiam inueniet: sed imparem significationi sesami.

Si visus sibi fuerit oryzam habere, diuitias magna cum rixa, litigatione, tortura consequetur: propter molestiam, quæ in excorticatione oryzæ deuoranda est.

Si oryzam edere visus sibi fuerit, opes eius de maioribus etiam malis prouenient.

Si quis visus sibi fuerit aliam leguminis speciem seuisse, atque alterius deinde speciei messem fecisse: si quidem hęc fuerit deterior, & qui somnium habuit, è numero fidelium est: in fide sua quiddam aduersi experietur. sin plebeius est, spes eius, quam in professione quisque sua fouet, voto non satisfaciet. sin demessa species altera melior fuerit, euentum res eam prosperum sortietur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ χώρας καὶ σπόρου. σια΄.

ΠΑσα σπορὰ εἰς προσδοκίαν πλούτου πολλαπλασίονος κεῖνται.

Εἰ ἴδῃ τις ὅτι ἔσπειρέ τι καὶ ἔφυ καλῶς· ὁ πλοῦτος καὶ ἡ προσδοκία αὐτοῦ εἰς καλὸν ἔσται· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκ τῆς ἅλωνος οὐδὲν συνῆξε πλὴν ἀχύρων· εὑρήσει πλοῦτον ἀκόπως. εἰ δὲ πλείονα σῖτον τοῦ ἀχύρου συνῆξεν· ἐνδοξότερον μὲν πλοῦτον πλουτήσει, ἐγκοπώτερον δέ.

De agro, & satione, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 211.

OMnis satio multipliciter ad expectationem opum refertur.

Si quis igitur aliquid seuisse visus sibi fuerit, atque hoc enatum fuisse feliciter: opes & spes ipsius eum minimè fallent. sin autem, diuersum accidet.

Si de area nihil collegisse, præter paleas, visus sibi fuerit: opes absque labore inueniet. sin plus frumenti, quàm palearum, collegit: splendidiores quidem diuitias adquiret, sed maiore cum labore.

Αἰγυπτίων ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ. σιβ΄.

Aegyptiorum rationes consimiles. CAP. 212.

SI quis visus sibi fuerit agrum habere lino consitum, si quidem id pulchrum est, & iam adultum: diuitias & gloriam coram hominibus inueniet, propter vestitum qui de lino conficitur.

Si quis præter morem habere visus sibi fuerit arundinetum calamorum dulcium, diuitias optatas & amplissimas adipiscetur, pro arundineti modo & magnitudine.

Sin ex more, diuitias itidem iucundas & maximas inueniet, pro arundineti ratione: sed indicatis modo minores.

Si consitum lupinis agrum habere visus sibi fuerit, sollicitudines & ærumnas habebit.

Si quis ex alia specie, quam de frumento, panem confecisse visus sibi fuerit: fraudulentia diuitias ingentes adquiret.

De gramine, acantha, siue spina, & senticeto: Indorum, Persarum, & Aegyptiorum interpretationes.

CAP. 213.

GRamen siue fœnum, in quauis persona diuitias & aurum denotat: magis tamen siccum, quam viride.

Si quis fœnum sustulisse, vel in aceruum congessisse, visus sibi fuerit: pro eius tum copia, tum pulchritudine, diuitias & aurum consequetur.

Si fœnum suum pluuia madefactum videre visus fuerit, in opibus suis aliquid experietur aduersi, pro ratione madoris.

Si fœnum suum incensum videre visus fuerit, à magistratu diuitiis spoliatur, non sine cruciatu.

Si visus sibi fuerit ab homine noto fœnum accepisse, prosperitatem ab eo diuitiásque consequetur, pro dati fœni modo.

Si fœnum suum vendidisse visus sibi fuerit auro, vel argento: per adflictionem & contentionem diuitias suas amittet.

ἘΆΝ τις ἴδῃ ὅτι ἔχει χώραν ἐσπαρμένην λινάριν, εἰ μὲν ἐστὶ καλὸν καὶ θαλερὸν καὶ θαλλὶς· εὑρήσει πλοῦτον καὶ δόξαν ἐνώπιον ἀνθρώπων διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ ἱματισμόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἔχει γλυκοκαλαμῶνα ἀσυνήθως, εὑρήσει πλοῦτον ἡδὺν καὶ μέγιστον ἀνάλογον τοῦ καλαμῶνος.

Εἰ δὲ συνήθως, εὑρήσει μὲν καὶ οὕτω πλοῦτον, ἐλάττονα δέ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔχει χώραν ἐκ θερμίων, ἕξει μερίμνας καὶ θλίψεις.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐποίησεν ἄρτον ἐξ ἑτέρου εἴδους, οὐχὶ σίτου· δολιότητι κτήσεται πλοῦτον πολύν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ χόρτου καὶ ἀκάνθης καὶ ῥαβδόχου. σιγʹ.

ὉΟ χόρτος καθ᾽ ὅλου ἐπὶ παντὸς προσώπου, εἰς πλοῦτον καὶ χρυσίον διακρίνεται· πλέον δὲ ὁ ξηρὸς τοῦ χλωροῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι χόρτον ἦρεν, ἢ εὗρεν, ἢ ἐθημωνίασεν· εὑρήσει πλοῦτον καὶ χρυσίον ἀνάλογον τοῦ πλήθους καὶ τῆς καλλονῆς.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ὁ χόρτος αὐτοῦ ἐβράχη, εὑρήσει θλίψιν εἰς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἀνάλογον τῆς βροχῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐνεπρήσθη ὁ χόρτος αὐτοῦ ἀφαιρεῖται ἀπὸ ἐξουσίας μετὰ τιμωρείας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπὸ γνωρίμου ἔλαβε χόρτον· εὑρήσει ἐξ αὐτοῦ ἀγαθὸν καὶ πλοῦτον ἀνάλογον τῆς δόσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπώλησε τὸν χόρτον αὐτοῦ χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου· μετὰ θλίψεως καὶ φιλονεικίας ἀποβαλεῖ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ.

Ἡ ἄκανθα εἰς ἄνδρα στρεβλὸν καὶ πονηρὸν κρίνεται ἀναλόγως τῆς ἀκάνθης πλὴν τῶν προειρημένων καρπίμων ἀκανθωδῶν δένδρων. ταῦτα γὰρ εἰς δύναμιν καὶ περιφάνειαν ἀνελήφθη τῶν ἀνδρῶν. τὰ δὲ μικρὰ εἰς ἀδυνάστην, καὶ πονηρὸν, καὶ πολλάκις θλιπτικὸν κρίνεται, τῶν ἀνθρώπων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀκάνθαις περιεπλάκη, εὑρήσει ἀγανάκτησιν καὶ θλίψιν ἀναλόγως τῆς περιπλέξεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἄκανθαι ἐκολλήθησαν ἐν τῷ ἱματίῳ αὐτοῦ· εἰς μέριμναν καὶ περισπασμὸν αὐτῷ ἀποβήσεται ἀναλόγως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι γυμνοποδῶν ἠκανθώθη τοὺς πόδας καθ' ὁδὸν· εἰ μὲν ἐστὶ μέγιστος, ἢ πεζευδεύων· πληγήσεται ἀναλόγως τῆς ἐκεῖθεν πληγῆς.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει ἕκαστος θλίψιν καὶ ἐναντίωσιν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν τοῦ αὐτοῦ. σιδʹ.

Πολλὰ πολλάκις τῶν ἀκανθῶν εἰς σφάλματα τῆς πίστεως διακρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀκάνθαις φοινικίναις ἐπλήγη, εὑρήσει ἀπὸ γυναικῶν εὐγενῶν καὶ μεγίστων μάχην καὶ θλίψιν ἀνάλογον τῆς πλήξεως.

Καθ' ὅλου δὲ πᾶσα ἄκανθα εἰς θλίψιν κρίνεται ἀναλόγως τῆς πλήξεως.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ῥάβδου. σιέ.

Ἡ ῥάβδος εἰς ἄνδρα εὐγενῆ κρίνεται ἀναλόγως τῆς εὐγενείας καὶ ἰσχύος τοῦ ξύλου.

Spina, virum peruersum & malum denotat, pro spinarum diuersitate: exceptis tamen spinosis arboribus frugiferis, de quibus antea dictum. Nam eæ relatæ sunt ad potentiam & splendorem hominum. Si quæ malæ sunt, impotentem, & improbum, & alios vexantem denotant.

Si quis implicatum se spinis videre visus fuerit, dolorem & adflictionem inueniet, implicationi respondentem.

Si spinas adhæsisse vesti suæ, videre visus fuerit: pro earum, quæ adhæsere, numero: sollicitudinem ac distractionem experietur.

Si visus sibi fuerit à spinis, quum nudus incederet, pedes in itinere lęsus: si vir amplissimus est, aut qui versatur in expeditione: pro accepti vulneris modo vulnerabitur.

Si plebeius, in professione quisque sua impedimentum experietur.

Consimiles ex Indis rationes.

CAP. 214.

Pleraque de spinis visa nocturna, de fidei sæpenumero lapsibus intelliguntur.

Si quis à palmarum spinis vulnerari visus sibi fuerit, à mulierculis nobilibus & amplissimis oppugnabitur & adfligetur, pro modo punctionis spinarum.

In vniuersum quæuis spina denotat adflictionem, pro modo punctionis & vulneris.

De virga siue baculo, ex Persarum, Indorum, & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 215.

Virga siue baculus, interpretando refertur ad virum nobilem, pro modo nobilitatis & roboris ipsius ligni.

Si quis baculum gestare, vel ei visus fuerit inniti: talem virum sibi conciliabit, ad amicitiam, gloriam, atque robur ipsius.

Si videre visus fuerit baculum suum fractum, vel fissum: si rex est, dilectum sibi validúmque seruum amittet: si plebeius, amittet hominem, cui maximè fidebat.

Si putruisse baculus per quietem visus ei fuerit: si rex est, ad eam personam referenda calamitas, de qua modò dictum: & similis in plebeis interpretatio recipiēda.

Si rex aliquem virga percussisse visus sibi fuerit, per hominem quendam suum benè de illo merebitur qui percussus fuit.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ῥάβδον φέρει, ἢ ὅτι ἐρείδεται ἐν αὐτῇ, εὑρήσει τοιοῦτον πρὸς φιλίαν, καὶ δόξαν καὶ ἰσχὺν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκλάσθη ἢ ἐσχίσθη ἡ ῥάβδος αὐτοῦ· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ποθητὸν δοῦλον αὐτοῦ καὶ ἰσχυρὸν ἀπολέσει· εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἄνδρα ᾧ πέποιθεν, ἀποβαλεῖ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσάπη, ὁμοίως ἐὰν ἐστὶ βασιλεὺς, ἔσται τὸ πάθος εἰς τὸν εἰρημένον ἄνθρωπον αὐτοῦ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἔτυψέ τινα ῥάβδῳ, διὰ τοῦ ἀνθρώπου αὐτοῦ, τὸν τυφθέντα εὐεργετήσει.

De arborum fructibus, explanationes Persarum.

CAP. 216.

SI quis fructus ex arboribus decerpere visus sibi fuerit, à viro potente diuitias consequetur, & arbori, & collectioni fructuum respondentes.

Si sedere sub arbore visus sibi fuerit, & absque labore fructus colligere: sine vlla sollicitudine ditescet.

Si videre visus fuerit, quasi arbor ipsa inclinata flexáque decerpendi copiam ei faceret: si rex est, aut vir amplissimus, comitabuntur atque satellitio suo stipabūt eum viri, prout arbor ipsa semet inflexerit: si plebeius, gratiam & potestatem populi alicuius impetrabit.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ καρπῶν τῶν δένδρων. σιϛʹ.

ἘΑΝ ἴδῃ τις ὅτι τρυγῶν ἀπὸ δένδρων καρποὺς, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ ἀνδρὸς δυνατοῦ, ἀναλόγως τοῦ δένδρου καὶ τῆς τρυγῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι καθήμενος ἀπὸ δένδρου συνάγει καρπὸν, ἀκόπως πλουτήσει ἀμερίμνως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ δένδρον ἐπικλιθὲν ἐδίδου αὐτῷ τρυγᾶν· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ἢ μέγιστος, ἀκολουθήσουσιν αὐτῷ καὶ δορυφορήσουσιν ἄνδρες, ἀναλόγως τῆς ἐπικλίσεως· εἰ δὲ τις κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει χάριν καὶ ἐξουσίαν ἀπὸ λαοῦ ἀνδρῶν.

De illorum colloquiis, quæ à natura loqui nequeunt: Indorum, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. 217.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων περὶ συντυχίας τῶν οἷς οὐκ ἔστι φύσις λαλεῖν. σιζ.

ΕΆΝ ἴδῃ τις ὅτι συνέτυχεν αὐτῷ πάντα, οἷς οὐκ ἔστι φύσις λέγειν· εἰ μὲν ἔστι βασιλεὺς, ἢ μέγιστος, ἢ πολεμιστής· εὑρήσει χαρὰν, καὶ νίκας ἐχθρῶν· θαυμαζόμενος ἐπὶ τοσοῦτον, ὅσον ἐπὶ τῇ συντυχίᾳ τῶν εἰς φωνεῖν ἀλόγων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ὡμίλησεν δένδρον ἢ κτήνει· εὑρήσει χρυσίον καὶ πλοῦτον πολλὸν, ὅστις ἂν ᾖ ὁ ἰδών.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὡμίλησε θηρίῳ τινὶ, ἢ ὄφει, ἢ ὁμοίῳ· εἰς νίκας ἐχθρῶν αὐτοῦ τοῦτο κείνεται.

Τὰ γὰρ θηρία, καὶ οἱ ὄφεις, ἔχθραν ἔχουσι κατὰ τῶν ἀνθρώπων.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ὡμίλησεν ὀρνέοις τισί· τοῦτο εἰς πλοῦτον ἑαυτοῦ κρινέτω, διὰ τὸ πτερόν.

SI quis videre visus fuerit omnia secum colloquentia, quibus natura loquendi facultatem non dedit: si rex est, aut vir amplissimus, aut dux bello strenuus: gaudio potietur, & hostium victoriis: tantúmque consequetur admirationis, quantum est in rerum mutarum, quibus cum sermones habet, colloquio miraculi.

Si quis cum arbore, vel iumento, colloqui visus sibi fuerit: auri & opum vim magnam inueniet, quicunque tandem hoc somnium habuerit.

Si quis visus sibi fuerit colloquutus cum bellua quadam, vel serpente, vel animali simili: hoc ipsum ad victorias de hostibus suis referat.

Nam belluæ, ac serpentes, inimicitias cum hominibus exercent.

Similiter si cum auibus quibusdam visus sibi fuerit colloquutus: ad opes hoc suas referat, propter pennas.

Ἐκ τῶν Αἰγυπτίων περὶ ἀμφιάσεως. σιη´.

ΕΆΝ ἴδῃ τις ὅτι φορεῖ ἱμάτια μέλανα συνήθη, εὑρήσει χαρὰν ἀνάλογον τῆς ἐνδύσεως.

Εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἦν αὐτῷ ἔθος, εὑρήσει θλῖψιν ἀνάλογον τῆς βαθύτητος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐφόρει ὑποκάμισον μέλαν, ἡ θλῖψις αὐτοῦ σφοδρότερον ἔσται.

Ὁμοίως καὶ εἰς πάντα τὰ ἱμάτια, ἐν οἷς ἕκαστον αὐτῶν προεξεχείθη πρόσωπον· ἐν τούτοις ἀνάλογως ἀποβήσεται τοιαύτη θλῖψις.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις συνήθης ὢν ἐνδύσεως μελαίνης, ὅτι ἐνεδύσατο ἱμάτια λευκά· καὶ ἐνόμιζε αὐτὰ εἰς ὕβριν· μεταστραφήσεται ἕκαστος ἐκ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ καὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος εἰς χείρονα. τὰ γὰρ λευκὰ εἰς κόσμον κρίνεται· ἀλλ᾽ αὕτη ἡ κρίσις διὰ τὸ συνήθες. τὰ δὲ μέλανα εἰς θλῖψις εἰσίν· ἀλλ᾽ αὕτη ἡ κρίσις διὰ τὸ παρασυνήθες.

De vestitu, ex Aegyptiorum disciplina. CAP. 218.

SI quis vsitata vestimenta nigra gestare visus sibi fuerit, lætitiam indumento respondentem inueniet.

Sin hoc vestimentum ei non erat vsitatum, in adflictionem incidet laxitati respondentem.

Si subuculam nigram gestare visus sibi fuerit, vehementiùs adfligetur.

Consimiliter in omnibus vestimentis, ad quas personas singula superiùs relata sunt. in eis euentum sortietur & adflictio.

Similiter si quis videre visus fuerit, qui vestes nigras gestare consuesset, amictum albo se pallio: simúlque ad ignominiam hoc suam reputauerit: in professione ac negotio quisque suo, ad deteriora sese conuertet. Nam quæ albi coloris sunt, ad ornatum quidem referuntur: sed hæc interpretatio propter hominis consuetudinem locum habet. Itidem ad ærumnam, quæ nigra sunt, spectant: sed hæc interpretatio propterea traditur, quod præter consuetudinem aliquid fiat.

Si quis diuersas vestes, vno duntaxat colore tinctas, gestare visus sibi fuerit: à rege, vel loci principe vexabitur.

De camylauchio, Indorum, Persarum, & Aegyptiorum explicatus.

CAP. 219.

SI quis visus sibi fuerit gestare camylauchium, iis consimile, quæ ab omnibus vsitato more gestantur: hoc ad caput, quod ipso superius est, interpretando refertur. ac si quidem visum fuerit eius capiti rectè conuenire, similiter & ipsi cũ capite suo rectè conueniet: sin autem, diuersa erit ratio. Significat enim, hunc hominem capiti siue magistratui displicere.

Si quis videre visus fuerit camylauchium suum sordidatum: adflictionem respondentem sordibus, in capite suo videbit.

Si ruptum videre visus fuerit, aut inueteratum: eódem calamitatem referat.

Si decidisse visum fuerit: à capite suo, cui subiectus est, separatur.

Si direptum ab ignoto quodam superior ille moritur: sin à noto, per illum ipsum aut alium ei similem ab ipso separabitur.

Si visus sibi fuerit gestare camylauchium obductum pelle felis, aut vulpis, aut animalium hisce similium: caput improbum habebit, tam ratione fidei, quam rerum mundanarum respectu: idque propter fraudulentam horum animalium naturam.

Si visus sibi fuerit accepisse camylauchium præter consuetudinem, dignitatis eminentiam consequetur, pro modo pulchritudinis eius.

Si album camylauchium accepisse visus sibi fuerit, coram hominibus decus & lætitiam inueniet.

Si prasinum, sublimitatem & celeberrimum nomen in fide sua reperiet.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι φορεῖ ἱμάτια βεβαμμένα διάφορα μονόχροα· εὑρήσει ἀπὸ βασιλέως, ἢ τοῦ ἐξουσιαστοῦ τοῦ τόπου, θλῖψιν καὶ ἀνάγκην.

Ἐκ τῶν Περσῶν, Ἰνδῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ καλυμαυχίου. σιθ'.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι φορεῖ καλυμαύχιον, ἐκ τῶν συνήθως πᾶσι φορουμένων· τοῦτο εἰς τὴν ὑπεραίρουσαν αὐτοῦ κρίνεται κεφαλήν. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι εὔθετον ἔστιν εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἔσται ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν εὔθετος· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον· εἰς γὰρ τὸ ἀπαρέσκειν ἔσται τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐρρυπωμένον ἦν· θλῖψιν ἀνάλογον τοῦ ῥύπου ἴδῃ εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι διερράγη, ἢ ἐπαλαιώθη· ὁμοίως ἐκεῖσε τὸ πάθος κρινέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπεσεν ἐξ αὐτοῦ· χωρίζεται τῆς ὑπερεχούσης αὐτοῦ κεφαλῆς.

Εἰ δὲ διηρπάγη παρὰ ἀγνοείστου, ἀποθνήσκει ὑπερέχων· εἰ δὲ γνωρίμου, δι' αὐτοῦ, ἢ δι' ἑτέρου ὁμοίου χωρισθήσεται αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι φορεῖ καλυμαύχιον ἠμφιεσμένον ἀπὸ δέρματος αἰλούρου, ἢ ἀλώπεκος, ἢ τῶν ὁμοίων· εὑρήσει κεφαλὴν πονηρὰν κατά τε τὴν πίστιν καὶ τὸν κόσμον· διὰ τὸ δόλιον τῶν θηρίων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαβε καλυμαύχιον παρὰ συνήθειαν, εὑρήσει ὕψος ἀξιώματος ἀναλόγως τοῦ κάλλους αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαβε λευκὸν, εὑρήσει κοσμιότητα ἐνώπιον ἀνθρώπων καὶ χαράν.

Εἰ δὲ πράσινον, εὑρήσει ὕψος καὶ ὄνομα μέγιστον εἰς τὴν πίστιν αὐτοῦ.

Εἰ δ' ἐρυθρόν, εἰς χαρὰν ἔσται αὐτῷ.

Καὶ εἰς τὰς λοιπὰς χρόας, καθὼς προκείθησαν.

Εἰ δέ τις ἴδῃ ἐκ τῆς τοῦ βασιλέως πορφύρας ὅτι ἐφόρησε καλυμαύχιον· εὑρήσει ἀξίαν καὶ τιμὴν παρ' αὐτοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἐστὶ μέγιστον τὸ καλυμαύχιον, πλεῖον ἔσται τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ.

Τὸ καμυλαύχιον ἐπὶ βασιλέως, εἰς τὴν αὔγουσαν καὶ εἰς τέκνον κεῖνται.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι νεωστὶ καλυμαύχιον ἐδέχετο, εἰ μὲν οὐκ ἔχει αὔγουσαν, νέαν λήψεται· εἰ δὲ ἔχει, τέξει τέκνον ἄρσεν.

Καὶ ταῦτα εἰ μὲν ἐστὶ καλυμαύχιον πολύχροον, εἰς ἐναντίον ἔσται τῶν θελημάτων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ συνήθης, βασίλειον, πιναρινὸν, καὶ διάδοχος ἔσται αὐτοῦ τὸ τεχθέν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι συνήθης ἐφόρει καλυμαύχιον, ἔσται ἡ χαρὰ αὐτοῦ εἰς τὸ προτεχθὲν, καὶ εἰς τὴν αὔγουσαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι καλυμαύχιον ἐδέχετο εἰς σκέπην βροχῆς, ἢ ἡλίου, τρόπαια ποιήσει κατ' ἐχθρῶν, καὶ ποσώσει ἔσται ἡ νίκη ὅσον ἡ σκέπη.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἀπὸ δερμάτων ἦν, πλοῦτον ἐχθρῶν ἐπικτήσεται. διότι ἡ δορὰ τῶν θηρίων, εἰς πλοῦτον ἐχθρῶν κεῖνται.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἱματίων λωρωτῶν. σκ'.

Εἰς ἄγνωστον πρόσωπον, ἢ εἰς εὐδοξίαν, ἡ τῶν χιτώνων αὐτῶν ἔσται τῶν λωρωτῶν κρίσις.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἔβαλεν ἱμάτιον λωρωτὸν ἀσυνήθως· εὑρήσει εὐγένειαν καὶ χαρὰν, καὶ εὐδοξίαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι τὸ λωρωτὸν ἐνετὸν ἦν· εἰς χαρὰν ἐνδοξοτέραν ἥξει αὐτῷ.

Si rubrum, gaudij significationem habebit.

Itidem de cæteris statuendum coloribus, prout eorum interpretationes supra sunt expositæ.

Si quis de purpura regis camylauchium gestare, visus sibi fuerit: à rege dignitatem & honorem consequetur.

Si maximum fuerit hoc camylauchium, plus ei boni prosperitatísque portenditur.

Camylauchium regis ad Augustam *& eius liberos* refertur.

Si rex visus sibi fuerit recens accepisse camylauchium, si Augusta caret, nouam accipiet: sin habet Augustam, marem procreabit.

Et quidem si camylauchium plures colores habet, aduersum quiddam ipsius desideriis portendit.

Sin autem consuetum regium, ex aduerso, & successor erit eius filius.

Si consuetum camylauchium gestare visus sibi fuerit, gaudium ad subolem iam ante susceptam, & ad ipsam Augustam spectabit.

Si rex camylauchium sumpsisse visus sibi fuerit, vt sese tegat, & muniat à pluuia, vel sole: contra hostes tropæa statuet, & quidem victoria tegumento respondebit.

Si camylauchium regi per quietem visum fuerit esse de pellibus, hostium diuitias adquiret. Quippe ferarum exuuium ad opes hostium refertur.

De vestibus virgatis, Persarum, & Aegyptiorum rationes.

CAP. 220.

Interpretatio virgatarum tunicarum ad personam nobilem, vel ad existimationem honestam referri debet.

Si quis præter morem visus fuerit sibi, sumere vestem virgatam: & nobilitatem, & gaudium illustrius consequetur.

Si coloris veneti fuerit, maiores ad opes perueniet.

Si

Si coloris veneti fuerit, maiores ad opes perueniet.

Si citrei, morbum duplicem denotat.

Si virgata vestis & nigra pariter erat, & alba: dedecus & adflictionem significat, propter interpretationem duplicem.

Virgatæ vestes de metaxa factæ, diuitias aliis solidiores significant: vt cæteræ, tenuiores.

De lanis factæ cuiúsvis generis, copiosiores & maiores his omnibus opes portendunt.

Itidem vestes operis Phrygij, quæ vsia vocant, ad opes indicatis abundantiores referuntur.

Si quis igitur vsium gestare visus sibi fuerit aureum, infamiam & adflictionem inueniet, auri copiæ respondentem.

Sin vsium lactei coloris, aut venetum: per signaturam siue incisuram argenti diuitias adquiret, colori respondentes.

Sin vsium de diuersis coloribus, & citreum: neruis cruciabitur, pro colorum multitudine.

Si visus sibi fuerit vsium gestare, diuitias vndecunque collectas à pluribus inueniet, propter ipsius tunicæ opus acu variegatum.

Si vsium rubras quasdam quasi bullas habet, per monetariam siue signaturam diuitias, bullarum numero respondentes, consequetur: modo res inusitata fuerit. sin vsitata, diuitiæ minores erunt.

De verberibus siue flagris, Persarum, & Aegyptiorum rationes.

CAP. 221.

Si quis visus sibi fuerit neruis ab aliquo noto cæsus, pro modo verberum ex auri signatura quæstum faciet.

Si cum potestate is est, qui percussit: hanc ipsam quoque cum eo communicabit.

Εἰ δὲ βένετον, εἰς πλοῦτον πλεῖστα.

Εἰ δὲ κίτρινον, διπλῆν νόσον νοσήσει.

Εἰ δὲ λωρωτὸν ἦν μέλαν καὶ λευκὸν, δυσφημίαν καὶ θλίψιν σημαίνει, διὰ τὸ διπλοῦν τῆς κρίσεως.

Τὰ ἀπὸ μετάξης λωρωτὰ, εἰς πλοῦτον στερρεώτερον τῶν ἄλλων κρίνεται· τὰ δὲ ἄλλα εἰς ἐλάττονα.

Τὰ δὲ ἀπὸ ἐρίων γαστρὸς ἢ τῶν ἄλλων ἤτοι χασίδια λωρωτὰ, εἰς πλεῖστα καὶ μείζονα τούτων πάντων τοῦ κρίνεται.

Καὶ τὰ λεγόμενα οὐσία, εἰς αἰώτερον πλοῦτον τῶν εἰρημένων πάντων κρίνεται.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι φορεῖ οὐσίον χρύσιον, εὑρήσει θλίψιν καὶ φήμην κακὴν ἀνάλογον τῷ πλήθους τοῦ χρυσοῦ.

Εἰ δὲ οὐσίον γαλαΐζον ἢ βένετον· εὑρήσει πλοῦτον διὰ χαράγματος ἀργύρου ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ οὐσίον ἀπὸ διαφόρων χροῶν καὶ κιτρίνου· εὑρήσει τιμωρίαν βουνεύρων, ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐφόρει οὐσίον, εὑρήσει πλοῦτον πολὺ συλλεκτὸν, διὰ τὸ τοῦ χιτῶνος πολυσυνάκτον ἐκ βελόνης ἔργον.

Εἰ δὲ τὸ οὐσίον ἔχει ὡσεὶ βούλλας ἐρυθρὰς, εὑρήσει πλοῦτον διὰ χαράγματος, ἀνάλογον τοῦ πλήθους· εἰ ἄρα ἐστὶν ἀσυνήθης. εἰ δὲ συνήθης, ἔσται ὁ πλοῦτος ἐλάσσων.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ τύψεως ἤτοι δαρμοῦ. σκα´.

ἘΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐτύφθη βουνεύροις παρά τινος γνωρίμου ἀνάλογως τοῦ μέτρου, κερδήσει διὰ χαράγματος χρυσίου.

Εἰ δὲ ὁ τύψας ἐστὶν ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ ἐκ ταύτης δώσει αὐτῷ.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ὥρισε τυφθῆναί τινι βουνεύροις· εὑρήσει ὁ τυφθεὶς χαρὰν μεγάλην καὶ πλοῦτον κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν.

Ὁμοίως ἐὰν αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ βασιλεὺς τύψῃ τινὰ μαγκλάβια ἢ χαρζάνια, εὑρήσει ἐξ αὐτοῦ περίφημον καὶ μέγιστον ἀξίωμα ὑπὲρ καύχημα.

Εἰ δ' αὐτοχειρὶ πάλιν τύψῃ τινὰ ῥάβδῳ· εὑρήσει ὁ τυφθεὶς παρὰ τοῦ δευτερεύοντος τοῦ βασιλέως, ἐν εἰδήσει καὶ γνώμῃ τοῦ βασιλέως, χαρὰν καὶ ἐξουσίαν.

Εἰ δὲ μετὰ σπάθης ἔδωκέ τινι ὁ βασιλεύς, ὁ λαβών, εἰ μὲν ἐστὶ δοῦλος, ἐλευθεροῦται παρὰ τοῦ βασιλέως· εἰ δὲ πτωχός, πλουτήσει· εἰ δὲ πλούσιος, ἢ μέγιστος, αὐξήσει ἐπ' αὐτῷ ἡ τιμὴ τοῦ βασιλέως ἀναλόγως τῆς τομῆς.

Εἰ δ' οὐκ ἐνήργησεν ἡ τομή, οὐδ' ἐξέμαξεν· ἔσται ἡ χαρὰ ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐλαττοτέρα.

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt neruis quispiam cæderetur: qui cæsus fuerit, ingenti lætitia diuitiisque potietur, pro numero verberum.

Similiter si rex ipse percusserit aliquem super manclauia vel charzania, percussus ille celeberrimam & amplissimam dignitatem ab eo consequetur.

Si virga rursus ipsemet aliquem manu sua percusserit: is qui percussus est, ab homine secundùm regem primo, rege sciente ac volente, lætitia potestatéque beabitur.

Si gladio rex aliquem percusserit, is qui plagas accepit, si seruus est, à rege emancipatur: si pauper, ditescet: si diues, aut vir amplissimus, magis ac magis eum rex honorare perget: prout scindi ac vulnerari visus sibi fuerit.

Si gladius nullam scindendi vim habuit, nec sanguis emanauit: in omnibus, quæ diximus, lætitia minor erit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἐρίου, μετάξης καὶ βάμβακος. σκβ'.

ΕἈΝ ἴδῃ τις ὅτι φορεῖ ἱμάτιον ἔχον αὐτὸ βάμβακος μετάξην· πληθυνθήσεται πλούτου ἰσχυροῦ ἀναλόγως τῆς πληθύος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε μετάξας πλείστας χρωμάτων, ἢ μονόχροους ἐκτὸς κιτρίνων· εὑρήσει πλοῦτον ἀνάλογον. εἰ δὲ κιτρίνων, σὺν τῷ πλούτῳ καὶ θλῖψιν ἕξει, καὶ νόσον.

Εἰ δὲ ἦν ἐρεοῦν τὸ ἔνδοθεν τοῦ χιτῶνος· εἰ μὲν ἦν χειμών, εὑρήσει χαρὰν ὁ ἰδών· εἰ δὲ ἐν θέρει, εὑρήσει πλοῦτον μετὰ θλίψεως, ἀνάλογον τῆς ὀλιγοερίας.

De lana, metaxa, & gossipio, rationes Indorum, Persarum, & Aegyptiorum.

CAP. 222.

SI quis vestem gestare visus sibi fuerit, habentem gossipij loco metaxam: solitis diuitiis implebitur, pro metaxæ copia.

Si metaxas plurium colorum, vel coloris vnius, citreis duntaxat exceptis, inuenire visus sibi fuerit: opes his respondentes consequetur. Si tamen citrei coloris fuerint, vnà cum opibus & ærumnam, & morbum habebit.

Si tunicæ pars interior erat lanea, tempore hyberno: qui somnium habuit, gaudio potietur: sin æstate, cum afflictione diuitias inueniet, prout lanæ modica fuerit copia.

Si quis lanam de ouium tonsura videre visus fuerit, à maximis viris fidas & stabiles diuitias accipiet, propter ouis ipsius cornu.

Si visus sibi fuerit inuenisse gossipium, à viris mediocribus opes istis minores consequetur. Nam lana vilius est gossipium.

Lana generaliter interpretationem auri puri habet.

Pili & lanæ caprarum, diuitias cum morbo portendunt. ac quis indutum se his videre visus fuerit, diuitias viliores cum labore consequetur, propter caprarum petulantiam.

Si lanam leporinam videre visus fuerit, pro eius copia diuitias à meretrice consequetur, idque propterea, quod sexu duplici lepores singuli prædjti sint.

Si linum inuenisse visus sibi fuerit, idque pexum erat, pro eius copia vitam laboribus inueniet obnoxiam, propter eas molestias, quæ in conficiundo lino sunt exanclandæ. Sin erat impexum, auro minore cum labore potietur.

Si linum cum suis lignis videre visus fuit cruciatum his respondentem inueniet.

Similiter si videre quis visus fuerit, inuenisse se congestum quiddam ex omnibus hisce speciebus indicatis: qui somnium habuit, opes atque negotiationem inueniet, quæ horum copiæ respondebunt.

De expansis in domo tapetibus, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 223.

SI quis recens factos tapetes in ampla capacique domo sternere, visus sibi per quietem fuerit: diuitias gaudiúmque mundanum adipiscetur, pro modo elegantiæ, amplitudinis, & operis tapetum ipsorum. Præterea mutationem dignitatis ad statum ampliorem, cum vita beata portendit.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ἔριον τὸ ἀπὸ κουρᾶς προβάτων, εὑρήσει πλοῦτον πιστὸν καὶ ἰσχυρὸν ἀπὸ μεγίστων ἀνδρῶν, διὰ τὸ κέρας τοῦ προβάτου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε βάμβακος, εὑρήσει πλοῦτον ἐλάσσονα ἀπὸ ἀνθρώπων μετρίων. ἐλάττων γὰρ ἡ βάμβαξ τοῦ ἐρίου.

Τὸ ἔριον καθ' ὅλου εἰς χρυσίον καθαρὸν κείνεται.

Αἱ τρίχες τῶν αἰγῶν καὶ τὰ ἔρια, πλοῦτον μετὰ νόσου δηλοῦσι. καὶ ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκ τούτων ἐνδέδυται, εὑρήσει πλοῦτον ἐλάσσονα μετὰ κόπου διὰ τὸ ἄτακτον τῶν αἰγῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ἔριον ἀπὸ λαγωοῦ, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ ἑταιρίδος, ἀνάλογον διὰ τὸ τοῦ λαγωοῦ διφυές.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε λινάριον, εἰ μὲν ἦν ἐκτενισμένον, εὑρήσει ἐπικόπως ἀνάλογον πλοῦτον διὰ τὸ ἐπίκοπον τῆς κατασκευῆς τοῦ λιναρίου. εἰ δὲ ἦν ἀκτένιστον, εὑρήσει χρυσίον μετ' ἐλάττονος κόπου.

Εἰ δὲ μετὰ ξύλων ἦν τῶν οἰκείων τὸ λινάριον, εὑρήσει τιμωρίαν ἀνάλογον.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρεν ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων εἰδῶν σεσωρευμένων· εὑρήσει ὁ ἰδὼν πλοῦτον, καὶ μέθοδον ἀνάλογως τοῦ πλήθους.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ ἐξαπλώσεως ταπήτων ἐν οἴκῳ. σκγ'.

ἘΑΝ ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι κατέστρωσε τάπητας ἐν οἴκῳ εὐρυχώρως νεωστί· εὑρήσει πλοῦτον καὶ χαρὰν κοσμικήν, ἀνάλογως τοῦ κάλλους καὶ τοῦ εὔρους, καὶ τοῦ ἔργου τῶν ταπήτων. ἀλλὰ καὶ μετάθεσιν ἀξιώματος πρὸς μεῖζον μετ' εὐζωΐας δηλοῖ.

Εἰ δὲ ὑπῆρχον ἀρχαῖοι οἱ τάπητες, ὁμοίως εὑρήσει αὔξησιν τοῦ πλούτου καὶ τῆς χαρᾶς ἀμεταθέτως τοῦ ἀξιώματος.

Οἱ κατεστρωμένοι τῶν ἐμπεπηλημένων ταπήτων, κρείττους εἰς κρίσιν εἰσίν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τῶν ἐμπεπηλημένων ταπήτων ἦρε, καὶ μετατέθησιν εἰς τόπον ἀγνώριστον· ἐστὶ εἰς θάνατον ἑαυτοῦ τοῦτο κρίνεται ταχινοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐμπεπηλημένον ἔκειτο· τοῦτο κρίνεται ὅτι οὔπω ἐλήλυθεν ἡ ὥρα τῆς εὐπραγίας αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι διετρίβαζεν εἰς τὴν κατάστρωσιν αὐτοῦ ἐλπιζέτω ἤδη τὴν χαρὰν καὶ τὸν πλοῦτον τοῦ κόσμου.

Βασιλεὺς, ἢ τῶν μεγιστάνων τις ἐὰν ἴδῃ ὅτι κατέστρωσε τάπητας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ νεωστί· τοῦτο εἰς νέας χαρὰς, καὶ νίκης ἐξάπλωσιν κρίνεται. εἰ δὲ τῶν ἀρχαίων ἦν, τὸ διὰ μελέτης ἀρχαίας αὐτοῦ πρᾶγμα γίνεται.

Εἰ δὲ ὅτι ἐκέλευσεν ἀρθῆναι αὐτοὺς· στέρησιν τοῦ πλούτου αὐτοῦ, καὶ τοῦ χρυσίου μετὰ θλίψεως κρίνεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσάπησαν, ἢ διεκόπησαν, ἡ ζωὴ αὐτοῦ εἰς τέλος ἥξει, καθάπερ γέροντος παλαιοῦ τὸ τέλος εἰς τέλος ἐστίν.

Si tapetes erant veteres, diuitiarum consimiliter incrementum, lætitiæque consequetur, absque mutatione dignitatis.

Strati tapetes iis, qui clauis adfixi sunt, interpretationem prosperiorem habent.

Si quis adfixos clauis tapetes abstulisse visus sibi fuerit, & in locum quendam incognitum trãstulisse: hoc ipsum de morte sua instante interpretator.

Si verò clauis affixum tapetem iacere viderit: hoc ita exponat, quod hora prosperitatis ipsius needum venerit.

Si moram fecisse visus sibi fuerit, dum eos sterneret: adhuc & gaudium, & opes mundi speret.

Si rex, aut magnatum quispiam, visus sibi fuerit factos recens in ædibus suis tapetes strauisse: hoc ipsum ad nouæ lætitiæ victoriarúmque dilatationẽ referat. Sin ij veteres erant, negotium quoddam ei succedet, de quo dudum ipse secum meditatur.

Sin imperasse visus sibi fuerit, vt auferrẽtur: attrationem diuitiarum suarum, & auri, cum ærumna, interpretator.

Si tolli iusserit, ac tapetes ipsi vel putruerint, vel in frustra cæsi fuerint: imminet ipsi vitæ finis: *vt senis longæui extrema ætas.* *

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ προσκεφαλαίων καὶ χειρομάκτρων ἤτοι μανδιλίων. σκδ΄.

ΤΑ προσκεφάλαια πάντα, καὶ τὰ χειρόμακτρα εἰς δούλους κρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὸ μάγουλον μαξιλάριον ἐκαλλιώθη πλεῖον ἢ ἦν· χαρήσεται ἐπὶ τῷ πρωτεύοντι δούλῳ αὐτοῦ. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ παλλακὰς κρίνεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκλάπη, ἢ ἐσχίσθη· ἔσται τὸ πάθος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις.

De puluinis, & mappis, siue mantilibus, Persarum & Aegyptiorum declarationes.

CAP. 224.

OMnes puluini, cum mantilibus, ad seruos referuntur.

Si quis videre visus fuerit maxillarium, quod vocant, elegantiùs factum, quam priùs erat: de primæ auctoritatis seruo voluptatem percipiet. Sæpenumero quoque de concubinis hoc accipitur.

Similiter si videre visus fuerit, idem hoc maxillarium furto sibi ablatum, vel laceratum: ad personas indicatas ipse casus pertinebit.

Puluinar etiam de inferiore seruo intelligitur, & quidquid de hoc alicui fuerit oblatum, vel boni, vel mali: suum sortietur euentum.

Mappæ de omnibus seruis accipiuntur, pro cuiúsque discrimine.

Nam si faciei mappa per quietem oblata fuerit, ad seruum domino magis familiarem, quísque subleuare curas heri solet, refertur: ac quidquid hisce mappis acciderit, siue adeò scindantur, siue concrementur, siue inueterascant: ad personas indicatas ipsa calamitas referatur.

Si pulchriores eædem factæ fuerint, ad eosdem prosperitas quoque, mapparum pulchritudini respondens, spectabit.

Si rex nouum habere maxillarium visus sibi fuerit, iuuenem quendam seruum sibi dilectum euehet.

Consimiliter si videre visus fuerit, quasi maxillarium sibi perierit, aut aliquid damni tulerit: ad eiusmodi seruum hoc referatur.

Ἀλλὰ καὶ τὸ προσκεφάλαιον, εἰς δοῦλον ἐλάσσονα κεῖνται, καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ἴδῃ τις καλὸν, ἢ ἐναντίον ἀποβήσεται ἐν αὐτῷ.

Τὰ χειρόμακτρα εἰς πάντας τοὺς δούλους κεῖνται, κατὰ τὰ διάφορον ἑκάστου.

Εἰ γὰρ ἐστὶ τοῦ προσώπου, εἰς οἰκειότερον δοῦλον καὶ παρήγορον τοῦ δεσπότου κεῖνται· καὶ πᾶν ὃ ἐὰν πάθωσι ταῦτα, εἴτε εἰς σχισμὸν, ἢ καυσρίαν, ἢ παλαίωσιν· τὸ πάθος ἔσται ἐν τοῖς εἰρημένοις.

Εἰ δὲ ἐκαλλιώθησαν ταῦτα, ἔσται τὸ καλὸν εἰς αὐτοὺς ἀνάλογως.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι νέον μαξιλάριον ἔσχε, νέον δοῦλον ποθούμενον ὑψώσει.

Ὁμοίως καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἠφανίσθη, ἢ ἔπαθέ τι κίνδυνον· εἰς τὸν τοιοῦτον δοῦλον κεῖται.

De substraminibus, & instratu, Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque rationes.

CAP. 225.

SVbstramen lecti notum, ad propriam cuiúsque mulierem refertur.

Si quis hoc ablatum furto per quietem putauerit, ad interitum coniugis eius spectat.

Si combustum, acri morbo extinguetur.

Si aliud accepisse visus sibi fuerit, pro eius elegantia mulierem inueniet.

Si de loco in locum substramen transtulisse, visus sibi fuerit: etiam vxor illius ab vno negotio se ad aliud conuertet.

Quòd si locus, ad quem transfertur, aut pulchrior, aut deterior fuerit: eidem & ipsius mutatio respondebit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ὑποστρωμάτων καὶ στρωμνῆς. σκέ.

ΤΟ ὑπόστρωμα τῆς κλίνης τὸ γνώριμον, εἰς γυναῖκα ἰδίαν κεῖνται.

Ἐὰν ἴδῃ τις αὐτὸ κλαπὲν, εἰς ἀπώλειαν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κεῖνται.

Εἰ δὲ καὲν, ὀξείᾳ νόσῳ ἀποθανεῖται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἕτερον ἔσχεν, εὑρήσει γυναῖκα ἀνάλογον τοῦ κάλλους αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετέστησεν αὐτὸ εἰς τόπον· μεταστραφήσεται καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ πράγματος εἰς πρᾶγμα.

Ἐὰν δὲ ἐστὶν ὁ τόπος ἐν ᾧ μετέστη καλλίων, ἢ χείρων· ἀνάλογως ἔσται ἡ μεταστροφὴ αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀφύπνωσεν ἀλλοτρίῳ στρώματι ἐν οἴκῳ ξένῳ· εἰ μὲν γνωρίζει τὸν δεσπότην, μοιχεύσει τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· εἰ δὲ μή, εἰς πορνείας ἥξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι δήσας τὸ στρῶμα αὐτοῦ μετέθηκεν εἰς τόπον· ξενιτεύσει τῆς ἰδίας γυναικός, καὶ ἐπανελθὼν εὑρήσει αὐτὴν σωφρονοῦσαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπαχύνθη καὶ ὠγκώθη τὸ στρῶμα αὐτοῦ ἐπανελθών· ἔγκυον εὑρήσει τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔχει στρῶμα ἀγνώριστον, ἐν ξένοις εὑρήσει γυναῖκα ἀναλόγως τοῦ κάλλους, καὶ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἔνδοθεν αὐτοῦ ἐπιβλήσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ στρῶμα γνώριμον, ἢ ξένον, κείμενον ἐπὶ κλίνης, καὶ ἑαυτὸν ἐπανακείμενον αὐτῆς· εὑρήσει ἐξουσίαν μεγάλην καὶ χαράν, διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι τὴν ἐκ ξύλων κλίνην, οἷς ποτε ξύλοις ἡ κρίσις εἰς ἄνδρας μεγίστους.

Καὶ ὅτι διήρκεσεν ἀνακείμενος, τοσοῦτον ἐπάνω αὐτῶν ὑψωθήσεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνῳ ἀναλόγως τοῦ κάλλους τοῦ θρόνου· εὑρήσει ἐξουσίαν μεγίστην διὰ τὴν ἐκ ξύλων κατασκευὴν τοῦ θρόνου.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι θρόνον ἔχει ἢ εἰργάσατο· εἰς τέκνον καὶ κληρονόμον τῆς βασιλείας αὐτοῦ κρίνεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι σύνθρονον ἐν ναῷ τέθηκεν· εἰ μὲν ἔχει υἱόν, βασιλεύσει αὐτός. ὁ γὰρ ναὸς εἰς οἶκον τοῦ βασιλέως ἐκρίθη.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπικοιμᾶται ἐν ἁπαλοῖς ὑποστρώμασιν ἀμερίμνως, θλίψει τὴν ἰδίαν γυναῖκα, καὶ οὐ φροντίσει τῆς ἰδίας γυναικός.

Ἐὰν δὲ ἴδῃ ὅτι ἐν χροακοῖς, ἀποβήσεται ἡ κρίσις εἰς τὰ προεκτεθέντα χρώματα.

Si alieno in strato, & domi alienæ, cubasse visus sibi fuerit: si dominum ædium adgnoscit, per adulterij consuetudinem vxorem ipsius stuprabit: sin autem, scortationibus indulgebit.

Si visus fuerit, stratum suum colligatum de loco in locum transtulisse: aberit ab vxore sua peregrè, ac reuersus castam & pudicam inueniet.

Si stratum suum crassius factum, & intumuisse, videre visus fuerit: è peregrinatione reuersus, ex seipso coniugem suam prægnatem inueniet.

Si visus sibi fuerit habere stratū quoddam incognitum, vxorem apud exteros inueniet, eámque sic comparatam, prout ipsum stratum & elegans fuerit, & amplum: atque ipse in eo cōmodè cubuerit.

Si stratum sibi cognitum, vel alienum, in lecto positum videre visus fuerit, séque in eo iacentem: magnam potestatem atque lętitiam consequetur, idque propterea, quod suppositum sit de lignis lectisternium: quæ quidem ligna viros amplissimos denotant.

Prout etiam diu cubuisse visus sibi fuerit, tantundem supra eos euehetur.

Similiter si visus sibi fuerit in throno consedisse, pro ipsius throni pulchritudine potestatem amplissimam inueniet, propterea quod thronus de lignis conficiatur.

Si rex visus sibi fuerit nouum vel habere, vel confecisse thronum: hoc ad filium regni successorem pertinet.

Similiter si visus sibi fuerit, in templo quendam solij cōsortem fecisse: si filium habet, regem illum designabit. quippe templum de domo regia intelligitur.

Si quis incubare mollibus substraminibus, omni solutus cura, visus sibi fuerit, vxorem suam vexabit, nec vllam eius curam habebit.

Si substraminibus coloratis incubare visus sibi fuerit, sequetur euentus secundùm interpretationem colorum, superiùs expositam.

De faceoliis, ex Persarum & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 226.

SI quis gestare faceolium visus sibi fuerit, amplissimam dignitatem prætoriam adipiscetur, pro ambitu faceolij, quem eius proceritas efficit.

Si videre visus fuerit faceolium de pilis confectum, diuitias cumulatiores adquiret.

Si de metaxa, minores eius opes erunt.

Si faceolium à capite suo solutum, videre visus fuerit: in prosperitate sua dolorem ac desertionem experietur.

Sin decidit, dignitatem suam amittet.

Si videre visus fuerit, quasi alius quispiã notus id adstulerit vel vi, vel ex amore: tam dignitatis ille, quam diuitiarum hæres & successor erit. Sin ignotus quispiam, hostis ei succedet.

Si videre quis visus fuerit faceolium suum de gossipio *aut lana*, factum: tam gloria, quam dignitas eius minor erit.

Si citrei coloris, in ægritudinem incidet, ac mortem fortasse, propterea quod in capite sit.

Similiter si aliis præditum coloribus per quietem videre visus fuerit, quodlibet illum habebit exitum, quem in colorum interpretatione supra declarauimus.

Si rex faceolium accepisse visus sibi fuerit, ad concubinam hoc refertur, pro ipsius desiderio, & faceolij colore, atque venustate.

Nam si album est, & ipsa formosa erit.

Si russatum, delectationis plena.

Si purpureum, fortassis eam Augustæ quoque gloria condecorabit.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ φακεωλίων. σκς΄.

ΕἈΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐφόρησε φακεώλιον, εὑρήσει ἀξίωμα στρατηγικὸν μέγιστον, ἀναλόγως τοῦ τῆς ἐκ μήκους κυκλώσεως τοῦ φακεωλίου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὸ φακεώλιον ἀπὸ χασδίκιν ἦν, εὑρήσει πλοῦτον πλείονα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπὸ μιτάξης, ἐλάττων ὁ πλοῦτος αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐλύθη ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ· εὑρήσει εἰς τὴν εὐπραξίαν αὐτοῦ ἀγανάκτησιν καὶ ἐρημίαν.

Εἰ δὲ ἔπεσεν, ἀποβάλει τὴν ἀξίαν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦρεν αὐτὸ ἕτερος γνώριμος βίᾳ ἢ πόθῳ, αὐτὸς ἔσται διάδοχος τῆς ἀξίας καὶ τοῦ πλούτου αὐτοῦ. εἰ δ᾽ ἀγνώριστος, ἐχθρὸς ἔσται ὁ διάδοχος.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι ἀπὸ βάμβακος ἢ ἐρίου ἦν· ἔσται ἡ δόξα καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ ἐλάττων.

Εἰ δὲ κίτρινον, εὑρήσει νόσον, ἴσως καὶ θάνατον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ κεφαλῇ.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἦν διὰ τῶν ἄλλων χρωμάτων· ἕκαστον ἀποβήσεται ἐν οἷς προεχρήσθη τὰ χρώματα.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔλαβε φακεώλιον εἰς πρόσωπον τῆς παλλακῆς· τοῦτο κρίνεται κατὰ τὸν πόθον αὐτοῦ, καὶ χρῶμα καὶ τὸ εὐειδές.

Εἰ γὰρ λευκὸν, ἔσται εὐειδής.

Εἰ δὲ ῥούσιον, τῆς χαρᾶς ἔσται.

Εἰ δὲ πορφυροῦν, ἴσως καὶ εἰς δόξαν αὐγούστης ἀγάγῃ αὐτήν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ποδορτίων. σκζ'.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι περιεβάλετο ποδόρτια νέα, εὐωδίαν ἔχοντα· μισθοποιήσει πτωχοῖς ἐκ τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ. εἰ δὲ δυσωδίαν ἔχοντα, φήμην κακὴν ἀρεῖ, διὰ τὸ δυσῶδες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. τὸ γὰρ ποδόρτιον, σκέπη ἐστὶ τοῦ ποδός· καὶ ὁ πούς, εἰς δοῦλον καὶ χρῆμα καὶ ζωὴν τοῦ ἀνθρώπου κρίνεται· καὶ ἡ τούτων συντήρησις ἐκ τοῦ εἰς τοὺς πένητας ἐλέους ἐστί. καὶ διὰ τοῦτο εὐωδία καὶ τὸ δυσῶδες μαρτυροῦσι περὶ αὐτῶν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι περιεβάλετο βεβαμμένον τὸ ποδόρτιον· εἰς δόξαν πλείονα τῆς μισθοποιίας αὐτοῦ εἰσιν, ἀναλόγως τῶν προκειμένων βαφῶν, ἐκτὸς κιτρίνου. τοῦτο γὰρ εἰς ἀσθένειαν τῆς μισθοποιίας ὀλείθη.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκάησαν τὰ ποδόρτια αὐτοῦ· εὑρήσει θλίψιν καὶ τιμωρίαν ἀπὸ ἐξουσίας εἰς τοὺς δούλους καὶ εἰς τὸν πλοῦτον αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκλάπησαν, χλεύῃ τοῦ ἐχθροῦ, εἰς θλίψιν ἥξει καὶ διὰ τοὺς δούλους αὐτοῦ καὶ τὸν πλοῦτον κρίνεται.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ποδόρτια ἐνέβαλε νέα· τοὺς πρώτους καὶ μυστικοὺς αὐτοῦ δούλους πλουτίσει ἀναλόγως τῆς δασύτητος τῶν ποδορτίων.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τι ἐν αὐτοῖς ἐναντίον, εἰς τοὺς δούλους αὐτοῦ τοῦτο κρίνεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὰ ποδόρτια ἐστένωσαν τὰ ὑποδήματα, θλίψει τοὺς δούλους αὐτοῦ ἀναλόγως τῆς στενώσεως.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐχωλάνθη ὁ πούς αὐτοῦ καὶ περιεποιήθη αὐτόν· ἔσται ἡ χώλανσις εἰς κίνδυνον· καὶ ἡ περιποίησις, εἰς διόρθωσιν τοῦ δούλου αὐτοῦ, ἀναλόγως τῆς περιποιήσεως αὐτοῦ.

De vestimentis talaribus, Indorum rationes.

CAP. 227.

SI quis vestes nouas talaros induisse visus sibi fuerit, easque fragrantia quadam imbutas: pauperibus præmia de facultatibus suis constituet. sin illæ fætuerint, in negotio mercedis suę famam malam adquiret, propter vim fætoris. quippe vestis talaris, tegmen pedis est: & pes ad seruum, & rem, & victum hominis refertur: quarum rerum conseruatio, de cōmiseratione erga pauperes pendet. ideóque de his tum ipsa fragrantia, tum fætor testantur.

Si quis vestem talarem, aliquo colore tinctam, induere visus sibi fuerit: hoc ad maiorem in tribuenda mercede gloriam ipsius pertinet, pro ratione colorū, quorū superius traditæ sunt interpretationes: excepto colore citreo. Nam is ad tenuitatem præmij refertur.

Si videre visus fuerit, exustas vestes suas talares: adflictionem & cruciatum à magistratu experietur, ratione diuitiarum & seruorum suorum.

Si furto ablatas, per hostis ludibrium in adflictionem incidet, ac propter opes seruósque suos damnatur.

Si rex visus sibi fuerit nouas sumere vestes talares, auctoritatis primæ seruos, & eosdem arcanorum suorum conscios, pro ipsarum vestium talarium densitate, ditabit.

Similiter si diuersum quiddam oblatum alicui per quietem de vestibus hisce fuerit, hoc ipsum quoque seruos ipsius respicit.

Si somnium habuerit, quasi vestes talares presserint calceos, seruos suos adfliget, pro modo pressuræ.

Quòd si etiam pedem claudum factum videre visus fuerit, ac vicissim restitutum: vt claudicatio periculum, sic restitutio serui eius emendationem portendit: pro factæ restitutionis in integrum modo.

De

De zupa, ex Persarum & Aegyptiorum interpretationibus.

CAP. 228.

SI quis visus sibi fuerit induisse zupam, si cum potestate est, nomen famámque præclaram inueniet: idque propterea, quod supra vestes alias semper gestari zupa soleat. Ac similiter bonum quoque nomen omnia, quæ homini adsunt, exornat.

Si non est princeps aliquis, sed plebeius: facultatum quisque collectionem, & custodiam, & securitatem in professione sua consequetur.

Si visus sibi fuerit zupam sumpsisse de pilis confectam, opes nomine suo splendidiores inueniet.

Sin erat è lino, & gossipio: in operibus suis à tenuioribus subsidium apiscetur.

Si zupa veneti coloris erat, maiores opes inueniet.

Si russata, per monetariam diuitias cōsequetur, prout ipse color densus & spissus fuerit.

Si citrei coloris, in domo sua vexabitur, & potestas ipsius auertetur.

Si prasini, per mulierem & opes & potestatem inueniet.

Si quis eam discidisse visus sibi fuerit, de suis opibus amittet, adfligetur, potestate excidet.

Si fuerit exusta, per principem cruciabitur.

Si lacerata, vel inueterata: calamitas ad opes & dignitatem ipsius pertinebit.

Si rex arcendæ pluuiæ caussa, vel roris, zupam sumpsisse visus sibi fuerit: subsidium inueniet, ad mitigationem ærumnæ suæ.

Si ea zupa lanea fuerit, gentem improbam atque potentem sibi adiunget, vt aduersus hostes subsidia sumministret.

Si zupam frigoris arcendi caussa sumpsit, thesauros & opes suas recuperabit.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ ζούπας. σκή.

ΕΆΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐνεδύσατο ζοῦπαν, εἰ μὲν ἐστὶν ἐξουσιάζων, ὄνομα καὶ φήμην καλὴν εὑρήσει· διὰ τὸ ἐπάνω φορεῖσθαι τὴν ζοῦπαν ἀεί. καὶ ὁμοίως τὸ ὄνομα τὸ καλὸν κοσμεῖ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου.

Εἰ δὲ ἐξουσιάζων οὐκ ἔνι, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ λαοῦ· εὑρήσει ἕκαστος συναγωγὴν, καὶ φυλακὴν, καὶ ἀσφάλειαν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔβαλε ζοῦπαν χάσδιον, εὑρήσει πλοῦτον ἐνδοξότερον τοῦ ὀνόματος.

Εἰ δὲ ἦν ζοῦπα ἀπὸ λίνου, καὶ βάμβακος· εὑρήσει ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ σκέπην ἀπὸ ἀνδρῶν ἐλαττοτέρων.

Εἰ δὲ ἦν κατὰ τὸ χρῶμα βένετος, εὑρήσει πλοῦτον πλείονα.

Εἰ δὲ ῥούσιος ἦν, εὑρήσει πλοῦτον διὰ χαράγματος κατὰ τὴν δασύτητα καὶ τὴν πῆξιν αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἦν κίτρινος, θλιβήσεται ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἐξουσία αὐτοῦ ἀποστραφήσεται.

Εἰ δὲ ἦν πράσινος εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν ἀπὸ γυναικός.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐσχάσατο αὐτὴν, ὑφελεῖ τοῦ πλούτου καὶ θλιβήσεται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀποβαλεῖ.

Εἰ δὲ ἐκάη, διὰ ἐξουσιαστοῦ τιμωρηθήσεται.

Εἰ δὲ διεῤῥάγη, ἢ ἐπαλαιώθη· ἔσται τὸ πάθος εἰς τὸν πλοῦτον καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἔβαλε ζοῦπαν διὰ βροχὴν ἢ δροσίαν· εὑρήσει σκέπην εἰς παρηγορίαν θλίψεως.

Ἡ ζοῦπα δὲ εἰ ἐστὶ χάσδιος, ἔθνος πονηρὸν καὶ δυνατὸν ἐνδύσεται εἰς συνήθειαν κατ' ἐχθρῶν.

Εἰ δὲ ἔβαλε ζοῦπαν διὰ ψῦξιν, περιποιήσεται τοὺς θησαυροὺς καὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὑρέθη τι αἴτιον ἐν αὐτῷ· ἔσται ἡ ἔκβασις ἐν τοῖς εἰρημένοις ἔθνεσι.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ σανδαλίων. σκθʹ.

ΕΑ'Ν ἴδῃ τις ὅτι βάλων σανδαλία, ἐβάδιζεν, εὑρήσει ταξείδιον. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐκόπη ὁ ἱμὰς αὐτοῦ, ἀποκαθῆται ἐκ τοῦ ταξειδίου ἑκών. εἰ δὲ ἀπεκόπη τελείως καὶ ἐξέπεσεν ὁ σανδάλις, μετὰ θλίψεως ἔρχεται τοῦ ταξειδίου ἑκών.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔβαλεν τὰ σανδάλια μὴ βαδίζων· λήψεται μὲν γυναῖκα, εἰ οὐκ ἔχει. εἰ δὲ ἔχει, παρακοιμηθήσεται νέᾳ παλλακῇ.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι πρότερον αὐτὰς ταῦτα ἐφόρησε, καὶ ὅτι κρατεῖ αὐτὰ ἐν χερσὶν ἄθικτα· εὑρήσει κόρην ἢ γυναῖκα παρθένον.

Εἰ δὲ ἦσαν ἀπὸ χρείας, ἀπὸ χρείας εὑρήσει γυναῖκα.

Καὶ εἰ μὲν ἦσαν τὰ σανδάλια μαῦρα, ἔχοντα καὶ τρίχας, εὑρήσει γυναῖκα πλουσίαν.

Εἰ δὲ ἦσαν ῥούσια, γυναῖκα τῆς χαρᾶς εὑρήσει.

Εἰ δὲ κίτρινα, νοσώδη καὶ κακογνώμονα.

Εἰ δὲ λευκά, εὐειδῆ γυναῖκα εὑρήσει.

Εἰ δὲ πολύχροα, εὑρήσει γυναῖκα κακογνώμονα, πολλὰ ἐπιθυμοῦσαν τῶν τοῦ βίου.

Εἰ δὲ εἰσὶν ἀπὸ δορᾶς βοείας, εὑρήσει θυγατέρα ἀπὸ εὐγενοῦς Ῥωμαίας μεγιστάνας· διὰ τὸ κέρας τῶν ἐκ βοός.

Εἰ δ' ἀπὸ δορᾶς καμήλου, ἔσται ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀράβων.

Εἰ δὲ βουβαλίου δορᾶς, ἔσται ἡ γυνὴ ἀπὸ δυνατωτέρου γένους καὶ μωροτέρου.

Εἰ δὲ ἀπὸ δορᾶς ἵππου, ἐξ εὐγενῶν ἀνδρῶν καὶ δυνατῶν ἔσται ἡ γυνή.

Si videre visus fuerit, inuentum aliquod in zupa vitium: in explicatis hactenus euentus respondebit.

De sandaliis, Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque rationes.

CAP. 229.

SI quis sandaliis sumptis incessisse visus sibi fuerit, expeditionem suscipiet. ac si quidem sandalij corrigiam scissam ruptámque videre visus fuerit, sponte sua relicta expeditione domi residebit. sin ea prorsus abscissa calceus exciderit, cum ærũna inuitus ab expeditione reuertetur.

Si noua sumere sandalia, nec incedere tamen, visus sibi fuerit: vxorem accipiet. Si iam habet vxorem, cum noua concubina cubabit.

Si visus ea fuerit ipsemet gestare, ac manibus intacta tenere: puellam, mulierémve virginem inueniet.

Sin iam vsus eis fuerat, *vxorem inueniet ad vsum bonam.*

Quòd si nigra fuerint sandalia, & pilosa, opulentam mulierem viduam ducet.

Si sandalia russata erant, plenam omnĩ delectatione mulierem accipiet.

Si citrei coloris, morbis obnoxiam & contumacem.

Si alba, formosam inueniet vxorem.

Si varij coloris sint, inueniet peruicacem & multorum, quæ in vita, cupidam.

Si facta sunt de corio bubulo, filiam suscipiet ex nobili fæmina Romana, patricij ordinis: propter cornu bouis.

Si de corio cameli, ex Arabum natione mulier erit.

Si de corio bubali, de natione mulier erit potente quidem illa, sed paulò stolidiore.

Si de corio equino, prognata de nobilibus erit, & magna potentia præditus.

Si sandalia duo sumpsisse visus sibi fuerit, & esse progressus, inde verò ruptum fuisse alterum: in viā se dabit is qui somnium habuit, atque vel fratrem, vel sororem amittet.

Sin alterum furto videre visus fuerit ablatū, vel à muliere vexabitur, vel morbo, vel amissione dignitatis, vel morte.

Similiter si is, cui visum hoc oblatum est, iter aliquod instituit: impedimentum ex eo sentiet.

Itidem alia quadam interpretatione, sandalia perdita vel ad vxoris fraudulentiam, vel filiæ, vel sororis referuntur.

Si quis videre visus fuerit, ea sibi per vim à quodam adempta: hoc de morte coniugis interpretator.

De Persicis manicis subucularum, ex Persarum disciplina.

CAP. 230.

PErsica subuculæ manica refertur ad rationem & constitutionem vitæ.

Si quis hāc solutam decidisse, per quietem videre visus fuerit: hoc ad necessarij victus dissipationem & interitum referat. Nam subucula significationem habet interioris domesticæ vitæ ac domus.

Similiter si cui visum oblatum fuerit, quasi subucula ipsius & firmior, & ornatior esset: hoc de facultatibus suis intelligat.

Si rex tale somnium habuerit, de soluta scilicet manica subuculæ: rem ad exercitum suum interpretando referat, & ad negotia bellica.

Si quod ruptum erat, vicissim restitutum videre visus fuerit: casus aduersus, qui accidit exercitui, corrigetur.

Si salua erat, & integra manica: soliditas eius, & integritas, ad exercitum regium pertinet.

Omnis enim honor, & firmitas, & vita regum, ab exercitibus eorum pendet.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔβαλε τὰ δύο, καὶ ἐβάδιζε, τὸ δὲ ἐσχίσθη· εἰς ὁδὸν ἀπελεύσεται ὁ ἰδὼν, καὶ ἀπολέσει ἢ ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφήν.

Εἰ ἴδῃ ὅτι ἐκλάπη τὸ ἕν, εὑρήσει θλῖψιν ἀπὸ γυναικὸς διὰ νόσου ἀξίας, ἢ διὰ θανάτου.

Ὁμοίως ἐὰν ἔχῃ ὁδὸν, ὁ ἰδὼν ταῦτα, ἐμποδισθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Ἔσται δὲ καὶ κατ' ἄλλην κρίσιν ἡ ἀπώλεια τῶν σανδαλίων, εἰς δολιότητα γυναικὸς, ἢ θυγατρὸς, ἢ ἀδελφῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι βίᾳ ἀφῃρέθη ταῦτά τις· εἰς θάνατον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κρινέτω.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ σικίων καὶ μανικίων ὑποκαμίσων. σλ'.

ΤΟ περσικὸν μανίκιν τοῦ ὑποκαμίσου, εἰς κατάστασιν καὶ σύνταξιν τοῦ βίου κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις τοῦτο παραλυθὲν καὶ πεσὸν εἰς παράλυσιν καὶ ἀπώλειαν τοῦ βίου αὐτοῦ τοῦτο κρινέτω. τὸ γὰρ ὑποκάμισον εἰς τὸν οἰκειακώτερον βίον καὶ οἶκον κρίνεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι δυνατὸν καὶ κεκοσμημένον ἐστὶ, ταῦτα εἰς τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ κρινέτω.

Βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο ὅτι παρελύθη· εἰς τὸν στρατὸν αὐτοῦ κρινέτω τὸ πάθος, καὶ τὰ πολέμια αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι σχισθὲν διορθώθη· ἔσται τὸ πάθος τοῦ στρατοῦ διόρθωσις.

Εἰ δὲ σῶον, καὶ ἰσχυρὸν ἦν· ἡ στερεότης, καὶ ἡ σωτηρία εἰς τὸν στρατὸν αὐτοῦ.

Ἡ γὰρ πᾶσα τιμὴ, καὶ σύστασις, καὶ ὁ βίος τῶν βασιλέων, τὰ στρατόπεδα αὐτῶν εἰσίν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ἀπονίψεως ῥύπου, καὶ ἐνδύσεως καθαρῶν ἱματίων. σλά.

ΕΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἀπονιψάμενος ἐνεδύσατο ἱμάτια καθαρά· ἀποβάλει πᾶσαν θλῖψιν καὶ μέριμναν καὶ νόσον, καὶ χαρήσεται ἀναλόγως τῆς ἀποπλύσεως, καὶ τῆς δόξης τῶν ἱματίων, καὶ τιμηθήσεται ἐνώπιον τοῦ λαοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι περιεβάλετο ἱμάτια, καινὰ μὲν, διερρωγότα δὲ οἷς οὐκ ἔστι περιποίησις· ὁ τοῦτο ἰδὼν οὐ τεκνώσει ποτέ.

Εἰ δὲ ἔστιν ἐν αὐτοῖς τρόπος περιποιήσεως, περιεργασθήσεται ἀπὸ μαγείας.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ὑφάντης ἀνυφαίνει αὐτά, ἢ αὐτὸς ἐκεῖνος· εὑρήσει θλῖψιν καὶ μάχην μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἀναλόγως τῆς ἀνυφάνσεως.

Εἰ δὲ ῥάπτει αὐτὰ αὐτός, εἰς καλὸν αὐτῷ κρινέτω· καὶ τῆς εἰρημένης περιεργασίας κουφισθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ῥάπτει τὸ ἱμάτιον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, εἰς αἰσχύνην αὐτοῦ καὶ θλῖψιν καὶ μέριμναν τοῦτο κρινέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀνυφαίνει αὐτὸ αὐτός, ἀπολογίας ποιήσει ψευδεῖς τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ φωραθήσεται ἐπὶ πορνείᾳ.

De ablutione sordium, & amictu mundo, ex Indorum disciplina. CAP. 231.

SI quis ablutis sordibus, vestes mundas induisse visus sibi fuerit: omni adflictione, sollicitudine, morbo liberabitur: próque modo loturæ, & ipsarum vestium splendoris, gaudio potietur, & in conspectu populi honorabitur.

Si visus sibi fuerit induere vestes, nouas quidem illas, sed laceratas, quæ refici nequeant: qui somnium hoc habuit, nullos vnquam liberos procreabit.

Sin aliqua restat ratio refectionis, veneficio fascinabitur.

Ac si quidem videre visus fuerit vel textorem, vel seipsum eas retexentem: inueniet adflictionem & rixam cum coniuge sua, suam ad ignominiam, & ærumnam, & sollicitudinem, pro modo factæ denuò texturæ.

Sin ipsemet eas consuit, boni quiddam sibi portendi statuat: & ea fascinatione, quam diximus, liberabitur.

Si visus sibi fuerit, vxoris suæ vestem consuere, hoc ipsum quoq; suam ad ignominiam atque sollicitudinem referat.

Sin eam ipse retexere visus sibi fuerit, excusationes ad vxorem falsas instituet, & in scortatione depræhendetur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἀποπλύσεως καὶ ἐνδύσεως. σλβ'.

ΕΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐξερρύπωθη, φροντίδα ὁδοῦ ἀποβάλει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔβαλεν ἱμάτια καινὰ ἀσυνήθως· εὑρήσει τιμὴν καὶ δόξαν ἀναμέσον τοῦ λαοῦ, καὶ πλοῦτον ἀνάλογον τῆς στερρότητος καὶ λαμπρότητος τοῦ ἱματίου.

De ablutione & amictu, Persarum, Aegyptiorúmque rationes.

CAP. 232.

SI quis visus sibi fuerit deposuisse sordes, itineris cura liberabitur.

Si præter morem, nouas sumpsisse vestes visus sibi fuerit: apud populum suum honorem atque gloriam inueniet, & opes soliditati splendoríque vestium respondentes.

Si vestem de pilis confectam, induisse visus sibi fuerit: ab hostibus improbis & inualidis opes atque potestatem consequetur: propter earum ferarum, de quarum pilis ea vestis constat, improbitatem ac fraudulentiam.

Si quis de metaxa factam vestem induisse visus sibi fuerit: firmiores ille quidem, sed moderatiores opes cõsequetur.

Si visus sibi fuerit induisse vestes albas & mundas, pro mundiciei, & albedinis modo, ab omni dolore repurgatur.

Si vestem laneam, vel lineam, vel è gossipio factam induerit: eę vestes de diuitiis intelliguntur, non etiam de potestate.

Si laceratæ sunt, & ex indicatis omnibus constant: qui somnium habuit, ex ærumna in ærumnam incidet.

Sin eas consuere visus sibi fuerit, aduersitatibus suis pari ratione medebitur.

Quòd si curtæ sunt, instar earum quæ podicem constringunt: ingens sperabit gaudium, & minus inueniet, pro vestis oblatæ per quietem modo.

Si rex ab iis sordibus, quas habebat in corpore, visus sibi fuerit repurgatus: ea cura, qua conficitur, liberatur.

Si nouam induisse purpuram visus sibi fuerit, res eius & illustriores & splendiores euadent.

Sin vestes vsitatas & veteres induit, ablutionis quidem respectu curis & sollicitudine liberabitur: at propter vestitum veterem, in eodem res statu permanent.

Si laceratas induisse vestes visus sibi fuerit, nouum & inusitatum malum, propter insolentiam eius in rege vestitus, experietur.

Sin easdem exuerit, etiam malo isto liberabitur.

De equis maribus, & fœminis, Indorum, Persarum, & Aegyptiorum interpretationes.

CAP. 233.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐνεδύσατο χάσδιον· πλοῦτον εὑρήσει καὶ ἐξουσίαν ἀπὸ ἐχθρῶν πονηρῶν καὶ δυνατῶν· διὰ τὸ κακοῦργον τῶν θηρίων ἐξ ὧν τὸ χάσδιον.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐνεδύσατο ἱμάτιον ἀπὸ μετάξης· δυνατώτερον μὲν, μετριώτερον δὲ πλοῦτον εὑρήσει.

Εἰ δὲ λευκὰ καὶ καθαρὰ, τοσοῦτον ἀποκαθαίρεται πάσης λύπης, ἀναλόγως τῆς καθαρότητος καὶ τῆς λευκότητος.

Εἰ δὲ ἀπὸ ἐρίου, ἢ ἀπὸ λίνου, ἢ βαμβακος· ταῦτα εἰς πλοῦτον κεῖνονται· οὐ μὲν τι εἰς ἐξουσίαν.

Εἰ δὲ διερρωγότα εἰσὶν, ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων ἱματίων, ἐκ θλίψεως εἰς θλίψιν ἥξει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔρραπτε καὶ συνίστη αὐτὰ, συστήσει αὐτὰ ἀναλόγως.

Εἰ δὲ κοντὰ καὶ ὑψηλὰ δίκην σφιγκουρείων· χαρὰν ἐλπίζει μεγάλην, καὶ ἐλάττονα εὑρήσει ἀναλόγως.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο ὅτι ἀπεβλήθη ῥύπον ὃν εἶχεν, μεγίστην ἣν εἶχεν ἀποβαλεῖ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐνεδύσατο πορφύραν νέαν, εἰς ἐνδοξότερον καὶ λαμπρότερον ἀποβήσονται αὐτῷ τὰ πράγματα.

Εἰ δὲ ἐνεδύσατο ἀρχαῖα συνήθως, διὰ τὴν ἀπόπλυσιν μὲν εὑρήσει ἀμεριμνίαν· διὰ δὲ τὴν ἀρχαιότητα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀποβήσονται αὐτῷ τὰ πράγματα.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι διερρηγμένα ἐνεδύσατο, νέον κακὸν ἀσυνήθες, διὰ τὸ ἀσυνήθες τῆς ἐνδύσεως δέξεται.

Εἰ δὲ ταῦτα ἀπεβάλλετο, ἀποβαλεῖ καὶ τὸ τοιοῦτον κακόν.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἵππων ἀρρένων καὶ θηλέων. σλγʹ.

Ἵππος τὸ φάρας τὸ εὐγενὲς, εἰς ὕψος καὶ ἀξίωμα κατὰ τὴν τῶν ὀνείρων ἐκρίθη κρίσιν. ὁμοίως καὶ ἡ ἵππος ἡ φάρας, εἰς εὐγενῆ γυναῖκα· καὶ τὰ κοινὰ τῶν ἵππων εἰς ἐλάττονα εὐγένειαν καὶ δόξαν ἐκρίθη· ὁμοίως καὶ τὰ θήλεα εἰς ἐλάττονας γυναῖκας.

Ἐὰν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι ἵππῳ εὐθετεῖ καὶ κροαίνοντι φάρας ἐποχεῖται· εὑρήσει φήμην μεγίστην καὶ ὕψος, καὶ εὐσχημοσύνην ἐνώπιον λαοῦ.

Καὶ εἰ μὲν ἐστὶν ὁ ἰδὼν βασιλεὺς· εὑρήσει χαρὰν καὶ δόξαν ἐν τῇ Αὐγούστῃ, καὶ τῷ βασιλείῳ αὐτοῦ, ἀναλόγως τοῦ ἵππου τῆς εὐπρεπείας.

Εἰ δὲ ἐστὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ὁ ἰδὼν, ἕκαστος εὑρήσει διαφορὰν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐποχούμενος τὸν αὐτὸν ἵππον, ἢ ὅμοιον ἤλαυνεν ὀξέως· εὑρήσει εὐγένειαν καὶ ὕψος καὶ πρὸς τὸν δρόμον τοῦ ἵππου εὐθύτητα καὶ κατευόδωσιν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐποχεῖται φάρας μετὰ ἁρμάτων, εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ φήμην καλὴν, ἀναλόγως τῶν ἁρμάτων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐποχούμενος, τούτῳ κατεῖχεν ἀσπίδα· εὑρήσει ἀφοβίαν ἐξ ἐχθρῶν, καὶ δύναμιν ἀνάλογον τοῦ ἵππου.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, εὑρήσει ἄνδρα τῶν πολεμίων αὐτοῦ ἄρχοντα γενναῖον κατ' ἐχθρῶν. ἡ γὰρ ἀσπὶς εἰς πρόσωπον ἐκρίθη τοῦ πολεμάρχου αὐτοῦ.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐστὶν ἡ ἀσπὶς μαῦρα, ἢ βένετος· ἔσται ὁ πολέμαρχος αὐτοῦ μακρόθυμος καὶ κυβερνητικὸς, διὰ τὸ μὴ ῥᾳδίως ἐπιφαίνεσθαι τοῖς χρώμασι τούτοις ῥύπον.

Εἰ δὲ ἦν λευκὴ, δειλὸς ἔσται, καὶ ῥίψασπις· διὰ τὸ ῥᾷον τῆς τοῦ χρώματος ῥυπάνσεως.

Εἰ δὲ ἐρυθρὰ, πλεῖστα χαρήσεται ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ πορφυρᾶ, ταῦτα εἰς υἱὸν ἢ ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως κεῖται.

Equus generosus (qui phares dicitur) in somniorum interpretationibus ad eminentiam & dignitatem refertur. Similiter & equa, (quæ pharas) generosam fœminam portendit: equi denique vulgares, de nobilitate ac gloria quadam inferiore accipiuntur: itidemque vulgares equæ, de conditionis inferioris mulieribus.

Si quis in somnis visus sibi fuerit equo agili, ac lasciuiente vehi: coram populo famam & existimationem amplissimam, & eminentiam, & decus inueniet.

Sin is, qui somnium habuit, ipsemet imperator est: gaudium atque gloriam in Augusta, & aula sua regia, pro ipsius equi venustate ac ornatu, inueniet.

Si plebeius est, in professione quisque sua mutationem experietur.

Si quis equo tali, vel simili vectus, eum visus sibi fuerit egisse celeriter: nobilitatem & eminentiam inueniet, cum prosperitate: prout agiliter equus ipse cucurrerit.

Si quis equo generoso vehi visus sibi fuerit armatus, potestatem cum bona fama reperiet, pro armorum ratione.

Si equo tali visus sibi fuerit insidere, ac tenere clypeum: securitatem ab hostibus, & potentiam equo respondentem inueniet.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, consequetur hominem, quem rerum bellicarum summæ præficiet, fortem ac strenuum aduersus hostes. Clypeus enim ad personam Polemarchi regij, siue summi rei bellicæ præfecti, refertur.

Si clypeum nigrum, vel coloris veneti, videre visus fuerit: Polemarchus regius tolerans & gubernationi erit idoneus, idque propterea, quod in hisce coloribus non facilè sordes adpareant.

Si album scutum erat, timidus erit, & eorum è numero, qui abiecto scuto fuga sibi consulunt: idque propterea, quod facilè color iste sordibus inquinetur.

Si clypeus rubri coloris erat, maximam rex oblectationem ex isto duce suo capiet.

Si purpureus, ad filium vel fratrem regis refertur.

Si aureus, aut citrei coloris: ad hominẽ iniurium, & improbi animi, refertur.

Si quis vehi visus sibi fuerit equa generosa instrata, quæ caudam longam habeat: fœminam honoratam inueniet, & per eam suis in rebus prosperitatem consequetur, pro modo caudæ.

Si equa nigra est, opulenta mulier erit.

Si quis sponte sua visus sibi fuerit ex equo generoso descendere, sponte potestatem suam deminui patietur: sin inuitus, ob equi contumaciam scilicet, ex equo decidit: terrorem inueniet, & cruciatum, aut in dignitate sua successorem.

Si carnem equinam edisse visus sibi fuerit, insigne nomen inueniet, cum nobilitate, ac bona principis adfectione.

De coloribus, equorum, & sellariis regum, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. 234.

IN regum visis nocturnis, equus candidissimus ad Augustæ personã refertur.

Equus instratus splendente sellario ferreo, si quidem sella regia est: ad mulierem Augusta inferiorem refertur. ac si quidẽ aliquis hæc tenere visus sibi fuerit, potestas minor portenditur.

Si sellarium regium rosacei coloris fuerit, mulierem delectationis & gaudij plenam denotat.

Equus regius niger ad opulentam mulierem & iniuriam, propter nigredinem, refertur.

Ad summam, vt rem simpliciter explicemus, omnia regia sellaria per quietem oblata, de regijs vxoribus intelliguntur. ac si quidem aliquis horum aliquid à rege visus sibi fuerit accipere: lætitiam, potestatem, & mulierẽ à rege consequetur.

Εἰ δὲ χρύσεα, ἢ κίτρινος· εἰς θλιβερὸν καὶ κακογνώμονα.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐποχεῖται φάρας ἵππου θηλείας ἐστρωμένης μακρὰν οὐρὰν· εὑρήσει γυναῖκα τιμημένην, ἀναλόγως τῆς οὐρᾶς τῆς ἵππου, καὶ προκοπὴν δι' αὐτῆς.

Καὶ εἰ μὲν ἔστι μαύρη ἡ ἵππος, ἔσται ἡ γυνὴ πλουσία.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἑκὼν κατῆλθεν ἀπὸ ἵππου φάρας, εὑρήσει ἑκουσίως ἐλάττωσιν τῆς ἐξουσίας· εἰ δ' ἄκων, τῇ σκληρότητι τοῦ ἵππου ἔπεσεν ἐξ αὐτοῦ, εὑρήσει φόβον καὶ τιμωρίαν, ἢ διάδοχον τοῦ ἀξιώματος αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγε κρέας τοῦ ἵππου· εὑρήσει ὄνομα μέγα καὶ εὐγένειαν καὶ πόθον ἀγαθὸν ἀπὸ ἐξουσίας ζώσης.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ χρωμάτων ἵππων καὶ σελαρίων βασιλικῶν. σλδ'.

Ὁ λευκότατος ἵππος ἐν θεωρίᾳ βασιλέως εἰς πρόσωπον αὐγούστης κρίνεται.

Ὁ λευκὸς σιδηροῦς, εἰ ἔστι σελάριον βασιλέως· εἰς ἐλάττονα τῆς αὐγούστης γυναῖκα κρίνεται· καὶ ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι κατέχει αὐτοῖς· εἰς ἐλάττονα ἐξουσίαν τοῦτο κρινέτω.

Σελάριον δὲ βασιλικὸν ἐὰν ἔστι ῥοδόχροον, εἰς γυναῖκα τῆς χαρᾶς κρίνεται.

Καὶ ὁ μέλας ἵππος ὁ βασιλικὸς, εἰς γυναῖκα πλουσίαν καὶ θλιβερὰν κρίνεται, διὰ τὸ μέλαν.

Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐν ὀλίγοις, πάντα τὰ σελάρια τοῦ βασιλέως κατ' ὄναρ θεωρούμενα, εἰς γυναῖκας αὐτοῦ κρίνονται. καὶ ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι παρὰ τοῦ βασιλέως ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ εὑρήσει χαρὰν καὶ ἐξουσίαν, καὶ γυναῖκα παρὰ τοῦ βασιλέως.

Εἰ δέ τις ἴδῃ ὅτι ἀγνοίᾳ τοῦ βασιλέως ἐκαβαλλίκευσεν ἐξ αὐτῶν ἀσυνήθως· πορνεύσει λάθρα μετὰ μιᾶς τῶν γυναικῶν αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι μέλαιναι ἵπποι βέλη δεδεμένα ἑκατέρωθεν φέρουσαι εἰσῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· γυναῖκα πλουσίαν εἰσαγάγῃ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς ποσὶ αὐτοῦ ἀποθανοῦνται πολλοὶ τοῦ οἴκου ἀναλόγως τοῦ πλήθους τῶν βελῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι νέα ἵππος φαρὰς ἀγύμναστος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ εἰσῆλθε· κόρην παρθένον, εὐγενῆ, νέαν εἰσοικήσει ἐν ἑαυτῷ.

Εἰ δὲ ἵππον κοινόν, τοῦτο εἰς πρόσωπον δούλης κρίνεται.

Αἱ γὰρ κοιναὶ ἵπποι ἐπὶ τῶν ὁρώντων εὐγενῶν εἰς δούλας κρίνονται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ τοῦτο, εἰς γυναῖκα ἑαυτοῦ τοῦτο κρινέτω.

Καὶ πᾶν ὃ ἐὰν πάθωσι καλόν, ἢ κακὸν ἐν αὐταῖς τοῦτο κρινέτωσαν.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ ἡμιόνων. σλέ.

ἘᾺΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐκαβαλλίκευσε βορδῶνα καλῶς βαίνοντα· εὑρήσει ἑκουσίως ταξείδιον καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀγανάκτησιν καὶ ἀνάγκην.

Αἱ γὰρ ἡμίονοι πᾶσαι ἄρσεν καὶ θῆλυ εἰς ἀναστροφὴν παντὸς πράγματος ἐπὶ προσώπου κρίνονται. διὰ τὸ ἀνέργαστον τῆς τεκνοποιΐας τῶν δύο.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκαβαλλίκευσεν ἡμίονον καὶ εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἔχοντα χάρτια, καὶ ἦρεν ἐξ αὐτῶν, εὑρήσει ταξείδιον φορολογίας καὶ ζημιωθήσεται μᾶλλον· οὐκ αὐξήσει δὲ δι' αὐτῆς τῆς ἡμιόνου στειρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκαβαλλίκευσεν αὐτὴν μετὰ τὸ σάγμα ἐπὶ παντὸς προσώπου εἰς ἄτιμον γυναῖκα κρίνεται καὶ πένητα.

Si quis ignorante rege visus sibi fuerit his insidere, ac præter morem vehi: cum muliere quadam eius clàm stupri consuetudinem habebit.

Si quis videre visus fuerit equam nigram, quæ vtrinque iacula colligata gestaret, ingressam domum suam: mulierem opulentam in domum suam ducet, & ad pedes ipsius complures ex ea domo morientur, pro telorum numero & copia.

Si quis videre visus fuerit, equam generosam iuuenem, nondum exercitatam, in domum suam ingressam: puellam virginem nobilem in domum suam ducet.

Sin equam vulgarem, hoc ad ancillæ personam refertur.

Nam in visis hominum nobilium, equæ vulgares de ancillis intelliguntur.

Si tale somnium plebeius habuerit, ad vxorem hoc suam referat.

Quidquid his adeò siue boni, siue mali acciderit, ad easdem referatur.

De mulis, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 235.

SI quis visus sibi fuerit inequitasse burdoni, benè incedenti: sponte sua suscipiet expeditionem, de qua dolorem & miseriam percipiet.

Omnes enim muli & mulæ, omnium rerum subuersionem homini portendũt. propterea, quòd steriles sint, & procreare neuter sexus possit.

Si quis inequitasse mulo visus sibi fuerit, & ingressus esse domum, in qua essent chartæ, de quibus aliquas ipse sumpserit: expeditionem tributorum exigendorum caussa suscipiet, in qua damnum potius, quàm lucrum faciet, propter eius animalis sterilitatem.

Si mulæ quis inequitasse visus sibi fuerit, cum sella siue strato: hoc quouis in homine de fœmina infami, & egente accipitur.

Si

Si vir amplissimus hoc somnium habuerit, in hominem incidet infamem, & vexationem inueniet, propter mulam.

Si mulam quis amisisse visus sibi fuerit, ærumnam in ea voluptate, quæ de facultate procreatrice percipitur, experietur.

Si quis mulam vendidisse visus sibi fuerit, commodo suo calamitate liberatur.

Si quis à mula pessum datum se, videre visus fuerit in ærumnam acrem & vehementem citò incidet.

De asinis, Persarum, Indorum, & Aegyptiorum interpretationes.

CAP. 236.

DIuersa est de asinis interpretatio, ac plerunque hominum ad fortunam refertur.

Si quis insedisse visus sibi fuerit asinæ, per mulierem beabitur. sin asino, ad fortunam ipsius id quoque spectat. itaque felicitatem inueniet, respondentem ei iuri, quod in asinum habet, & pro eiusdem incessu.

Si niger asinus erat, ex auri lucro felicitatem inueniet.

Si albus, felicitatem & eminentiam per vxorem & liberos consequetur.

Si quis asinum emisse visus sibi fuerit, aut ab alio donatum accepisse, quem ipse suam in domum deduxerit, asino se comitante: gratiam apud Deum inueniet, & in domo sua diuitias colliget, prout asinum introduxisse visus sibi fuerit.

Si asinum perditum inuenisse visus sibi fuerit, & abstulisse: gaudium nec opinatum inueniet.

Si lac asininum bibisse visus sibi fuerit, in morbum acrem incidet, nec tamen morietur.

Καὶ μέγιστος ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, εἰς ἄτιμον ἐμπεσεῖται, καὶ εὑρήσει θλίψιν διὰ τὴν ἡμίονον.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀπώλεσε τὴν ἡμίονον· εἰς θλίψιν γυναικείας χάριν ἥξει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπώλησεν ἡμίονον, μετὰ συμφέροντος λυτροῦται πάθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐλακτίσθη παρὰ ἡμιόνου εὑρήσει θλίψιν δριμεῖαν καὶ ὡραίαν καὶ σύντομον.

Ἐκ τῶν Περσῶν, Ἰνδῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ὄνων. σλϛ'.

ΔΙάφορός ἐστιν ἡ τῶν ὄνων κρίσις, ὡς ἐπὶ πολὺ δὲ πρὸς τύχην τῶν ἀνθρώπων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκάθησεν εἰς ὄνον θήλειαν, εὐτυχήσει διὰ γυναικός. εἰ δὲ εἰς ὄνον ἄρρενα, καὶ τοῦτο εἰς τύχην αὐτοῦ κεῖνται. εὑρήσει οὖν καὶ αὐτὸς εὐτυχίαν ἀνάλογον τῆς κυριεύσεως τῆς εἰς τὸν ὄνον καὶ τῆς βαδίσεως αὐτοῦ.

Εἰ δ' ἦν ὁ ὄνος μέλας, εὑρήσει εὐτυχίαν διὰ κέρδος χρυσίου.

Εἰ δὲ λευκὸς ἡ εὐτυχία αὐτοῦ καὶ τὸ ὕψος διὰ γυναικὸς καὶ τέκνων.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ὠνήσατο ὄνον, ἢ ἐχαρίσθη παρά τινος, καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος εἰσήγαγεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀκολουθοῦντος τοῦ ὄνου· εὑρήσει χάριν παρὰ θεοῦ, καὶ πλοῦτον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ συνάξει καθὼς εἰσήγαγε τὸν ὄνον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρεν ὄνον ἀπολλύμενον, καὶ ἦρεν αὐτόν· εὑρήσει χαρὰν ἀπροσδόκητον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιεν ὄνειον γάλα, εὑρήσει ὀξὺ νόσημα καὶ οὐκ ἀποθανεῖται.

D

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μετὰ φόρτου ὄνον εἰσήγαγεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· εὑρήσει ἀγαθὸν ἀνάλογον τοῦ γόμου καὶ πλοῦτον καὶ χαράν. εἰ δ᾽ ἄνευ φόρτου, ἀποβαλεῖ θλίψεις καὶ φόβον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὄνος αὐτοῦ ἀπέθανε, ἀποθανεῖται ταχέως ὁ ἰδών.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπεσεν ἐξ ὄνου, πτωχεύσει σφόδρα.

Εἰ δὲ πίνῃ γάλα ἐξ ὀνάγρας, εὑρήσει ὕψος μετὰ νόσου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι σύρει ὄνον μετὰ σχοίνου, καὶ ὑπακούει αὐτῷ ὁ ὄνος, ἀναλόγως τῆς ἀκολουθήσεως ἡ τύχη συνέψεται αὐτῷ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εἶχεν ὄνον καὶ ἀπέθανεν· ἀποθανεῖται ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ πτωχεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκλάσθη ὁ ὄνος αὐτοῦ, πτωχεύσει ἀθεραπεύτως, διὰ τὸ ἀθεράπευτον τῆς ὄνου.

Εἰ δὲ εὗρε κρέας ὤνειον, ἢ ἔφαγεν· εὑρήσει κέρδος μετὰ νόσου ἀναλόγως τῆς βρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κόπρον ὀνείαν συνῆξεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· χρυσίον ἀνάλογον τοῦ πλήθους ἀκόπως εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρεν δορὰν ξένου ὄνου, κληρονομήσει αὐτόν.

Εἰ δὲ μὴ ἀπροσδοκήτως πλουτήσει αὐτόν.

Εἰ δὲ ἔφαγεν κρέας ὀνάγρου, εὑρήσει ὄνομα μέγα καὶ πλοῦτον.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ὁ ὄνος αὐτοῦ οὐροκοπήθη, εἰ μὲν ἐστὶν ὑπὸ ἀξίωμα, στερίσκεται αὐτό· εἰ δὲ πλούσιος, ζημιωθήσεται τοῦ κέρδους αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ μετὰ φόρτου τὸν ὄνον αὐτοῦ ὀλισθήσαντα καὶ ἐπισεσόντα ἐν πηλοῖς· εὑρήσει νόσον καὶ θλίψιν ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ ἐβάδισεν· ἀποβαλεῖ τὴν θλίψιν καὶ τὴν νόσον αὐτοῦ, καὶ χαρήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἶχεν ὄνον θήλειαν καὶ ἔτεκεν· ὁ πλοῦτος αὐτοῦ διπλασιάσει καὶ προκόψει· καὶ ἐὰν ἔχῃ γυναῖκα, τέξεται υἱόν.

Si asinum onustum in domum suam introduxisse, visus sibi fuerit: prosperitatem oneri respondentem, cum diuitiis, & lætitia reperiet. sin expertem oneris, adflictiones & metum omnem deponet.

Si videre visus fuerit asinum suum mortuum, citò morietur is, qui somnium habuit.

Si de asino visus sibi fuerit lapsus, ad egestatem extremam redigetur.

Si lac asinæ siluestris biberit, eminentiam cum morbo reperiet.

Si asinum fune visus sibi fuerit trahere, morem ipsi gerente asino: prout asinus hominem sequutus fuit, etiam fortuna ipsum comitabitur.

Si quis asinum habuisse visus sibi fuerit, qui mortuus sit: eius vxor morietur, & in paupertatem incidet.

Si asinum suum ruptum videre visus fuerit, incurabiliter egebit, propterea, quòd nec asinus curari possit.

Si carnem asininam inuenerit, aut comederit: cum morbo lucrum inueniet, pro modo manducationis.

Si asininum sterculinium in domo sua collegisse visus sibi fuerit pro eius copia, sine labore auro potietur.

Si asini peregrini exuuium reperisse visus sibi fuerit, hæres hominis erit.

Sin minus, ex inopinato quis ditescet ipsum.

Si carnem onagri comederit, eximium nomen & opes inueniet.

Si caudam asino suo præcisam videre visus fuerit, si quidem est sub dignitate, eam amittit: sin opulentus, lucro suo multabitur.

Si asinum suum cum onere labentem, & cadentem in lutum, videre visus fuerit: in morbum incidet, & detrimentum facultatum suarum experietur.

Sin asinum è luto surrexisse, ac perrexisse viderit: ex ærumna sua morbóque liberabitur, & lætitia fruetur.

Si asinam habere visus sibi fuerit, quæ pepererit: opes eius duplicabuntur, & augescunt: & si vxorem habuerit, filium procreabit.

Si rex visus sibi fuerit, pro strenis asinos à quodam accepisse dono: gaudio præter expectationem fruetur, asinorum pulchritudini respondente.

Si onagros adlatos sibi, videre visus fuerit, lætum nuntium & diuitias ab extraneis breui accipiet, propter onagri velocitatem.

Si asinos suos mortuos videre visus fuerit, hoc ipsum in persona quauis ad ærumnam & interitum domesticorum eius pertinet.

Asini fortunam hominum denotant. quidquid ab eis homo consequi visus sibi fuerit, siue bonum, siue malum: prorsus eueniet.

De camelis velocibus, Persarum, & Aegyptiorum rationes.

CAP. 237.

ARabici cameli, fæminei sexus, quæ veloces sunt, miseriam, mortem, & damnationem portendunt.

Si quis harum aliqua vehi visus sibi fuerit, ita quidem, vt ab ea cursu auferretur: eum hominem orcus auferret, idque propterea, quod nullum animal cum camelis hisce fæminis, quod cursum adtinet, in comparationem venire possit.

Si visus sibi fuerit huiusmodi camelum conscendisse, paruóque confecto spatio, rursus ex ea descendisse: duram in ægritudinem incidet, qua vicissim liberabitur.

Si quam talem inuenisse visus sibi fuerit, & suam in potestatem redegisse, ac frænasse potestatem à rege consequetur, per maximi alicuius Saraceni preces & intercessionem.

Si camelum huiusmodi, membrum aliquod ipsius momordisse, per quietem viderit: à magistratu vexabitur, prout antea de membris singulis certas interpretationes tradidimus.

Si videre visus fuerit, quasi camelus eiusmodi calces ipsimet impegerit: sine detrimento suo terrebitur à principe, propterea quod camelus vngulam equinam non habeat.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ὄνους ξένια ἐδέξατο παρά τινος· ἐλεύσεται χαρὰ ἀπροσδοκήτως ἀναλόγως τοῦ κάλλους τῶν ὄνων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὀνάγρους ἤνεγκαν αὐτῷ, χαρὰν καὶ πλοῦτον ἀπὸ ἀλλοφύλων δέξεται ταχέως, διὰ τὴν ταχύτητα τοῦ ὀνάγρου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι οἱ ὄνοι αὐτοῦ ἀπέθανον, εἰς θλίψιν καὶ ἀπώλειαν τῶν οἰκείων αὐτοῦ, τοῦτο κρινέτω ἐπὶ παντὸς προσώπου.

Οἱ ὄνοι εἰς τύχην τῶν ἀνθρώπων κεῖνται. καὶ πᾶν ὅτι εὕροι ἄνθρωπος ἐξ αὐτῶν καλὸν, ἢ κακὸν, ἀποβήσεται αὐτῷ.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ καμήλων δρομαίων Σαρακηνῶν. σλζ.

ΟΙ ἀράβιοι κάμηλοι, αἱ ταχεῖς, εἰς ἀνάγκην, καὶ θάνατον, καὶ κρίσιν κεῖνται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐποχεῖται εἰς ἐξ αὐτῶν, καὶ συνέσπειραν αὐτὸν εἰς δρόμον, ἀρεῖ αὐτὸν ὁ χάρων· διὰ τὸ μηδὲν τι τῶν ζώων παρεξισοῦσθαι αὐτῷ ἐν δρόμῳ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τῇ τοιαύτῃ καμήλῳ ἐπιβὰς ὀλίγον ἀπῆλθε, καὶ πάλιν κατῆλθεν ἀπ' αὐτῆς· εὑρήσει νόσον σκληρὸν καὶ ἀποβαλεῖ αὐτήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὑρὼν ἐξ αὐτῶν ἐκυρίευσε, καὶ ἐχαλίνωσεν αὐτήν· εὑρήσει ἐξουσίαν ἀπὸ βασιλέως διὰ διαμεσιτεύσεως μεγίστου Σαρακηνοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐδήχθη ἀπὸ τοιαύτης καμήλου ἐν μέλος αὐτοῦ, ἀπὸ ἐξουσίας τοιαύτης ἐν οἷς προεξεθέμην ἑκάστῳ τῶν μελῶν τιμωρηθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τοιαύτη μία κάμηλος ἀπ' αὐτῶν ἐλάκτισεν αὐτὸν· φόβον ἐξουσιάζοντος, εὑρήσει ἀβλαβῶς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄνυχα τὴν κάμηλον ἱππείαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκ τῆς τοιαύτης γενεᾶς ἐκτήσατο θηλείας καμήλους καὶ ἤμελγεν αὐτάς· εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ κυρείαν κατὰ τοῦ ἔθνους τῶν Σαρακηνῶν.

Βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἀλλότριον ἔθνος ὑποτάξει, ἀναλόγως τῆς ὑποτάξεως καὶ τοῦ πλήθους τῆς ἀμέλξεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι καμήλου κρέας ἐσθίει, εὑρήσει νόσον μακρὰν καὶ ὑγιανεῖ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι περιεπάτει ὁμοίως καμήλῳ, εὑρήσει ψευδοδοξίαν μεγαλυνῶν ἑαυτὸν καὶ αἰσχυνόμενος.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ὡμίλησε καμήλῳ οἰκείᾳ· εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ πλοῦτον ἀνάλογον τοῦ πλήθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἶχε κάμηλον θήλειαν καὶ ἐπώλησεν, ἢ ἐξεποιήσατο αὐτήν, λυτροῦται κακῆς γυναικὸς, θανάτῳ ἢ χωρισμῷ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἡ τοιαύτη κάμηλος ἔτεκεν ἄρσεν· ἀπὸ κακῆς γυναικὸς υἱὸν ἕξει ἐπὶ βλάβῃ. εἰ δὲ θῆλυ, ὁμοίως τῆς μητρὸς καὶ αὐτή.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι γάλα καμήλου ἔπιεν· εὑρήσει ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ πλοῦτον καὶ φόβον, καὶ νόσον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔσφαξε κάμηλον ἐν οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ τὸ κρέας ἔχει· εὑρήσει ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ τιμωρείαν, καὶ φόβον, καὶ νόσον, καὶ ἀνάγκην.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι εἰς τὴν ἐπικράτειαν αὐτοῦ, εἰσῆλθον τοιαῦται κάμηλοι· ἐθνῶν ἔφοδον πολεμίων ἐν τῷ τόπῳ ἐλπιζέτω, καὶ καθ' ὅσον ἡ βλάβη τῶν καμήλων, τοσοῦτον καὶ τῶν ἐθνῶν ἔφοδον πολεμίων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐφορτώθησαν αἱ κάμηλοι ἐκ τοῦ τόπου· ἐξ αὐτοῦ ἀρεῖ ὁ ἐχθρὸς πλοῦτον ἀνάλογον τῆς φορτίδος.

Ἐὰν δορὰν καμήλου εὗρεν, ἢ ἦρεν· πλοῦτον ἐξουσιαστοῦ καὶ μεγίστου κερδήσει.

Ὁμοίως καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι κεφαλὴν καμήλου εὗρεν, ἢ ἦρεν· εἰ μὲν ἐξουσιαστὴς, ἐχθρῶν ὕπαρξιν εὑρήσει.

Si de camelis huius generis, alias sexus fœminei comparasse visus sibi fuerit, quas mulxerit: potestatem aduersus Saracenorum nationem inueniet.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, nationem extraneam in ditionem rediget: prout cameli paruerint, próque lactis expressi mulgendo copia.

Si carne cameli quis vesci visus sibi fuerit, morbo diuturno vexabitur, & conualescet.

Si quis visus sibi fuerit ambulare more cameli, opinionem de se falsam excitabit, magnificè semet extollens: & pudore adficietur.

Si quis sua cum camelo visus sibi fuerit colloquutus, pro modo colloquutionis potestatem & opes consequetur.

Si quis habere camelum fœminam visus sibi fuerit, quam aut vendiderit, aut alienauerit: vel morte, vel diuortio à mala fæmina liberatur.

Si cui visa fuerit huiusmodi camelus fætum masculum edidisse: de mala muliere filium noxium suscipiet. sin fæmineum, erit & illa suboles matri similis.

Si quis lac cameli bibisse visus sibi fuerit, à principe diuitias habebit, cum terrore, ac morbo.

Si camelum domi suæ mactasse visus sibi fuerit, & carnem eius habere: inueniet à principe cruciatum, & terrorem, & morbum, & miseriam.

Si rex videre visus fuerit, in ditionem suam huiusmodi camelos ingressas: impressionem nationum hostilium eo loci expectet, ac quantum à camelis damni ceperit, tantundem ab hostibus detrimenti metuat.

Si camelos ex eo loco discedentes, onustos videre visus fuerit: opes regias hostis auferet, pro ipsius oneris & sarcinarum modo.

Si rex cameli exuuium siue pellem inuenerit, aut sustulerit: opes alicuius principis, vel magnatis lucrabitur.

Similiter si cameli caput inuenisse, vel accepisse, visus sibi fuerit: si cum potestate est, hostium facultates consequetur.

Si plebeius, ab amplissimo quodam viro lucrabitur ad x, vel c, vel cIↃ solidos: tum quia caput summam, siue sortem denotat, tum quod hi numeri perfecti sint.

De bobus, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. 238.

MAsculi boues de amplissimis principibus, fœminæ de annis intelliguntur.

Si quis insedisse boui nigro visus sibi fuerit, opulentum hominem, & potestate præditum, sibi subiiciet.

Si boues aratores in domum suam deduxisse visus fuerit, & ligasse: prosperitatem ingentem reperiet, augustámque potestatem, & subiectionem hostium, & ex ærumnis liberationem.

Si plurima iuga boum habere visus sibi fuerit, & morigerorum quidem, quos mittat quocunque locorum velit: magnam potestatem nanciscetur, & maximos sibi subiiciet, aliósque participes potestatis suæ faciet. Nec enim facilè visum hoc offertur alij, quam magnati, vel sublimem ad dignitatem euehendo.

Si auro iuga boum sua distraxisse visus sibi fuerit, *subditus eius prædio dominabitur,* & pro auri copia, quod accepit adfligetur.

Si rex donasse boues homini cuidam noto, visus sibi fuerit: exaltabit eum, & principem faciet. sin ignoto, ab hostibus cladem aliquam suorum accipiet.

Si iuga boum agrestium, & indomitorum adlata sibi, rex videre visus fuerit: si quidem erant colligata, principes peregrinos vinctos accipiet, & ingenti gaudio potietur.

Sin gregatim boues adducti fuerint, nationes amplissimas in ditionem rediget.

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt boues aratores mactarentur: principibus eius ab ipsomet rege periculum imminebit.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀπὸ μεγίστου κερδήσει κέρδος ἕως δέκα ἢ ἑκατὸν, ἢ χιλίων νομισμάτων· διὰ τὸ κεφάλαιον τῆς κεφαλῆς καὶ διὰ τὸ τέλειον τῶν ἀριθμῶν.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ βοῶν. σλη.

ΤΑ' ἄρσενα τῶν βοῶν εἰς ἄρχοντας μεγίστους, καὶ τὰ θήλεια εἰς χρόνους διακρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπωχεῖτο βοὶ μελαίνῃ, ἀνδρὸς πλουσίου ἐξουσιαστοῦ κυριεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι βόας γεωργικοὺς εἰσήγαγεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ καὶ ἔδησεν· εὑρήσει ἀγαθὸν μέγα καὶ κυρείαν καὶ ἐξουσίαν καὶ ὑποταγὴν ἐχθρῶν, καὶ θλίψεων ἀποβολήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔχει ζεύγη βοῶν ὑπηκόων πλεῖστα, καὶ πέμπει αὐτὰ ἔνθα βούλεται· εὑρήσει ἐξουσίαν μεγάλην καὶ ὑποτάξει μεγίστους, καὶ ἄλλοις δώσει ἀπὸ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ ἰδιώτῃ ἑτέρῳ δύσκολόν ἐστι, πλὴν μεγιστᾶνι, ἢ μέλλοντι ὑψωθῆναι.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπώλησε χρυσίῳ ζεύγη, αὐτοῦ γεωργικὸν ὑποτεταγμένος, ἐξουσιάσει, καὶ θλιβήσεται ἀναλόγως τοῦ πλήθους τοῦ χρυσοῦ, οὗ ἔλαβεν.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι βόας ἐχαρίσατο τινὶ γνωρίμῳ, ὑψώσει αὐτὸν καὶ ἐξουσιαστὴν ποιήσει. εἰ δὲ ἀγνωρίστῳ, ἀπὸ ἐχθρῶν θλίψιν δέξεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἄγρια, καὶ ἀνυπότακτα ἤνεγκαν αὐτῷ· εἰ μὲν ἦσαν δεδεμένα, δεσμίους ἀλλοφύλους ἄρχοντας, καὶ χαρὰν μεγίστην δέξεται.

Εἰ δ' ἀγεληδὸν καὶ ἄγεται ὑπὸ λόγων μεγίστων ἐθνῶν κατακυριεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκέλευσε σφαγιάσαι βόας γεωργικούς· κινδυνεύσουσιν οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἀνυποτάκτους, ἔσται τὸ πάθος εἰς ἀλλοφύλους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἀπέστειλεν ἀγέλας βοῶν, μὴ καμνόντων, νομευθῆναι ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ, ταύτην οἰκήσει ἀπὸ ἀλλοφύλων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀπὸ βοὸς ἐκερατίσθη, εἰ μὲν ἔστιν ὑπὸ ἐξουσίαν, ἢ μέγιστος, μεθ᾽ ὁμοίου μαχεσθήσεται, καὶ βλαβήσεται ἐξ αὐτοῦ ἀναλόγως τῆς κερατίσεως· εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ βλαβήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐλακτίσθη παρὰ βοὸς, ἔλαττον εὑρήσει τὸ πάθος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐποχεῖται βοῒ ῥοδόχρῳ, εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ νόσον ἐν τέκνοις, ἤτοι γυναικὶ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εἰσῆλθε βοῦς ἀγνώριστος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἄνδρες μεγιστᾶνες εἰσελεύσονται ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ εἰ μὲν ἐκεράτισαν, βλάψουσιν αὐτόν· εἰ δὲ μή, οὐδαμῶς.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐν ξένῃ βοῦς ἐνέμετο τρικέρατος ἢ τετρακέρατος, ἢ πλεῖον, ἥξει ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ἐξουσιαστὴς καὶ ἐξουσιάσει αὐτῶν χρόνοις ἰσαρίθμοις τῶν κεράτων.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ὁ βοῦς αὐτοῦ ἠγριώθη, ἐξουσιαστὴς ἐν τόποις ἀγριωθήσεται κατ᾽ αὐτοῦ· καὶ εἰ μὲν ἐχειρώσατο τὸν βοῦν, ἀποστρέψει αὐτόν· εἰ δὲ ἐνίκησεν ὁ βοῦς, ὁ ἐξουσιαστὴς καταχειρώσει.

Ἐκ τῶν Αἰγυπτίων ὁμοίως περὶ βοός. σλθ΄.

Τὰς βόας τὰ ἄρσενα ὅστις ἂν ἴδῃ, εἰς ἄρχοντας κρινέτω, διὰ τὸ κέρας.

Καὶ τὰ θήλεια εἰς χρόνους· καὶ εἰ μὲν εἶεν πίονα, χρόνους εὐφόρους δηλοῦσιν· εἰ δὲ πτωχὰ καὶ λεπτὰ, χρόνους δυσφόρους.

Sin boues immorigeros & indomitos occidi iusserit, ad extraneos & alienigenas ea calamitas spectat.

Si rex misisse visus sibi fuerit boum non laborantium greges, vt in regione sua pascerentur: eam regionem excolet per alienigenas, quasi colonia quadam eo deducta.

Si quis visus sibi fuerit læsus à boue cornu petente, siquidem est sub potestate, aut vir amplissimus, cum pari pugnabit, & ab eo lædetur, prout bos cornu petiisse visus fuerit: sin plebeius, à principe damnum accipiet.

Si à boue impactas sibi calces, videre visus fuerit: minor calamitas erit.

Si visus sibi fuerit insidere boui rosacei coloris, potestatem inueniet, & in liberis vel vxore morbum.

Si quis videre visus fuerit ingressos domum suam boues ignotos, in eius domū proceres venient. ac si quidem illi boues cornu petiuerint, damnum ei dabunt: sin autem, non est, quod ab eis sibi metuat.

Si quis in regione peregrina pascentem bouem, qui tria vel quatuor habeat, vel plura cornua, videre visus fuerit: in eā regionem princeps quidam veniet, & hominibus illis cum imperio præerit totidem annis, quot cornua fuerint.

Si bouem suum quis efferatum videre visus fuerit, aduersus hunc princeps regionis illius exasperabitur: ac si quidem suam in potestatem bouem redegit, auertet illum: sin bos prævaluit, potiores principis vires erunt.

De boue rationes consimiles, ex Aegyptiorum disciplina.

CAP. 239.

Qvicunque boues masculos videre visus sibi fuerit, de principibus eos intelligat, propter cornu: vaccas, de annis.

Quòd si pingues sunt, annos fertiles portendunt: sin tenues & macræ, steriles annos.

Similiter & boues masculi, si pingues sunt, principes bonos denotant: sin autem, principes improbos & iniustos cum malis annis portendunt.

Boues, qui non sunt aratores, ad amplissimos principes referuntur: aratores, ad viros nobiles, qui aliquando sint imperio potituri.

Si quis buculam pinguem inuenisse visus sibi fuerit, aut plures: inueniet annum, vel annos eximios, & bonos, & fertiles: ac in negotiatione quæstúque suo quilibet incrementum.

Si quis buculam, vel armentum quoddam macrum inuenisse visus sibi fuerit, cuius ipse dominus fuerit: annum, vel annos infelices experietur, pro bucularum numero: itidémque penuriam annonæ, detrimentum, paupertatem, pro tenuitatis & maciei modo.

Si rex buculas pingues adlatas sibi, videre visus fuerit: pro earum numero prosperos & felices ad bellum gerēdum annos inueniet: ac regionis opulentiam fertilitatémque suæ, pro bucularum pinguitudine ac multitudine.

Quippe somnium regis in his, ad omnes ipsius subditos interpretando refertur.

Similiter si rex videre visus fuerit, adlatas sibi buculas tenues & exiles: annos infaustos bellis gerendis, & regioni suæ, pro illarum numero & macie, experietur. Similiter & subditis eius vniuersis eadem portenduntur.

Si quis edere carnem bubulam visus sibi fuerit, ab amplissimo viro diuitias consequetur: itémque subolem masculam procreabit.

Sin butyrum de vaccarum lacte factum comederit, opes iucundas & durabiles inueniet.

Si lac buculum comederit, incrementum rerum, opésque maximas nancis-cetur.

Si buculam quis mulgere visus sibi fuerit, déque lacte bibere: si seruus est, emancipatur: ac fortassis hæreditate domini sui domum consequetur, aut hæram suam vxorem accipiet.

Sin plebeius est, lætitiam & exultationem maiorem inueniet.

Ὁμοίως καὶ τὰ ἄρσενα, εἰ μὲν εἰσὶ πῖονα, ἄρχοντας ἀγαθούς· εἰ δὲ μή, ἄρχοντας πονηροὺς καὶ ἀδίκους, εἰς χρόνους κακοὺς δηλοῦσι.

Καὶ τὰ βοΐδια τὰ γεωργικά, εἰς ἄρχοντας μεγιστᾶνας κρίνονται· τὰ δὲ μὴ γεωργικά, εἰς ἄνδρας εὐγενεῖς μέλλοντας ἄρξειν, κρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις, ὅτι εὗρε βοῦν λιπαρὰν, ἢ πολλάς· εὑρήσει χρόνον, ἢ χρόνους καλούς, καὶ ἀγαθούς, καὶ εὐφόρους· καὶ ἕκαστος προκοπὴν τῆς ἐργασίας αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρε βοῦν, ἀγέλαιαν, λεπτὴν, καὶ ἐδέσποσεν αὐτήν· εὑρήσει χρόνον, ἢ χρόνους ἀναλόγως τοῦ μέτρου αὐτῆς κακοὺς καὶ λιμόν, καὶ ζημίαν καὶ πενίαν ἀναλόγως τῆς λεπτότητος.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἤνεγκαν αὐτῷ βοῦς λιπαράς· εὑρήσει χρόνους ἀγαθοὺς καὶ εὐτυχεῖς ἐν πολέμῳ· καὶ πλοῦτον τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ εὐφορίαν, ἀναλόγως τῆς παχύτητος καὶ τοῦ πλήθους αὐτοῦ.

Τοῦ γὰρ βασιλέως τὸ ὄναρ ἐν τούτοις, εἰς πάντας τοὺς ὑποχειρίους κρίνεται.

Ὁμοίως ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἤνεγκαν αὐτῷ λεπτὰς βοῦς καὶ πτωχάς· εὑρήσει χρόνους δυστυχεῖς τῶν πολέμων καὶ τῆς γῆς αὐτοῦ, ἀναλόγως τοῦ μέτρου καὶ τῆς λεπτότητος· καὶ ὁμοίως εἰς πάντας τοὺς ὑποχειρίους αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τρώγει βόειον κρέας, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ μεγίστου· ἀλλὰ καὶ τέκνον ἄρσεν ἕξει.

Εἰ δὲ βούτυρον βοὸς θηλείας, εὑρήσει πλοῦτον ἡδὺν χρόνιον.

Εἰ δὲ τρώγει γάλα βόειον, εὑρήσει αὔξησιν καὶ πλοῦτον μέγιστον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀμέλγει βοῦν καὶ πίνει τοῦ γάλακτος· εἰ μὲν ἐστὶ δοῦλος, ἐλευθεροῦται· ἴσως καὶ κληρονομήσει τὸν οἶκον τοῦ δεσπότου ἢ τὴν δέσποιναν αὐτοῦ λήψεται.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει χαρὰν καὶ ἀγαλλίασιν μείζονα.

Ἀμνάδος δὲ τοῦ προβάτου καὶ τοῦ βουβάλου τὸ γάλα ἐν τῇ αὐτῇ κρίσει ἐστί.

Καὶ ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι συνάγει κόπρον βοίαν, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ μεγιστάνων ἀνάλογον τῆς κόπρου.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι βοὸς δέρμα εὗρεν, ἢ ἦρεν· πλοῦτον ἄρχοντος μεγίστου κληρονομήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κεφαλὴν βοὸς εὗρεν, εὑρήσει πλοῦτον καὶ θησαυρὸν ἄρχοντος, διὰ τὸν μυελὸν τῆς κεφαλῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔσφαξε βοῦν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἀναλόγως τοῦ κρέατος εὑρήσει πλοῦτον ἐξουσιαστοῦ, μετὰ φόβου ἐξουσίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἧπαρ καὶ πνεύμονα βοὸς ἦρεν· εὑρήσει θησαυρὸν χρυσίου καθαροῦ ἐξ ἑτέρου ἄρχοντος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε κοιλίαν βοίαν, εὑρήσει ἀγαθὸν ἀπὸ οἴκου μεγιστάνου, ἡ γὰρ κοιλία οἶκός ἐστι τοῦ ἄρχοντος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦρεν ἐκ τοῦ αἵματος, τὸ χρυσίον τοῦ μεγιστάνου εὑρήσει.

Onillum quoque, ceruinúmque lac candem interpretationem habet.

Si quis stercus bubulum colligere visus sibi fuerit, à proceribus opes consequetur, stercoris copiæ respondentes.

Si quis corium bouis inuenisse, vel sustulisse, visus sibi fuerit: hæreditate diuitias amplissimi principis adquiret.

Si bubulum caput inuenisse visus sibi fuerit, opes & thesaurum principis consequetur, propter eam, quæ capite continetur, medullam.

Si bouem in domo sua mactasse, visus sibi fuerit: pro modo & copia carnis, opes alicuius principis consequetur, cum metu magistratus.

Si iecur & pulmonem bouis accepisse visus sibi fuerit, auri puri thesaurum ab alio principe consequetur.

Si ventrem bouis inuenisse visus sibi fuerit, à quodam magnate prosperitatem inueniet.

Si tulerit è sanguine, aurum principis inueniet.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ ὀχήματος ἤτοι ἅρματος, καὶ περὶ ἁμάξης. σμ.

Τὸ βασιλικὸν ὄχημα, βασιλείας ὕψος δηλοῖ· ἡ δὲ ἅμαξα ἡ κοινὴ, εἰς διάφορα κρίνεται πρόσωπα.

Ἐὰν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι ἐδιφρηλάτει ὀχήματι βασιλικῷ, εὑρήσει ὕψος δόξης, καὶ ὀνομαστὸς ἔσται· καὶ εἰ ἔστι τῶν ἐπιτηδείων πρὸς βασιλείαν, βασιλεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι διφρηλατῶν ἤγετο ἵπποις εὐγενέσι· εὑρήσει ὕψος καὶ χαρὰν, καὶ τῶν ἐλπίδων τέλος, καὶ πλούσιος ἔσται τοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ τὸ ὄχημα εἵλκετο βουσίν· ἀνδρῶν μεγίστων κυριεύσει.

Σιωπήμως ἐξουσιαστὴς μέτριος διαδεξάμενος ἠλαττώθη τῶν βοῶν ἐξ ἀργείας.

De vehiculo, siue curru, & plaustro, rationes Aegyptiorum.

CAP. 240.

VEhiculum regium, eminentiam regis denotat: vulgare plaustrum, diuersas ad personas refertur.

Si quis in somnis vehi visus sibi fuerit curru regio, gloriam sublimem adsequetur, & celebris erit. quòd si etiam de illorum est numero, qui regno idonei sunt: regno potietur.

Si quis insidens currui, generosis ab equis, vehi visus sibi fuerit: & eminentiam inueniet, & gaudium, & exitum spei suæ, & opulentus erit.

Si & ipse rex, & vehiculum regium, à bobus trahebatur: breui viros amplissimos in ditionem rediget.

Si quis princeps mediocris fuerit, minor erit, propter boum segnitiem.

Qui-

Quibuscunque regium vehiculum per quietem oblatum fuerit, ad propiorem regis aditionem hoc refertur: idque propterea, quod Iosepho quoque, quum captiuitate liberatus, & Ægypti nactus esset imperium, alijsque similiter, eminentia regiæ gloriæ, priscis à regibus concessæ, per vehiculum significata fuerit.

Si quis in theatro visus sibi fuerit aurigæ in morem regia vehicula gubernare, victoriáque potiori, & coronari: si bellator est, aut miles, hostes superabit: sin aliquis ex proceribus, princeps inter proceres fiet, propter coronam.

Sin visus sibi fuerit victus, ex ærumna liberatur, & minore fruetur gaudio. Nã oblata per quietem adflictio, nihil molesti portendit.

Si plebeio visum huiusmodi fuerit oblatum, quísque gaudium inueniet, ac negotiationis & quæstus incrementum.

Si mulieri, quæcunque tandem illa fuerit: cum amplissimo viro stupri consuetudinem habebit, & hominibus spectaculo erit.

Si rex vehiculo visus sibi fuerit vehi, sublimiore gloria potietur, & hostes sibi subiiciet, omniúmque votorum compos fiet, prout egisse currum visus sibi fuerit.

Si visus sibi fuerit in sella considere, ac moderatè sensímque trahi ab equis: in vniuerso populo suo gaudium, tranquillitatem, & exultationem inueniet.

Si quis vehiculum suum fractum videre visus fuerit, in ægritudinem incidet, ac dignitatis aliquam iacturam faciet.

Si visus sibi fuerit aliquid passus in equis, aut bobus, vehiculum trahentibus: pars dignitatis eius humiliabitur.

Sin planè mortui sunt, aut corruerunt: velut interituri: dignitatem atque gloriam suam amittet, ac grauiter adfligetur.

Plaustra rustica, morbum & cruciatum à principe, denotant.

Ὄχησις δὲ τὸ βασιλεῖον ὄχημα θεωρεῖται κατ' ὄναρ, εἰς ἔντευξιν βασιλέως ἐκείνῳ· διότι καὶ τῷ Ἰωσὴφ ὅτι ἠλευθερώθη, καὶ τῆς Αἰγύπτου ἦρξε, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐκ τοῦ ὀχήματος ἐδηλώθη τὸ τῆς βασιλέως δόξης ὕψος παραδιδόμενον ἐκ τῶν ἀρχαίων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἑαυτὸν ἡνιοχοῦντα ὀχήματα βασιλικὰ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ νικῶντα, καὶ στεφανούμενον· εἰ μὲν ἔστι πολεμιστὴς, στρατιώτας νικήσει τοὺς πολεμίους· εἰ δὲ τῶν μεγιστάνων ἔστι, πρῶτος τῶν μεγιστάνων ἔσται, διὰ τὸ στέφανον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐνικήθη, ἀπὸ θλίψεως ἐκλυθήσεται, καὶ χαρὰν ἥττονα ἕξει. ἡ γὰρ θλῖψις κατ' ὄναρ, ἀλύπιας σημαίνει.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἴδῃ τις τοῦτο, εὑρήσει χαρὰν ἕκαστος καὶ αὔξησιν τῆς ἐργασίας αὐτοῦ.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο ἥτις ἂν ἔστι, μετὰ μεγιστάνων πορνεύσει, καὶ θεατρισθήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ἑαυτὸν ἐπ' ὀχήματος ἡνιοχοῦντα ὑπερτέρως δοξασθήσεται, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑποτάξει καὶ πάσας τὰς αἰτήσεις αὐτοῦ πληρώσει ἀναλόγως τῆς ἐλάσεως τοῦ ὀχήματος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐν δίφρῳ ἐφεζόμενος ἵπποις ἕλκεται κατὰ τάξιν ἠρέμα, εὑρήσει χαρὰν καὶ γαλήνην, καὶ ἀγαλλίασιν ἐν παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκλείσθη τὸ ὄχημα αὐτοῦ, νόσον εὑρήσει καὶ θλῖψιν ἐν τῷ ἀξιώματι αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκ τῶν ἑλκόντων ἢ τῶν βοῶν ἔπαθέ τι μέρος τοῦ ἀξιώματος αὐτοῦ, ταπεινωθήσεται.

Εἰ δὲ καθ' ὅλου ἐτελεύτησαν, ἢ ἔπεσον, ἐπ' ὀλέθρῳ ἀποβαλεῖ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν δόξαν, καὶ μεγάλως θλιβήσεται.

Αἱ ἅμαξαι, αἱ γεωργικαὶ, νόσον, καὶ τιμωρίαν ἀπὸ ἐξουσίας, σημαίνει.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι ἐν τῇ αὐτῇ ἁμάξῃ καθήμενος ἕλκεται· ἰσχυρὸν φόβον, καὶ τιμωρίαν ἀπὸ ἐξουσίας ἐλπιζέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κατῆλθεν ἐξ αὐτῆς, λυτρωθήσεται ταχέως.

Si quis ergo visus sibi fuerit in eiusmodi sedere plaustro, & trahi: grauem terrorem, & cruciatum à magistratu expectet.

Sin ex eo descendisse visus sibi fuerit, citò liberabitur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ζατρικίου. σμά.

ΕΑΝ ἴδῃ τις ὅτι παίζων συζατρικίζει ἑτέρῳ γνωρίμῳ· χάριν κέρδους ἐπαγωνίζονται ἀλλήλοις· καὶ ὁ νικήσας, ἀποκερδήσει καὶ αὐτὸς τὸ σπουδαζόμενον. εἰ δ' ἀγνώριστῳ, μετ' ἐχθροῦ ἀναιμάκτως ἐπαγωνίσει, καὶ τῷ νικήσαντι γενήσεται ἡ ἐξάνυσις τῆς σπουδῆς.

Ὁ βασιλεὺς, ἢ μέγιστος, ἢ ἄρχων πολέμου ἐὰν ἴδῃ ὅτι ζατρικίζει, τόπον πολέμου μετ' ἐχθρῶν ἐναντίων διαμηχανήσεται. καὶ εἰ μὲν ἐνίκησεν, πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἐν τῷ πολέμῳ πληρώσει. εἰ δὲ ἡττήθη παρὰ τοῦ συμπαίζοντος, ἡττηθήσεται παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι παίζων ἔλαβε πλείστας τῶν τοῦ παιγνίου προσώπων· πλείστας δεσμεύσει τῶν πολεμίων δεσμίων· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον. οὐ μέν τοι ἔσται τοῦ πολέμου καθολική ἐκτροπή.

Ὁ βασιλεὺς, ἢ μέγιστος, ἢ ἄρχων πολέμου ἐὰν ἴδῃ ὅτι τὸ ζατρίκιον αὐτοῦ ἀπώλετο, ἢ ἐκλάσθη, ἢ ἐκλάπη· ἀπολέσει τὸ στρατὸν αὐτοῦ καὶ εἰς θλῖψιν μεγίστην ἥξει.

De zatricio, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 241.

SI quis zatricium cum alio sibi noto ludere visus fuerit, lucri caussa dimicant inter se: quique vicerit, lucrabitur: & quod habet in votis, perficiet. Sin cum ignoto, cum hostibus absque sanguinis effusione dimicabit, & qui superior euaserit, voti sui compos erit.

Si rex, aut amplissimus vir, aut belli dux, zatricium ludere visus sibi fuerit: de loco prœlij cum hostibus conserendi dispiciet. ac siquidem vicerit, omne animi sui desiderium in bello perficiet: sin à colludente victus fuerit, ab hostibus suis & ipse superabitur.

Si visus sibi fuerit, inter ludendum plures eius ludicri personas cepisse: plures ex hostibus vinciet: sin autem, contrarius euentus erit. non tamen eo prœlio de summa rerum decertabitur.

Si rex, aut vir aliquis amplissimus, aut belli dux, visus sibi fuerit zatricium suum perdidisse, vel fractum esse, vel ablatum furto: exercitus sui iacturam faciet, ac maximam in ærumnam incidet.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ προσώπων παντοίων καὶ ἐλάφων, καὶ τράγων. σμβ'.

De omnigenis ouibus, & ceruis, & hircis: ex Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque monumentis.

CAP. 242.

SI quis inuenisse, vel accepisse ab alio visus sibi fuerit arietem, anni potestatem consequetur.

Si plures arietes inuenisse visus sibi fuerit, potestatem consequetur ad annos totidem, quot arietes fuerint: próque modo pinguitudinis eorum, ditescet.

Si princeps visus sibi fuerit arietes inuenisse, potestatis accessionem inueniet, pro ratione numeri reliqui, postquam facta fuerit arietum computatio, & primorum potestatis eius annorum.

Si eos sponte sua vendidit, potestatem suam amittet.

Si ablati fuerint, etiam potestas ei auferetur, & afflictionem inueniet auro respondentem, quod pro eis accepit.

Si argentum accepit, pugnam inueniet.

Si visus sibi fuerit arietem occidisse, principem rerum potientem interficiet.

Si videre visus fuerit, adlata sibi multorum arietum capita: sciẽdum id visum regi duntaxat offerri. Nam hostium capita vincta venient, & ipse magno gaudio adficietur.

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt arietes mactarentur: si quidem de suis hoc iusserit, principes eius pari modo periclitabuntur. sin de alienis, pro arietum numero hostes interficiet.

Si rex, aut belli dux, visus sibi fuerit arietes cepisse viuos, & in stabulo mactasse. principes infestorum sibi populorum vinciet, pro arietum numero.

Si quis arieti visus sibi fuerit inequitasse, virum magna potestate præditum in seruitutem rediget.

Si videre quosdam visus fuerit, adferentes sibi caput hirci cornuti: stolidus quidam bellator ad eum vinctus deducetur.

Si quis in loco quodam arietes videre, visus sibi fuerit: in eum locum principes venient, administrationis & imperij caussa, pro ipsorum arietum numero.

Si videre visus fuerit hircos ibidem pascentes, homines in iis locis iniusti, rapaces, auari imperabunt.

ἘΑΝ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε, ἢ ἔλαβε παρά τινος κριὸν, εὑρήσει ἐξουσίαν ἐν αὐτῷ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πολλοὺς κριοὺς ἔλαβεν· εὑρήσει ἐξουσίαν ἐπὶ χρόνοις ἰσαρίθμοις τῶν κριῶν, καὶ πλουτήσει ἀναλόγως τῆς πιότητος αὐτῶν ἐξουσιάζων.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι εὗρε κριοὺς, εὑρήσει ἐξουσίας προσθήκην ἀναλόγως τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὑπολοίπου τῶν κριῶν ἀναψηφιζομένων, καὶ τῶν πρώτων ἐνιαυτῶν τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ.

Εἰ δ' ἐπώλησεν αὐτοὺς ἑκὼν, ἀποβαλεῖ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἀφῃρέθη αὐτοὺς, ἀφαιρεθήσεται τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ, καὶ εὑρήσει θλίψιν ἀνάλογον τοῦ χρυσίου, οὗ ἦρεν.

Εἰ δὲ ἀργυρίου, εὑρήσει μάχην.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐφόνευσε κριὸν, φονεύσει ἄρχοντα ἐξουσιαστήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἤνεγκαν αὐτῷ κριῶν πολλῶν κεφαλὰς· τοῦτο μὲν βασιλεῖ ἁρμόζεται. ἥξουσι δὲ αὐτῷ ἐχθρῶν κεφαλαὶ, καὶ δέσμιοι, καὶ χαρήσεται πολλά.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκέλευσε σφαγιάσαι κριοὺς· εἰ μὲν οἱ συνήθεις αὐτοῦ, ἄρχοντες ἀναλόγως κινδυνεύσουσιν. εἰ δὲ ξένοι, ἐχθροὺς ἀποκτενεῖ ἀναλόγως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς, ἢ ἄρχων πολέμου ὅτι ἐζώγρησε κριοὺς, καὶ ἀπέκλεισεν ἐν μάνδρᾳ· ἄρχοντας λαῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ δεσμεύσει ἀναλόγως τῶν κριῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐκαβαλλίκευσε κριὸν καταδουλώσει ἄνδρα ἐξουσιαστήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι τράγου κεφαλὴν κερασφόρον ἤνεγκαν αὐτῷ· μωρὸς μαχητὴς δέσμιος ἥξει πρὸς αὐτόν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ἐν τόπῳ κριούς· ἄρχοντες ἐλεύσονται ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ διοικήσεως χάριν, ἀναλόγως τοῦ μέτρου τῶν κριῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τράγοι ἐνέμοντο, ἄδικοι καὶ ἀποστερηταὶ καὶ πλεονέκται ἄρξουσιν ἐκεῖσε.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαφοι ἢ ἕτερα ζῶα ἄγρια κερασφόρα ἐνέμοντο ἐκεῖσε, ἐχθρὸς ἐξουσιάζων ἐλεύσεται ἐκεῖσε.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἤνεγκαν αὐτῷ ἐλάφους ἐνδοξοτέρους καὶ μείζονας· δέξεται δεσμίους ἐχθρῶν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι εἰς κυνήγιον ἐξῆλθεν ἐλάφων, ἢ τῶν ἄλλων κερασφόρων· κατ' ἐχθρῶν ἐξουσιαστῶν πόλεμον ἐγερεῖ. καὶ εἰ μὲν ἐπιτύχῃ τοῦ ζητουμένου ζώου· ἐπιτεύξεται τοῦ ἐχθροῦ, καὶ μεγάλως χαρήσεται. εἰ δὲ μή, τοὐναντίον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι εἰς κυνήγιον ἐξῆλθε καὶ ἠχμαλώτευσε μόσχους ἐλάφων, τέκνα μεγιστάνων ἀνδρῶν δεσμεύσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι μόσχον ἐλάφου ἀνατρέφει ἐν τοῖς βασιλείοις, ἄρσεν ἢ θῆλυ· τοῦτο εἰς γένος τῆς βασιλείας αὐτοῦ κρινέτω.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κρέας ἐλαφίου ἤσθιεν, εὑρήσει χαρὰν καὶ πλοῦτον ἀπὸ μεγιστάνου.

Εἰ δὲ τραγίου, εὑρήσει νόσον ἀνάλογον τῆς βρώσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι δορκάδας ἔσφαξεν, εὑρήσει θλῖψιν καὶ μέριμναν ἀνιαρὰν, καὶ ταχὺ λυτρωθήσεται.

Εἰ δὲ τις ἴδῃ ὅτι προβάτου πίονος ἐσθίει κρέας· εὑρήσει χαρὰν καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν.

Εἰ δὲ τραγίου μετὰ γάλακτος πηκτοῦ· εὑρήσει νόσον δεινὴν καὶ μακράν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρεν ἀμνάδα, λήψεται γυναῖκα αἱρετὴν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐξεποιήσατο αὐτὴν, χωρίζεται τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἢ θανάτῳ, ἢ προφάσει τινί.

Εἰ δὲ ἐπώλησεν αὐτὴν σταθμῷ χρυσίου· χωρίζεται τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἕνεκα μάχης ἐν δικαστηρίῳ, διὰ τὸν ἐκ ζυγοῦ σταθμόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρεν, ἢ ἐκτήσατο πρόβατα πλεῖστα ἀμελγόμενα· εὑρήσει πλοῦτον, καὶ χαρὰν, καὶ δούλους ἀνάλογως τοῦ πλήθους.

Ἐὰν δὲ βασιλεὺς ὁ τοῦτο ἴδῃ, ἔθνος καταδουλώσει καὶ ὑποφόρον ποιήσει αὐτῷ, καὶ χαρήσεται ἀνάλογως τοῦ πλήθους.

Si ceruos, aliásque feras & cornutas bestias ibi pascentes videre visus fuerit: hostis eò potens veniet.

Si rex viderit sibi allatos esse ceruos insigniores & maiores, captiuos quosdam ex hostibus accipiet.

Si rex ad venationem ceruorum visus sibi fuerit egressus, aut aliarum bestiarum, quæ cornua gerunt: aduersus hostes rerum potientes bellum excitabit. ac si quidem animal, quod quærebat, adeptus fuerit: hostem quoque capiet, gaudióque ingenti fruetur. sin autem, contrarium accidet.

Si rex visus sibi fuerit cepisse vitulos ceruinos, amplissimorum virorum liberos vinciet.

Si visus sibi fuerit in regia vitulum ceruinum educare, marem vel fœminam: hoc ad sobolem maiestatis suæ referat.

Si carnem ceruinam comedisse visus sibi fuerit, ab amplissimo viro gaudium & opes consequetur.

Sin hircinam, pro modo manducationis morbum inueniet.

Si quis capreas mactasse visus sibi fuerit, afflictionem & sollicitudinem inueniet, & citò liberabitur.

Si quis visus sibi fuerit, carnem ouillam pinguem comedisse: gaudio potietur, & opibus, & gloria.

Sin hircinam, cum lacte concreto: in morbum acrem & diuturnum incidet.

Si agnam inuenisse visus sibi fuerit, vxorem exoptatam accipiet.

Si eandem alienasse visus sibi fuerit, ab vxore sua vel morte, vel occasione quadam separatur.

Si auri pondere vendidit eam, ab vxore sua separatur per litem quandam in iudicio, propter libræ pondus.

Si visus sibi fuerit inuenisse, vel emisse plurimas oues, lac præbentes: inueniet opes, & gaudium, & seruos, pro ipsarum ouium numero.

Si regi visum hoc oblatum fuerit, nationem quandam in seruitutem rediget, & sibi tributariam faciet, eóque facto lætabitur, pro ipsarum ouium multitudine.

Si quis oues pascere visus sibi fuerit, & easdem amisisse: ad inopiam redigetur, extremámque miseriam.

Si videre visus fuerit, oues suas morbo quodam mortuas: si rex est, aut procerum aliquis, in populo suo per alium principem adfligetur.

Si quis lac ouillum bibere visus sibi fuerit, gaudio potietur, & opibus.

Si rex è vase lac bibere visus sibi fuerit, gaudium & exultationem inueniet, & cum muliere consuetudinem habebit, tum vasis pulchritudini, tum lactis suauitati respondente.

Si visus sibi fuerit, inuentum hircorum gregem in domum suam abegisse, non repugnátibus hircis: stolidi populi principatum cum repræhensione accipiet.

Si videre visus fuerit hircorum gregem illum immorigerum, morbum & adflictionem ex potestate inueniet.

Si carnem ouillam crudam ederit, hominum calumniator & criminator erit. Metuat autem Deum, & à vitio desistat.

Si quis videre visus fuerit aliquid mactatum, cui pellis detracta sit, in domum suam illatum: vel ipse, vel alius è domesticis morietur.

Si fœminei sexus mactatum illud erat, ad vxorem ipsius calamitas pertinet.

Si masculum, de ipso intelligitur, vel quodam ei simili.

Si caput ouis edere visus sibi fuerit, opes inexpectatas, cum vita longæua, inueniet.

Si cui visa per quietem fuerint enata in capite cornua, instar arietis: dignitatem inueniet, & pugnam aduersus hostes, pro cornuum modo.

Si quis huiusmodi cornua fracta videre visus fuerit, adfligetur atque contumeliam feret in officio dignitatéque sua, in oculis totius populi.

Si pedes ouillos edisse visus sibi fuerit, bonam valetudinem cum mediocribus diuitiis inueniet.

Si carnem coctam pinguem edere visus sibi fuerit, & iusculum bibere: inueniet diuitiarum suarum incrementũ, non sine contentione, propter manducationẽ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ποιμαίνει πρόβατα, καὶ ταῦτα ἀπώλεσεν· πτωχεύσει καὶ θλιβήσεται μεγάλως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι νόσῳ ἀπέθανον τὰ πρόβατα αὐτοῦ· εἰ μὲν ἔστι βασιλεύς, ἢ τῶν μεγιστάνων τις, θλιβήσεται ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ ἀπ' ἄλλου ἐξουσιάζοντος.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι πίνει γάλα προβάτου, εὑρήσει χαρὰν καὶ πλοῦτον.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι πίνει ἐν αἴγγει γάλα, εὑρήσει χαρὰν καὶ ἀγαλλίασιν, καὶ γυναικὶ συνουσιάσει ἀναλόγως τοῦ κάλλους τοῦ αἴγγους καὶ τῆς ἡδύτητος τοῦ γάλακτος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀγέλην τράγων εὑρὼν ἀπήγαγεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐν ὑποταγῇ, ἐξουσίαν μωροῦ λαοῦ ἀρεῖ μετὰ μέμψεως.

Si viderit se inuenisse paruas margaritas plures, reperiet gaudium & sapientiam minorem. Sæpe enim hæc omnia ad metum potentiæ referuntur.

Si viderit quis se indutum & ornatum esse ipsis aut pallio è gemmis, aut chlamyde: siquidem in potestate fuerit, inueniet lætitiam & auctoritatem maiorem.

Si è commune plebe sit, inueniet metum & formidinem ex potestate: hoc enim regibus & proceribus congruum est.

Si viderit se inuenisse hyacinthum lapillum, inueniet mulierem amoris causa: & siquidem visum ipsi fuerit se hyacinthũ gemmam emisse pondere cum scripto, accipiet ipsam, & inueniet in illa peruicacitatem & rixam.

Si viderit se inuenisse auream coronam è mortuo vel mortua aut è sepulchro, & viderit gemmas suas obtenebratas esse ab hoste, & magistratu, inueniet æra & facultates.

Si viderit quis se margaritum consumpsisse, sapiens erit aut potens verbo & opere.

Si viderit supra margaritas & gemmas se ambulare eásque conculcare, absurdè despiciet Fidem mirum in modum.

Si viderit se hæc emisse ad possessionem suam, hic erit orthodoxæ Fidei custos.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐφόρει μεγίστους μαργαρίτας δύο ἑκατέροις ὠσί· τοῦτο εἰς θυγατέρα κρίνεται καὶ χαρὰν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, τὰ γὰρ ὦτα εἰς γυναῖκας κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι χωνεύει ἐν χωνείᾳ χρυσὸν, ἢ ἀργυρὸν, ἢ χωνεύει αὐτὰ ἐν γῇ, κατηγορηθήσεται καὶ τιμωρηθήσεται ἀπὸ ἐξουσιάζοντος.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρεν ζώδιον ἀργύρεον, εὑρήσει θλίψιν καὶ μέριμναν ψευδῆ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρε μαργαρίτας μεγίστους καὶ πλείους· εὑρήσει σοφίαν καὶ γνῶσιν καὶ χαρὰν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἀναλόγως τοῦ πλήθους.

Οἱ μαργαρῖται, εἰς χαρὰν καὶ σοφίαν διακρίνονται ἀναλόγως τοῦ μεγέθους.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε μικροὺς μαργαρίτας πλείστους· εὑρήσει χαρὰν καὶ σοφίαν ἐλάττονα. πολλάκις γὰρ ταῦτα πάντα εἰς φόβον ἐξουσίας κρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐξ αὐτῶν ἠμφίασεν, ἢ ἐκ λίθων ἱμάτιον ἢ χλαμύδα αὐτοῦ· εἰ μὲν ἔστιν ἐξουσιαστὴς, εὑρήσει χαρὰν καὶ ἐξουσίαν μείζονα.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει φόβον καὶ τρόμον ἀπὸ ἐξουσίας· τοῦτο γὰρ βασιλεῦσιν ἢ ἐξουσιάρχοις ἁρμόδιον.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εὗρεν ὑάκινθον λίθον· εὑρήσει γυναῖκα, φιλίας ἕνεκα· καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἠγόρασε τὸν ὑάκινθον λίθον σταθμῷ μετὰ στίγματος· λήψεται αὐτὴν, καὶ εὑρήσει ἐν αὐτῇ κακογνωμίαν καὶ μάχην.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε στέφανον χρυσοῦν ἀπὸ νεκροῦ, ἢ νεκρᾶς ἢ ἀπὸ τάφου· καὶ εἶδεν ὅτι οἱ λίθοι αὐτοῦ ἠχλυώθησαν ἀπὸ ἐχθροῦ καὶ ἐξουσιαστοῦ, εὑρήσει χαλκὸν καὶ ὕπαρξιν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι καταπέπωκε μαργαρίτην, σοφὸς ἔσται ἢ δυνατὸς ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἐπάνω μαργαριτῶν καὶ λίθων τιμίων πατεῖ καὶ βαίνει, παραλελογισμένως καταφρονεῖ τῆς πίστεως σφόδρα μεγάλως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐξωνεῖται ταῦτα εἰς κτῆσιν αὐτοῦ, οὗτος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φύλαξ.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, περὶ δακτυλιδίου. σνθ'.

ΕΑ'Ν ἴδῃ τις ὅτι εὗρε δακτυλίδιον, καὶ ἐφόρεσεν αὐτό· εἰ μὲν ἐστι τοιοῦτον, ἐξουσιαστὴς ἔσται μέγας· εἰ δὲ μὴ, εὑρήσει γυναῖκα καὶ πλοῦτον καὶ γεννήσει ἄρσεν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐχαλάσθη τὸ δακτυλίδιον αὐτοῦ, ἀποβαλεῖ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, ἴσως καὶ τὴν γυναῖκα, ἢ τὸ τέκνον αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι σφραγίζει κηρὸν, ἢ πηλὸν τῷ δακτυλίῳ, καὶ δίδωσιν ἑτέρῳ· ὁ λαβὼν εὑρήσει ἐξουσίαν ἐκ τοῦ δόντος· ἐὰν ἐστιν ἐξουσιαστὴς, καὶ χαρὰν καὶ ἀγαθόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ὁ λίθος τοῦ δακτυλιδίου ἐξυλώθη, εὑρήσει νόσον καὶ μάχην ἐν τῇ γυναικὶ καὶ τέκνῳ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐχαλάσθη, ἀποθανεῖται ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ θλιβήσεται ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκλάσθη διχῶς τὸ δακτύλιον αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν· εὑρήσει νόσον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ ἀπώλειαν τῶν τέκνων καὶ ἐλάφρωσιν τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔλαβε δακτύλιον ἔχοντα λίθον ῥούσιον· εὑρήσει ἐξουσίαν λαμπροτέραν καὶ χαρὰν, κατὰ τὴν λάμψιν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἦν πράσινος ὁ λίθος, εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ πίστιν ἀγαθὴν κατὰ τὴν καθαρότητα τοῦ λίθου.

Εἰ δὲ χρυσίων ἦν ὁ λίθος, νοσώδη καὶ θλιβερὰν γυναῖκα καὶ ἀξίαν ἕξει.

Εἰ δὲ ἦν βένετος ὁ λίθος σὺν μαργαρίταις· εὑρήσει πλοῦτον καὶ ἀξίαν ἐλάσσονα.

De anulo, ex Indorum disciplina. CAP. 259.

SI quis anulum inuenisse visus sibi fuerit, cúmque gestasse: siquidē idoneus est, potestatem amplissimam consequetur: sin autem, vxorem & opes inueniet, ac masculam subolem procreabit.

Si quis anulum suum ruptum videre visus fuerit, potestate sua excidet, ac fortassis vxorem quoque, vel filium amittet.

Si quis anulo ceram vel lutum obsignare visus sibi fuerit, & alij tradere: qui accepit, ab eo potestatem consequetur, qui obtulit: sin potestate præditus est, gaudium atque prosperitatem.

Si videre visus fuerit anuli gemmam refixam, *factam esse ligneam*, & vxor eius, & liberi morbo corripientur.

Si fissa fuerit, filius eius morietur, & ipse in magistratu potestatéque sua miserias experietur.

Si quis anulum suum, duas in partes fractum, lapsúmque videre visus fuerit: vxoris morbum videbit, & liberorum interitū, & potestatis suæ deminutionē.

Si visus sibi fuerit anulū accepisse, qui gemmam russatam contineret: potestatem illustriorem consequetur, & læticiam, pro ipsius gemmæ splendore.

Si gemma prasini coloris erat, & potestatem & fidem bonam inueniet, pro ipsius gemmæ puritate.

Si auri colorem gemma referebat, & morbis & ærumnis obnoxiam vxorem inueniet.

Si gemma veneti coloris erat, coniuncta cum margaritis: opes atque dignitatem inferiorem consequetur.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ δακτυλιδίου. σξ'.

De anulo ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 260.

Anulus

ANVLVS ad regni confirmationem refertur. Nam ex eo sæpe reges intelliguntur, etiam sine ore.

Si rex visus sibi fuerit annulum alteri dedisse, potestatem illi eximiam inter domesticos suos dabit.

Si anulum dedit, aut adfixit Augustæ manui: siquidem illa prægnas est, regem pariet: sin autem, nihilo minus concipiet, ac marem edet.

Si rex manui suæ duos adfixisse visus sibi fuerit anulus, pristinum cum alio nouo: post eum filium, quem habebat antea, consequetur alium.

Similiter in Augusta eadem est interpretatio: quæ quidem si filio caret, duos habebit, cum duplici gaudio.

Si rex visus sibi fuerit sigilla de anulo nonnullis dare, sublimes illos ad dignitates euehet, & arcanorum suorum conscios faciet.

Si rex anulum suum disciderit, in Augustæ persona calamitatem habebit.

Si quis anulum emisse visus sibi fuerit, & gestasse * * * potestatem consequetur, & vxorem, pro modo pulchritudinis anuli.

Si quis visus sibi fuerit anulum, de manu sua sumptum, alterius noti hominis manui adfixisse: illum heredem, & in potestate sua successorem instituet.

Generaliter anulus ad eos refertur qui potestates tribuunt, & regna concedunt: ac si qui hoc facere nequeunt, iis lætitiam, & liberos, & vxores portendit.

De sellis, & thronis, Persarum & Aegyptiorum interpretationes. CAP. 261.

SELLA dignitatem, aut vxorem denotat.

Si quis inuenisse ligneam sellam visus sibi fuerit, & in ea sedisse: virorum amplissimorum potestatem inueniet.

ΤΟ' δακτυλίδιον εἰς κύρωσιν βασιλείας κρίνεται. πολλάκις γὰρ οἱ βασιλεῖς ἐξ αὐτοῦ κρίνονται καὶ αὐτὸν σίμματος.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι δακτυλίδιον ἔδωκεν ἑτέρῳ, δώσει αὐτῷ ἐξουσίαν μεγάλην ἐν τοῖς οἰκειακοῖς αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἔδωκεν, ἢ ἔβαλεν εἰς τὴν χεῖρα τῆς αὐγούστης· εἰ μὲν ἔστιν ἔγκυος, τέξει βασιλέα· εἰ δὲ μὴ, οὕτως ἐγκυμονήσει, καὶ τέξει ἄρσεν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι δύο δακτυλίδια ἔβαλεν, τὸ παλαιὸν καὶ τὸ νέον, μεθ' ὃν εἶχεν υἱὸν· καὶ ἕτερον ἕξει.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς αὐγούστης ἡ αὐτὴ κρίσις· εἰ δὲ τέκνον οὐκ ἔχει, δύο ἕξει καὶ διπλῆν χαρὰν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι σφραγῖδας ἐκ τοῦ δακτυλιδίου ἐδίδου τισὶ· ὑψώσει αὐτοὺς καὶ μυστηρίων ἀξιώμασι.

Εἰ δὲ ἐχάλασε τὸ δακτυλίδιον αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, εὑρήσει θλῖψιν εἰς τὴν αὐγοῦσταν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι δακτυλίδιον ἐξωνήσατο καὶ ἐφόρει δέκα σιγμάτων· εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ γυναῖκα ἀναλόγως τοῦ κάλλους τοῦ δακτυλιδίου.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας εἰς ἑτέρου χεῖρα δακτυλίδιον ἔβαλε γνωρίμου· κληρονόμον, καὶ διάδοχον αὐτοῦ ποιήσει τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ.

Καθ' ὅλου τὸ δακτυλίδιον πρὸς τοὺς τοιούτους ἐξουσιάζειν ἢ βασιλεύειν οὕτω κρίνεται, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους, χαρὰν καὶ τέκνον μετὰ γυναικὸς σημαίνει.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ σελλίων καὶ θρόνων. σξα.

ΤΟ' σελλίον εἰς ἀξίαν καὶ γυναῖκα κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρε σελλίον ξύλινον ἐν ᾧ ἐκάθισεν· εὑρήσει ἐξουσίαν ἀνδρῶν μεγίστων.

Εἰ δὲ ἴδῃ σιδηροῦν, εὑρήσει γυναῖκα εὐγενῆ καὶ ἐξουσίαν καὶ πλοῦτον ἐλάττονα τοῦ ξυλίνου.

Εἰ δὲ ἦν ξένου, ἐν ᾧ καὶ ἐκάθητο, μικρόν· ξένῃ γυναικὶ συνουσιάσει.

Εἰ δὲ ἦν τὸ ξένον ξύλινον, ἢ ὁ θρόνος· εἰς ἐξουσίαν καὶ γυναῖκα. καὶ πᾶν εἴ τι πάθωσιν ἐν τοῖς προσώποις ἀποβήσεται τούτοις.

Ὁ θρόνος ὁ βασιλικὸς εἰς τὸν βασιλέα κρίνεται, ἢ εἰς υἱὸν διάδοχον.

Καὶ τὸ σελλίον τοῦ βασιλέως εἰς τὴν αὐγοῦσταν.

Καὶ εἴ τι ἂν γένηται ἐν αὐτοῖς καλὸν, ἢ ἐναντίον ἐν αὐτοῖς ἀποβήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκάθισεν ἕτερος εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ, ἐπιβουλεύσει τῷ βασιλεῖ διὰ τὸ καινὸν τοῦ ἐγχειρήματος.

Εἰ δὲ μετὰ στολῆς βασιλικῆς ὁ καθίσας ἦν τις· διάδοχος ἔσται τοῦ βασιλέως.

Si sellam ferream, vxorem nobilẽ consequetur, & potestatẽ, & opes: ita tamen, vt hæc omnia sint inferiora, quàm quæ per ligneam sellam portenduntur.

Si sella peregrina, & parua erat, in qua sedebat: cum extranea muliercula rem habebit,

Si & lignea sella peregrina erat, aut thronus: ad potestatem & vxorem refertur. Quidquid his acciderit, in huiusmodi personis suum habebit euentum.

Thronus regius ad regem refertur, aut ad filium successorem.

Sella regia refertur ad Augustam.

Quidquid his factum fuerit, prosperũ vel aduersum: illis ipsis personis eueniet.

Si rex videre visus fuerit aliũ in throno suo sedentem, is homo regi struet insidias, propter ipsius facti conatúsque nouitatem.

Si stolam regiam habebat is, qui regis in throno sedebat: successor regis erit.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ βήλων καὶ καλυμμάτων καὶ ταπήτων. σξβ΄.

De velis, & velaminibus, siue tapetibus, Indorum, Persarum, Aegyptiorúmque rationes.

CAP. 262.

Τὰ βῆλα, καὶ τὰ ἐπικαλύμματα, εἰς θλίψιν δειμείας, καὶ κλαυθμὸν, καὶ πόνον βαρὺν καὶ δεινὸν διακείνονται, ἀναλόγως τῶν βήλων.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀσυνήθως βῆλα κρεμάμενα, εὑρήσει θλίψιν καὶ ἀγανάκτησιν μεγάλην.

Εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ πῆξις τοῦ ἔργου τῶν βήλων καὶ τὸ μέγεθος, πλεῖστα ἔσται καὶ ἡ θλίψις δριμυτέρα καὶ μακροτέρα.

Εἰ δ' ἀραιότερα καὶ βραχύτερα καὶ μακρότερα ἦσαν ταῦτα, ἀναγκαίως βραχεῖα ἔσται ἡ θλίψις.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν χρωμάτων.

Vela, & opercula siue velamina, adflictionem acrem, & ploratum, & grauem dolorem portendunt, pro ipsorum velorum quantitate ac modo.

Si quis in domo sua præter morẽ suspensa vela videre visus fuerit, adflictionẽ & dolorem ingentem experietur.

Quòd si vela valde spissa sunt, & magna: erit & adflictio tum acrior, tum diuturnior.

Si ea rariora minoráque sunt, ærumnam quoque minorem esse necesse est.

Consimiliter & de coloribus indicandum.

Si vela varios colores habent, aut nigra sunt: erit & adflictio consimiliter acrior.

Si alba, vel alterius coloris, ex iis, quos ad lætitiam suprà retulimus: celerrima ex adflictionibus liberatio portenditur.

Si velum duntaxat vnum in domo suspensum est, vnica erit adflictio: sin plura, eorum numero & ærumnę respondebũt.

Si quis hæc in aliena domo videre visus fuerit, ad domus illius dominum omnia referat.

Si quibusdam velaminibus visus sibi fuerit texisse domum, vel solarium, vel nauem, instar vmbraculi nubis: adflictionem & difficultatem minorem inueniet, pro ratione ipsius velorum operis, & interpretatione.

Si rex sellaria sua fracta videre visus fuerit, Augustæ miseria portenditur, & regiis fœminis.

Si rex visus sibi fuerit esse in naui, totámque nauim operire: calamitas exercitui eius imminet.

Si rex videre visus fuerit suspensa quodam in templi, vel domus loco, præter morem, vela: & adflictionem, & sollicitudinem inueniet, pro ratione velorum & locorum.

Sin illa & pariter, & alia, quæ prius ibidem esse solebant, ablata videre visus fuerit: ex adflictione ac sollicitudine liberabitur, ac gaudio potietur.

De textura telæ, Persarum & Aegyptiorum interpretationes. CAP. 263.

SI quis visus sibi fuerit telam pro more texere, quæstum in negotiatione sua faciet, operi texturæ respondentem.

Si textura spissa fuerit, expeditionem suscipiet, ex qua quæstum faciet, pro ipsius telæ qualitate.

Εἰ μὲν εἰσὶ πολύχροα, ἢ μέλανα· ἔσται ἡ θλίψις ὁμοίως δριμεῖα.

Εἰ δὲ λευκά, ἢ τῶν προκριθέντων τῆς χαρᾶς χρωμάτων· ταχίστην λύτρωσιν σημαίνει θλίψεων.

Εἰ δὲ τὸ βῆλον ἔσται ἓν καὶ μόνον κρεμάμενον ἐν οἴκῳ, ἔσται θλίψις μία· εἰ δὲ πολλά, ἀναλόγως.

Ἐὰν δὲ τις ἴδῃ ταῦτα ἐν ἑτέρῳ οἴκῳ ὅτι εἰσίν, εἰς τὸν δεσπότην τοῦ οἴκου ταῦτα κείνεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπικαλύμμασί τισιν ἤτοι διαπετάσμασιν ἐκάλυψεν οἶκον, ἢ ἡλιακόν, ἢ πλοῖον δίκην νεφέλης ἀποσκιάσματι, εὑρήσει θλίψιν καὶ ἀνάγκην μετριωτέραν τῶν βήλων· καὶ ὁμοίως ἔσται ἡ κρίσις καὶ ἐν αὐτοῖς, ἀναλόγως τῆς τῶν βήλων ἐργασίας καὶ κρίσεως.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι τὰ σελλάρια αὐτοῦ διεῤῥάγησαν, εὑρήσει θλίψιν εἰς τὴν αὐγοῦσταν καὶ εἰς τὰς γυναῖκας αὐτῆς.

Εἰ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν πλοίῳ ὢν διεκάλυψεν ὅλον τὸ πλοῖον· ἔσται ἡ θλίψις ἐν τῷ στρατῷ αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐν τόπῳ ναοῦ, ἢ οἰκίας ἀσυνήθως βῆλα ὑπῆρχον κρεμάμενα· εὑρήσει θλίψιν καὶ μέριμναν, ἀναλόγως τῶν βήλων καὶ τῶν τόπων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπήρθησαν καὶ ταῦτα, καὶ τὰ πρὸ ὄντα συνήθως· ἀποβαλεῖ μέριμναν, καὶ χαρήσεται.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ὑφάνσεως ἱστοῦ. σξγ´.

ἘΑΝ ἴδῃ τις ὅτι ἐν ἱστῷ ὑφαίνει συνήθως· εὑρήσει ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ κέρδος ἀνάλογον τοῦ ἔργου τῆς ἀναστάσεως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ἀσυνήθως ὑφαίνει, εὑρήσει ταξίδιον καὶ κέρδος ἐξ αὐτοῦ, ἀναλόγως τῆς ποιότητος τοῦ ἱστοῦ.

Εἰ δὲ ἦν ὁ ἱστὸς κίτρινος, νοσήσει ὁ ἰδών. καὶ εἰ ἦν τὸ τέλος τοῦ ἔργου αὐτοῦ, ἀποθανεῖται· εἰ δὲ εἰς ἀρχήν, μακρονοσήσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τὸν ἱστὸν συνιστᾷ, εὑρήσει ὁδὸν βραδεῖαν, διὰ τὴν βραδύτητα τοῦ ἔργου.

Εἰ δὲ ἑτοιμάσει αὐτόν, εἰ μὲν ἔστιν ἴδιος ὁ ἱστός, ἑαυτὸν παρασκευάσει πρὸς τὴν ὁδόν· εἰ δὲ ξένος, ἕτερον διαθετήσει πρὸς τὴν ὁδόν.

Si tela citrei coloris erat, in morbum incidet is qui somnium habuit. ac si quidem opus eius ad finem iam perductum erat, morietur: sin duntaxat inchoatum, diuturno cum morbo conflictabitur.

Si quis telam ordiri visus sibi fuerit, tardum iter inueniet, propter ipsam operis tarditatem.

Sin eam parat, si quidem ipsius est, ad iter sese parabit: sin alterius, alterum ad iter instruet.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ νήσεως, ἤτοι κλώσου ἀτράκτου. σξδ΄.

ἘΑΝ ἴδῃ τις ὅτι νήθει ἔρια προβάτου ἢ αἰγῶν, ἢ τρίχας, ἢ κανάβιν, ὅπερ ἀνδράσιν οὐκ ἔστιν ἔξω τόπου· εὑρήσει ὁδὸν ἀνάλογον καὶ κέρδος, διὰ τὸ ἐξ ἐκείνων κέρδος.

Εἰ δὲ νήθει βάμβακος, ἢ λινόν· ταπεινωθήσεται καὶ αἰσχυνθήσεται διὰ τὸ γυναικεῖον ἔργον, ἴσως δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς ταπεινωθήσεται.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ταῦτα, ἀπόδημον ἄνδρα ἴδιον δέξεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ γυνὴ ὅτι νήθουσα ἔκοψε τὸ νηθόμενον, ὁ ἀπόδημος αὐτῆς χρονίσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τὸ σφονδύλιον ἔπεσε τοῦ ἀτράκτου· χωρισθήσεται τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, ἢ θανάτῳ, ἢ προφάσει τινί.

De circumuolutione fusi, Persarum & Aegyptiorum rationes. CAP. 264.

SI quis lanam ouis aut caprarum nere visus sibi fuerit, aut pilos, aut cannabim, quod sanè virorum à moribus non abhorret: & iter, & lucrum operi respondens inueniet, propter id lucrum, quod hinc percipitur.

Si gossipium nere visus sibi fuerit, aut linum: humiliabitur, & ignominia notabitur, idque propterea, quòd opus hoc muliebre sit.

Si mulieri talia visa semet obtulerint, maritum suum absentē peregrè recipiet.

Si mulier inter nendum visa fuerit secuisse filium, absens peregrè maritus moram faciet.

Si videre visa fuerit, quasi verticillum fusi ceciderit: à marito suo separabitur vel morte, vel quadam ex caussa.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ μαφορίου. σξέ.

ἘΑΝ ἴδῃ γυνὴ ὅτι μαφόριον αὐτῆς ἤρθη ἀπ' αὐτῆς βίᾳ παρά τινος, ἢ ὅτι κατεκόπη ὅλον· ἀποθανεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἢ χωρίζεται ἀπ' αὐτῆς τέλεον.

De peplo, Persarum & Aegyptiorum explanationes. CAP. 265.

SI mulieri per quietem oblatum fuerit, quasi peplum eius ab aliquo per vim ademptum ei sit, vel prorsus abscissum: maritus eius morietur, aut in vniuersum ab ea diuertet.

Sin ex parte scissum videre visa fuerit, maritus eius oppressionem atque terrorem magnum à magistratu habebit.

Si videre visa fuerit ablatum furto, ad eundem hoc furtum spectat, quodam scilicet struente marito mulieris insidias.

Si maritus vxori suæ peplum furto ademptum videre per quietem visus fuerit: fraude maritus ipsemet vxorem suam circumueniet, cum altera per adulterium sese polluens.

Si mulieri, vel viro per quietem oblatum fuerit, quasi mortuus aliquis ab eo pallium posceret: hoc ad mariti personã, vel filij, vel filiæ, refertur.

Similiter si fausti quid acciderit in eadem veste, ad easdem personas refertur.

Si mulier videre visa fuerit peplũ suum maius, & pulchrius factum: in marito, vel filio suo, lætitiam inueniet.

Si peplum suum scidisse visa sibi fuerit, adflictionem & separationem vel à marito, vel à filio, patietur.

Si peplum dũtaxat gestare visa sibi fuerit, idque sic amiserit, vt in conspectu populi planè discooperta sit: è scortatione malum ei portenditur, omnibúsque spectaculo erit, & infamia notabitur.

Si mulier viro carens huiusmodi somnium habuerit, calamitas ista referetur ad eius subolem, vel fratrem, vel genere proximum.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐσχίσθη μερικῶς, εὑρήσει ὁ ἀνὴρ αὐτῆς στενωσιν καὶ φόβον μέγαν ἀπὸ ἐξουσίας.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκλάπη, εἰς δόλον κεῖνεται ἡ κλοπὴ αὐτοῦ, ἐπιβουλεύοντος ἑτέρου τὸν ἄνδρα αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ ἀνὴρ ὅτι ἐκλάπη τὸ μαφόριον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δόλον ποιήσει ὁ ἀνὴρ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, μοιχεύων ἑτέραν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις γυνὴ ἢ ἀνὴρ, ὅτι ᾔτει παρὰ νεκροῦ μαφόριον· εἰ μὲν δέδωκεν, ἀποθνήσκει ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἢ τέκνον, ἢ θυγάτηρ, ἢ ἐκ τῶν ποθουμένων· τὸ γὰρ μαφόριον εἰς πρόσωπον ἀνδρὸς, ἢ υἱοῦ, ἢ θυγατέρος κεῖνεται.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἔπαθε καλὸν, ἐν τούτοις κεῖνεται.

Ἐὰν ἴδῃ γυνὴ ὅτι τὸ μαφόριον αὐτῆς μεῖζον ἦν καὶ κάλλιον, εὑρήσει χαρὰν ἐν τῷ ἀνδρὶ, ἢ ἐν τῷ υἱῷ αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔσχισε τὸ μαφόριον αὐτῆς, εὑρήσει θλίψιν καὶ χωρισμὸν τοῦ ἀνδρὸς, ἢ τοῦ υἱοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐφόρει μόνον μαφόριον, καὶ τοῦτο ἀπώλεσε καὶ ἔστιν ἀκάλυπτος ἐνώπιον λαοῦ, τὸ πάθος ἔσται ἐν πορνείᾳ, καὶ θεατρισθήσεται καὶ αἰσχυνθήσεται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ταῦτα γυνὴ μὴ ἔχουσα ἄνδρα, ἔσται τὸ πάθος εἰς τέκνον, ἢ εἰς ἀδελφὸν, ἢ εἰς τὸν ἔγγιστα τοῦ γένους.

Interrogatio mulierculæ.
CAP. 266.

MAritata quædam mulier conuento somniorum interprete, verbis illum huiusmodi consuluit. Visa sum per quietem non tecta in medio populo obambulare. quid hoc rei portendit obsecro? Tum ille, maritúmne haberet, interrogat. Illa se maritum habere fassa, sed qui abesset peregrè: Non amplius eum videbis ait. Vti prædixerat, ita res euenit, illo peregrè mortuo.

Ἐρώτησις γυναικός. σξς'.

ΓΥνὴ ὕπανδρος ἐλθοῦσα ἠρώτησε τὸν ὀνειροκρίτην, λέγουσα, ὅτι εἶδον κατ' ὄναρ, περιπατοῦσα ἀσκέπαστος ἐν μέσῳ λαοῦ. τί ἔσται ἐμοί; ὁ δὲ ἔφη. ἔχεις ἄνδρα; ἡ δὲ ἔφη. ναὶ, ἔχω, ἀλλ' ἐν ξένῃ ἐστί. καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι οὐ θεάσει αὐτόν. καὶ καθὼς εἶπεν, οὕτως ἐγένετο, καὶ ἀπέθανεν ἐν ξένῃ γῇ.

Ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ τριχῶν γυναικείων. σξζ.

ἘΑΝ ἴδῃ γυνὴ ὅτι ἐκείρατο τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, ἀποθνήσκει ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἢ χωρίζεται αὐτόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐκουρεύθη μερικῶς, ἀνὰ μέσον αὐτῆς καὶ τοῦ ἀνδρὸς μάχη ἔσται χωρισμοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κρατῶν τις γνώριμος τῆς κόμης τὰς τρίχας αὐτῆς κόπτει ὄπισθεν αὐτάς· οὗτος βουλὴν ποιήσει μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς λάθρα εἰς τὸν χωρισμὸν αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κρατεῖ τις τὰς τρίχας αὐτῆς καὶ κόπτει ἔμπροσθεν, φανερῶς γενήσεται παρ' αὐτοῦ ὁ χωρισμός· διὰ τὸ ἔμπροσθεν τῆς κουρᾶς.

Ἐὰν ἴδῃ τις τὴν ἰδίαν γυναῖκα, ὅτι ἐκούρευσεν αὐτήν, προαγωγὸς ἔσται αὐτῆς, καὶ ἐν βουλῇ αὐτοῦ μοιχεύσει, καὶ χωρισθήσεται αὐτῆς.

Ὡσαύτως ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἀλλοτρίαν ἐκούρευσε καὶ αὐτῆς ἐπίβουλος ἔσται αὐτῆς· καὶ εἰς χωρισμὸν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς κρίνεται.

Γυνὴ ἐὰν νοσήσῃ ὀξέως καὶ ἴδῃ ὅτι ἐκουρεύθη αὐτή· αὐτὴ ἀποθανεῖται. εἰ δὲ νοσεῖ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καὶ αὐτὴ τοῦτο ἴδῃ, ἀποθανεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. ἡ γὰρ κουρά, εἰς χωρισμὸν κρίνεται.

De capillis muliebribus, ex Persarum & Aegyptiorum sententia.

CAP. 267.

SI mulier videre visa fuerit tonsos capitis sui capillos, aut maritus eius moritur, aut ab eo separatur.

Si visa sibi fuerit ex parte tonsa, inter maritum & ipsam lis erit de diuortio.

Si per quietem oblatum ei fuerit, quasi notus quispiam præhensos ipsius capillos à tergo resecet: is homo cum marito mulieris consilium de diuortio clandestinum inibit.

Si videre visa fuerit aliquem capillos ab antica parte tenentem, & resecantem: is apertè diuortium inter eos molietur, propter factam à fronte tonsuram.

Si quis vxorem propriam totondisse visus sibi fuerit, perductor & leno eius erit, ipso prudente ac sciente se polluentis adulterio, & ab eadem separabitur.

Consimiliter si visus sibi fuerit vxorem alienam totondisse, partim portenditur: hunc hominem insidiaturum mulieri, partim ad mariti diuortium refertur.

Si mulier ægrotans, visa sibi fuerit tonsa: morietur. sin maritus ægrotat, & ipsa somnium hoc habuit, maritus mulieris morietur. Nam tonsura diuortium portendit.

Ἐκ τῶν Περσῶν, περὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν φορούντων θατέρων θατέρας στολάς. σξη.

ἘΑΝ τις ἴδῃ ἀνὴρ ὅτι φορεῖ γυναικείαν στολὴν ἀπαιτήτως, εὑρήσει πάθος καὶ ἀνάγκην ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ, καὶ φόβον ἀπὸ ἐξουσίας, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνην ἀνάλογον.

De viris & mulieribus, stolas inter se permutatas gestantibus, ex Persarum disciplina.

CAP. 268.

SI vir quispiam visus sibi fuerit præter morem gestare stolam muliebrem, in opibus suis aduersos casus experietur, cum metu principis, & dedecore vesti respondente.

Si mulieris instar sabanum gestare, visus sibi fuerit: occultum quoddam malũ sentiet, ad propinquitatem interitus sui.

Si quis vxoris propriæ stolam gestasse, visus sibi fuerit: humiliationem & turpitudinem erga coniugem suam inueniet.

Sin vxoris alienæ stolam gestasse, visus sibi fuerit: publicè vniuersis spectaculo erit.

Si mulier visa sibi fuerit gestare cabadium scaramangij, vel faceolium virile: ex viro suo gaudium atque delectationem capiet.

Sin aliam quandam stolam, & prægnas est: masculum pariet.

Si braccas gestare visa sibi fuerit, hoc ipsum quoque de subole mascula intelligitur, & successione in domo viri.

Si tibialia gestare, virilésque calceos, visa sibi fuerit: tibialia de mascula subole, calcei de seruis accipiuntur.

Si mulier arma bellica virilia gestare visa sibi fuerit, potestatem per maritum suum inueniet, & ab hostibus securitatem, vel per filium, vel curatorem domus suæ. Quòd si arma erant ferrea, maritus eius & opibus, & vita longa potietur: sin de gossipio, vel lana, diuitias illis respondentes consequetur.

De leone, ac feris bestiis, ex Persarum & Aegyptiorum sententia.

CAP. 269.

LEo regis ad personam refertur.

Si quis per quietem cum leone rixari, vel pugnare, visus sibi fuerit: si rex est, aut vir amplissimus, cum principe quodam, hoste suo, vel alio rege bellum geret: quisque vicisse per quietem visus fuerit, reapse victoria quoque potietur.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ὥσπερ γυνὴ φορεῖ σάβανον· εὑρήσει κρύφιον πάθος, εἰς ἐγγύτητα ἀπωλείας αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι τῆς ἰδίας γυναικὸς στολὴν ἐφόρει· εὑρήσει ταπείνωσιν καὶ αἰσχύνην πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ξένης γυναικὸς ἐφόρει στολήν· διαπεριοδευθήσεται δημοσίως.

Γυνὴ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐφόρει καββαδίκιν σκαραμαγγίου, ἢ φακιόλιον ἀνδρός· χαρήσεται ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἑτέραν στολὴν, καὶ ἐστὶν ἔγκυος· τέξει ἄρσεν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐφόρει βρακία, καὶ αὐτὸ εἰς τέκνον κρίνεται ἄρσεν καὶ κληρονομίαν τοῦ οἴκου τοῦ ἀνδρός.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐφόρει τουβία καὶ ὑποδήματα ἀνδρός· τὰ τουβία, εἰς τέκνον ἄρσεν, τὰ δὲ ὑποδήματα εἰς δούλας κρίνονται.

Εἰ δὲ ἴδῃ γυνὴ ὅτι ἐφόρει ὅπλα ἀνδρικὰ πολεμικὰ, εὑρήσει ἐξουσίαν ἐν τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ ἀφοβίαν ἐχθρῶν, ἢ εἰς υἱὸν αὐτῆς, ἢ εἰς τὸν διοικοῦντα τὸν οἶκον αὐτῆς. καὶ εἰ μὲν ἦν τὰ ὅπλα σιδηρᾶ, εὑρήσει ὁ ἀνὴρ αὐτῆς πλοῦτον καὶ μακροζωίαν· εἰ δὲ ἦν ἀπὸ βάμβακος, ἢ ἐρίου, εὑρήσει πλοῦτον ἀναλόγως.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λέοντος καὶ θηρῶν. σξθ'.

Ὁ λέων εἰς πρόσωπον βασιλέως κρίνεται.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις κατ' ὄναρ ὅτι ἐρίζει, ἢ μάχεται λέοντι· εἰ μὲν ἐστὶ βασιλεὺς, ἢ μέγιστος, πολεμήσει ἐχθρῷ ἐξουσιαστῇ, ἢ βασιλεῖ ἑτέρῳ· καὶ τῷ νικήσαντι κατ' ὄναρ, ἔσται ἡ νίκη δι' ἔργου.

Τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο,* ἀνακόλουθόν ἐστιν, ἢ ἐπίβουλος ἔσται βασιλεῖ, ἢ μετὰ τοῦ χάρωνος ἔσται αὐτοῦ ἡ πάλη.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐποχήσατο λέοντι ὑποτασσομένῳ, εἰ μὲν ἐστιν ὁ ἰδὼν τῶν ἐπιτηδείων, βασιλεύσει· εἰ δὲ μή, εὑρήσει ἐξουσίαν μεγίστην, δι' ἧς ἐχθρὸν ἐξουσιάζοντα ταπεινώσει· ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἑτέραν βασιλείαν καταδουλώσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εἶδε λέοντα καὶ οὐκ ἐπολέμησεν αὐτόν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκδεδείματο· εὑρήσει φόβον καὶ τρόμον ἀπὸ ἐξουσιάζοντος.

Εἰ δὲ ἐστιν ὁ ἰδὼν βασιλικός, κινδυνεύσει παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ τέλος αὐτοῦ εἰς χαρὰν ἔσται· διὰ τὸ ἐκ τοῦ λέοντος ἀβλαβής.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ λέων τραπεὶς ἔφυγεν· εἰ μὲν ἐστι βασιλεύς, τῇ ἀκοῇ αὐτοῦ καὶ μόνῃ ἑτέρα ὑποχωρήσει βασιλεία.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, ἀπὸ φόβου μεγάλου καὶ κινδύνου ῥυσθῇ, εἰς χαρὰν ἥξει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ἑαυτὸν ἐσθίοντα κρέας λέοντος, εὑρήσει παρὰ βασιλέως πλοῦτον καὶ ἐξουσίαν καὶ καταπατήσει ἐχθρὸν αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι γάλα λέοντος ἔπιεν, εὑρήσει πλοῦτον ἄμφω καὶ χαρὰν ἀπὸ τοῦ βασιλέως.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι μέλος λέοντος ἤσθιεν, εἰ μὲν ἐστι βασιλεύς, μέρος βασιλείας ἑτέρας ἐπικτήσεται· εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει χρυσίον καὶ πλοῦτον ἀπὸ μέρους βασιλείου, καὶ κατακυριεύσει ἐχθροῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι λέοντος εὗρε κόπρον, καὶ ἦρεν· εὑρήσει πλοῦτον ἥττονα τῶν εἰρημένων.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι ἧπαρ λέοντος, ἢ μυελὸν εὑρήσει· εἰ μὲν ἐστι βασιλεύς, ἢ μέγιστος, δῆλον παλαιῶν βασιλέων θησαυροὺς εὑρήσει διὰ χρυσίου.

Εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, πλοῦτον καὶ ἐγγύτητα βασιλέως πλουτήσει.

Εἴ τις καθ' ὕπνους εὗρε λέοντος δέρμα,

Si plebeius aliquis huiusmodi somniũ habuerit, consequens erit, vt vel aduersus regem perduellis fiat, vel cum orco luctetur.

Si quis leoni morigero insidere ac vehi visus sibi fuerit, siquidem ad hoc idoneus est, regno potietur: sin autem, amplissimam potestatem consequetur, per quam principem quendam, hostẽ suum, deprimet.

Si quis leonem videre visus sibi fuerit, cum quo non pugnauerit, sed ab eo duntaxat territum se putauerit: illi à principe, rerum potiente, metus atque trepidatio portenditur.

Si regius est quispiam, cui visum hoc oblatum fuit: à rege homini periculum imminet, tandémque læto fine potietur: idque propterea, quod nihil ei leo nocuerit.

Si quis videre visus fuerit, leonem à facie sua conuersum aufugisse: si rex est, fama duntaxat ipsius impulsum regnum aliud ei cedet, ac se summittet.

Sin plebeius, magno metu periculóque liberatus, lætitiam consequetur.

Si quis vesci carne leonina visus sibi fuerit, à rege diuitias & potestatem consequetur, hostémque suum proteret.

Si quis lac leoninum bibisse visus sibi fuerit, formidolosas opes & lætitiam à rege consequetur.

Si quis membrum aliquod leonis edisse visus sibi fuerit, si rex est, alterius regni partem adquiret: sin plebeius, aurum & opes à rege accipiet, atque hostem in potestatem rediget.

Si quis stercus leonis inuenisse visus sibi fuerit, ac sustulisse: diuitiis potietur minoribus, quàm eæ sint, de quibus est dictum.

Si visus sibi fuerit iecur leoninum, vel medullam inuenisse: si rex est, aut vir amplissimus, aureos priscorum regum thesauros inueniet.

Sin plebeius, opes & familiaritatem regis impetrabit.

Si quis pellem leonis per quietem inuenerit

uenerit, si rex est, aut vir amplissimus, omnes diuitias & aurum aduersarij regis consequetur: sin plebeio visum hoc oblatum fuerit, (quanquam difficulter hoc aliis offertur, præter amplissimos viros) confestim opulentus erit.

Si rex videre visus fuerit, leonem ad se vinctum perduci: hostem maximum capiet.

Sin leænam vinctam ad regem perducunt, hostis maximi vitæ consortem vinculis habebit.

Si catulos leoninos, & leænam mansuetã habere visus sibi fuerit: hoc ipsum ad Augustam, eiúsque liberos interpretando referat. ac si quidem in regia videbantur educari, gaudium sibi portendi statuat, & liberorum in regno successionem.

Si rex in venatu leonem occidere visus sibi fuerit, in bello principem quendam, hostem suum, opera subditorum suorum interficiet.

Si rex cum leone visus sibi fuerit amicè colloqui, admirabili quodam modo cum alio regno pacem colet, prout ingens miraculum est in ista cum leone colloquutione.

De elephanto, ex Indorum disciplina.

CAP. 270.

Elephantus ad amplissimum & opulentum virum interpretando refertur: non tamen ad inimicitias maximas, sed mediocres.

Si quis elephantum venatu cepisse, vel habere visus sibi fuerit: opulentũ quendam, & auro abundantem capiet, atque hoc sanè visum regibus duntaxat offertur, quibus solis competit.

Si tamen hoc somnium aliquando plebeius quispiam habuerit, ad fines excelsitatis regiæ propiùs accedet.

Si quis elephanto vehi visus sibi fuerit, princeps erit, & principis alicuius amplissimi possessionibus potietur.

εἰ μὲν βασιλεὺς, ἢ μέγιστος τυγχάνει, τὸν πάντα πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τὸ χρυσίον ἕξει τοῦ βασιλεύοντος ἀντικειμένου· τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ὅπερ δυσκολὲν ὅτι μέγιστος ἰδεῖν, ἔσται πλούσιος παρ᾽ αὐτίκα.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι, λέοντα δέσμιον φέρουσιν αὐτῷ· ἐχθρῶν μέγιστον σφόδρα λάβῃ.

Εἰ δὲ λέαιναν αὐτῷ, ἐχθρὸν μέγιστον σύμβιον δεσμεύσει.

Εἰ δὲ λέοντος τέκνα καὶ λέαιναν, εὐπορεῖ ἥμερον εἰς τὴν αὐγοῦσταν, καὶ τέκνα καὶ αὐτῆς κρινέτω. καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ταῦτα ὅτι ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνετρέφοντο, τοῦτο λογιζέσθω εἰς χαρὰν καὶ διαδοχὴν τέκνων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι κυνηγετῶν, λέοντος ἔκτεινε θῆρος· ἐν πολέμῳ ἐξουσιαστὴν ἐχθρὸν αὐτοῦ κτενεῖ δι᾽ ὑποχειρίων αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι λέοντα φιλίως καὶ πόθῳ συνωμίλει, μεθ᾽ ἑτέρας βασιλείας εἰρηνεύσει θαυμασίως ὅσον τὸ θαῦμα τῆς βασιλείας.

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν περὶ ἐλέφαντος. σο΄.

Ὁ ἐλέφας εἰς μέγιστον καὶ πλούσιον ἄνδρα κρίνεται· οὐ μὲν τοι εἰς ἔχθραν μεγίστην ἀλλὰ μετρίαν.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐλέφαντα ἐθήρευσε, ἢ εὐπόρησε πολύπλουτον καὶ πολύχρυσον ἄνδρα θηρεύσει, καὶ τοῦτο δὲ βασιλεῦσι μόνοις. ἐπειδήπερ καὶ τούτοις ἁρμόδιον.

Εἰ δὲ ποτε τοῦ κοινοῦ ἴδῃ τοῦτο, εἰς τὰ μέτρα τοῦ βασιλείου ὕψος προσεγγίσει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπωχήσατο ἐλέφαντι, ἐξουσιαστὴς χρηματίσει, καὶ κτημάτων ἐξουσιαστοῦ τινὸς ἔσται μεγίστου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἀπέθανεν ἐλέφας αὐτοῦ, θλίψιν μὲν ὀλίγην δέξεται τὴν μετρίαν· ἐλαττονήσει δὲ οὐδαμῶς πλοῦτον μέτριον. τῷ γὰρ ἐλέφαντι πλοῦτος ἡ τῶν ὀστέων χρεία ἐστίν.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρεν ἐλεφαντίου κόπρον, εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ μεγίστου καὶ πολυπλούτου ἀνδρός.

Εἰ δὲ εὗρεν ὀστέα ἐλέφαντος· πλουτήσει πλοῦτον ἀπὸ μεγίστου διὰ χρημάτων, ἀναλόγως τῷ πλήθει τῶν ὀστέων.

Ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἐλέφαντος. σοα΄.

Ὁ ἐλέφας εἰς ὑψηλὸν ἄνδρα ξένον ἐξουσιαστὴν πολύπλουτον κρίνεται· διὰ τὸ μὴ πανταχοῦ θηρεύεσθαι, πλὴν ἐν Ἰνδίᾳ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐλέφαντας ἤγαγον αὐτῷ δεδεμένας, ἢ ἕνα, ἄνδρας μεγίστους πολυπλούτους καὶ ὀλιγοπολέμους ἐξουσιαστὰς δεσμίους λήψεται.

Εἰ δὲ ἄνευ δεσμῶν σιδηρῶν ἤτοι κουρκούμων, οἱ εἰρημένοι μέγιστοι ὑποταγέντες, ἐλεύσονται ἐν αὐτῷ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐκέλευσε φονευθῆναι ἐλέφαντα τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἕνεκα, πλούσιον ἄνδρα ἀποκτενεῖ, καὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἀρεῖ, καὶ θλιβήσεται ἐν αὐτῷ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐποχήσατο ἐλέφαντι, καὶ τοῦτο εἰς ὑποταγὴν μεγίστων ἐκρίθη.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ἄλλος ὅτι ἐποχεῖτο ἐλέφαντι· εἰς ὕψος ἥξει καὶ χαρὰν καὶ πλουτήσει σφόδρα.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι διακονεῖ ἐλέφαντι ἔν τε βρώσει καὶ πόσει, ἀνδρὶ μεγίστῳ δουλεύσει, ἐξ οὗ εὑρήσει κέρδος.

Ἐάν τις ἴδῃ ὅτι ἐλέφας ἐξαπίνης εἰσῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ξένος εὑρήσει χαρὰν καὶ θλίψεως ἀποβολήν.

Si videre visus fuerit elephantum suum mortuum, afflictione quidem ille modica vexabitur: sed de mediocribus diuitiis nihil ei decedet. Nam elephanti diuitiæ, sunt vsus ossium.

Si quis elephanti stercus inuenisse visus sibi fuerit, opes ab amplissimo viro consequetur in numerata pecunia, pro fimi copia.

Si inuenit ossa elephantis: opes accumulabit per maximum, vi pecuniarum, pro ratione copiæ ossium.

De elephanto, ex Persarum & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 271.

ELephantus de viro excelso, potestate prædito, extraneo, diuitias ingentes possidente accipitur: idque propterea, quòd non vbique capiatur, sed tantùm in India.

Si rex videre visus fuerit elephantos plures ligatos ad se perduci, vel vnum duntaxat: viros principes amplissimos, opulentissimos, sed parum præstantes in rebus bellicis, vinctos accipiet.

Si sine vinculis ferreis hoc factum fuerit, prædicti magnates ad eum sponte sua morigeri facti venient.

Si rex imperasse visus sibi fuerit, vt elephantus cæderetur, ossium suorũ caussa: virum eiusmodi occidet, ac diuitias eius auferet.

Si rex elephanto vehi visus sibi fuerit, *hoc ad maximorum obedientiam, relatum est.*

Si quis aliud viderit se elephanto vectum; ad eminentiam gaudiúmque perueniet, ac maximas opes consequetur.

Si quis elephanto ministrare visus sibi fuerit, in cibo ac potu: amplissimo viro seruiet, ac quæstum ex eo faciet.

Si quis elephantum peregrinum subitò domum suam ingressum videre visus fuerit, & gaudium & liberationem ab ærumnis inueniet.

Si visus sibi fuerit elephanti ossa, vel stercus inuenisse: hoc ipsum de opibus intelligat.

De Pardo, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 272.

Pardus ad hostem, cum quo nulla est conciliatio, refertur.

Si quis cum pardo pugnare visus sibi fuerit, si cum potestate est, aut belli dux, cum hoste potente, fraudulento, & formidoloso bellum geret. ac si quidem visus sibi fuerit coëgisse belluam terga dare, hostem in fugam coniiciet: sin eam occidit, hostem cædet.

Si pauperi visum hoc oblatum fuerit, aut homini plebeio: in cruciatum ac metum principis alicuius caussa incidet.

Si visus sibi fuerit à pardo vulneratus, in morbum & iram suppliciúmque graue principis incidet. Nam vulnus inflictum à pardo virus habet.

Si quis edere pardi carnem visus sibi fuerit, opes atque gloriam inueniet.

Si pardo insidere visus sibi fuerit, si rex aut princeps est, hostem potentem ac magnum sibi subiiciet: sin plebeius, magnam ad gloriam perueniet, ac magistratus erit.

Si pardum videre visus fuerit, atque se pariter & pardum expauisse, sine pugna & læsione mutua. terrorem principis ac difficultatem experietur.

Si rex pardum, vel pardos adlatos sibi videre visus fuerit: hostem contumacem, & potentem, captiuum accipiet.

Sin mansuefactum pardum adduci viderit, ingentem rex famam gloriámque consequetur, ex eiusmodi hominis in ordinem coacti subiectione.

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι εὗρε τὴν ὀστέαν, ἢ τὸ κόπρον αὐτοῦ· τοῦτο εἰς πλοῦτον διαχελεύετω.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ πάρδου. σοβ΄.

Ὁ πάρδος εἰς ἐχθρὸν ἀδιάλλακτον κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπολέμει αὐτὸν, εἰ μὲν ἔστιν ἐξουσιαστὴς, ἢ ἄρχων πολέμου, εὑρήσει πόλεμον μετ᾽ ἐχθροῦ δυνατοῦ καὶ δολίου, καὶ ὑποφόβου. καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἔστρεψε τὸ θηρίον, θρέψει αὐτόν· εἰ δὲ ἐφόνευσεν αὐτὸ, τοιοῦτον ἐχθρὸν πατάξει.

Πτωχὸς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἢ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει τιμωρείας καὶ φόβον ἀπὸ ἀνθρώπου ἐξουσιαστοῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπλήγη παρὰ τοῦ πάρδου, εὑρήσει νόσον καὶ τιμωρείαν μεγάλην ἀπὸ ἐξουσιάζοντος. ἡ γὰρ πληγὴ τοῦ πάρδου φάρμακον ἔχει.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τρώγει κρέας πάρδου, εὑρήσει πλοῦτον καὶ δόξαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐποχεῖτο πάρδον, εἰ μὲν ἔστιν ἐξουσιαστὴς ἢ βασιλεὺς, ἐχθρὸν δυνατὸν καὶ μέγαν ὑποτάξει· εἰ δὲ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εἰς δόξαν μεγάλην ἥξει καὶ ὑπὸ ἀρχὴν ἔσται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι εἶδε πάρδον, καὶ ἐθροήθησαν * οἱ δύο ἀπλήγως, εὑρήσει φόβον καὶ ἀνάγκην ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι πάρδον ἢ πάρδας ἤνεγκαν αὐτῷ· ἐχθρὸν ἀνυπότακτον καὶ δυνατὸν δέσμιον δέξεται.

Εἰ δὲ ἥμερον πάρδον ἤνεγκαν, εὑρήσει ὁ βασιλεὺς φήμην μεγάλην καὶ δόξαν δι᾽ ὑποταγῆς ἀνδρὸς τοιούτου.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λεοντοπάρδου. σογ΄.

Ὁ λεοντόπαρδος, εἰς ἐχθρὸν εὐγενῆ, καὶ μέγαν, καὶ εἰς βασιλέα κεῖται· διὰ τὸ εὐγενὲς τοῦ θηρὸς, καὶ ὑποτακτικὸν τῶν ἄλλων ζώων καὶ ὀλιγόδουλον αὐτοῦ.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι τοιοῦτον ἐπάλαισεν, ἢ ἐπολέμησεν· εἰ μὲν ἐστι βασιλεὺς, ἢ ἐξουσιαστὴς, εὑρήσει μεθ' ἑτέρου βασιλέως εὐγενοῦς πόλεμον· καὶ τῷ νικήσαντι κατ' ὄναρ ἔσται ἡ δι' ἔργου νίκη.

Πτωχὸς ἐὰν ἴδῃ τοῦτο, ἢ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, εὑρήσει φόβον καὶ τιμωρείαν ἀπὸ ἐξουσιαστοῦ, ἢ βασιλέως.

De leopardo, ex Persarum & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 273.

LEopardus ad hostem nobilem, & magnum, & ad regem refertur: propter nobilitatem ipsius feræ, quæ animalia cætera sibi subiicit, ipsa parum aliis paret.

Si quis cum leopardo colluctari, vel pugnare visus sibi fuerit: si rex est, aut princeps, cum alio nobili rege bellum geret: & is, qui per quietem vicerit, reapse victoria potietur.

Si pauper quispiam, vel plebeius, huiusmodi somnium habuerit: à rege, vel principe, terrorem & cruciatum inueniet.

Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ ἄρκτων. σοδ΄.

Ὁ ἄρκτος εἰς ἐχθρὸν πλούσιον, καὶ δυνατὸν, καὶ ἄνουν, τολμηρὸν κεῖται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἔσφαξεν ἄρκτον, τοιοῦτον ἐχθρὸν φονεύσει καὶ κληρονομήσει αὐτόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπωχήσατο αὐτὴν· εὑρήσει ἐξουσίαν μετρίαν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐν φασγάνῳ ἔπληξεν αὐτὴν, ἐπιχαρήσεται ἐχθροῦ αὐτοῦ ἀπολλυμένου.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγε κρέας αὐτῆς, εὑρήσει ἀναλόγως πλοῦτον ἀπὸ μωροῦ καὶ πλουσίου ἐχθροῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦρεν δορὰν ἄρκτου, τὸν πάντα πλοῦτον τοῦ τοιούτου ἐχθροῦ κερδήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πίνει γάλακτος αὐτῆς, εὑρήσει φόβον ἐξουσίας καὶ μακρονοσίαν.

De vrsis, ex Persarum rationibus.

CAP. 274.

INterpretatio vrsi ad hostem opulentum, & potentem, & stolidum, & audacem pertinet.

Si quis vrsum interfecisse visus sibi fuerit, hostem eiusmodi conficiet, eíque succedet.

Si vrso insidere visus sibi fuerit, eóque vehi: potestatem mediocrem inueniet.

Si vrsum gladio percussisse visus sibi fuerit, ex hoste suo pereunte lætitiam percipiet.

Si carnem vrsinam comedisse visus sibi fuerit, pro modo manducatæ carnis opes ab hoste stolido & opulento consequetur.

Si pellem vrsinam sustulisse visus sibi fuerit, omnes hominis eiusmodi diuitias lucrabitur.

Si lac vrsinum bibere visus sibi fuerit, terrorem à magistratu inueniet, ac morbum diuturnum.

Si caput eius sustulisse visus sibi fuerit, vel quod ab aliis adlatum acceperit: ab hoste stolido diuitias, & quidem ipsam diuitiarum eius sortem ac summam inueniet.

De hyæna, ex Persarum & Aegyptiorum monumentis.

CAP. 275.

HYæna de muliere mala, subsannatrice, venefica, magicam exercente, intelligitur.

Si quis igitur hyænæ visus sibi fuerit insidere, cum eiusmodi muliere rem habebit.

Si iaculum, vel lapidem in hyænam coniecisse, visus sibi fuerit: cum ea rixabitur.

Si cum hyæna pugnans, eam hasta per vim iugulasse visus sibi fuerit: cum eiusmodi muliere consuetudinem habebit.

Si carnem hyænæ comedere visus sibi fuerit, veneficiis à tali muliere circumuenietur, eáque diu durabunt, pro modo manducationis.

Si lac hyænę bibere visus sibi fuerit, in auro suo detrimentum accipiet, & ad inopiam redigetur.

De lupo, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 276.

LVpus ad personam hominis auari & infidi refertur.

Si quis cum lupo pugnare visus sibi fuerit, ab eiusmodi principe potestatem ac bellum accipiet. Quòd si lupum iugulasse visus sibi fuerit, & is cui visum hoc offertur, cum potestate est: hostem eiusmodi delebit. Sin à lupo vulneratum, vel morsum se videre visus fuerit: cruciatum & vim ab hoste iniusto & auaro feret.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι κεφαλὴν αὐτῆς ἦρεν, ἢ ὅτι ἤνεγκαν αὐτῷ· εὑρήσει ἀπὸ πλούτου μωροῦ ἐχθροῦ τὸ κεφάλαιον τοῦ πλούτου αὐτοῦ.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ὑαίνης. σοέ.

Ἡ ὕαινα εἰς πρόσωπον φαύλης γυναικὸς κρίνεται καὶ σκώπτιδος· καὶ φαρμακίστης καὶ μαγγανείας ἅμα.

Ἐὰν οὖν ἴδῃ τις ὅτι ὑαίνῃ ἐποχεῖται, τοιαύτῃ γυναικὶ συνουσιάσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔρριψεν εἰς αὐτὴν βέλος, ἢ λίθον, ἀποκρίσεις ἀνὰ μέσον αὐτῆς ποιήσει καὶ λόγους.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πολεμῶν αὐτὴν διεσπάραξε βίᾳ· τὴν τοιαύτην γυναῖκα συνουσιάσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τρώγει κρέας ὑαίνης, μαγγανευθήσεται ἀπὸ τῆς τοιαύτης γυναικὸς ἀναλόγως τῆς βρώσεως χρονίως.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πίνει γάλα ὑαίνης, εὑρήσει ζημίαν τοῦ χρυσίου αὐτοῦ καὶ πτωχείαν.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λύκου. σοϛ´.

Ὁ λύκος εἰς πρόσωπον πλεονέκτου καὶ ἀπίστου ἐξουσιαστοῦ κρίνεται.

Ἐὰν τις ἴδῃ ὅτι λύκον ἐπολέμει, εὑρήσει ἐξουσίαν καὶ πόλεμον ἀπὸ τοιούτου ἐξουσιαστοῦ. καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἔσφαζεν αὐτὸν, καὶ ἔσται ἐξουσιαστὴς ὁ ἰδὼν· ἐχθρὸν τοιοῦτον ἀπολέσει. εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπλήγη, ἢ ὅτι ἐδήχθη παρ᾽ αὐτοῦ λύκου· εὑρήσει τιμωρίαν καὶ ἀνάγκην ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ ἀδίκου καὶ πλεονέκτου.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι πρόβατα εἶχεν καὶ εἰσῆλθεν ἐν αὐτοῖς λύκος· ἐχθροὶ τοιοῦτοι ἐλεύσονται ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἀναλόγως τῆς πραίδας διαφθερεῖ αὐτόν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι κύνας ἀπέστειλε κατὰ τῶν λύκων· μετὰ ἐθνῶν ἀλλοφύλων πολεμήσει ἐχθρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναλόγως τῆς ἐνεργείας τῶν κυνῶν συντρίψει αὐτόν.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἤνεγκαν αὐτῷ λύκον δεδεμένον τοιοῦτον ἐχθρὸν δέσμιον δέξεται.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ ἀλωπέκων. ζσο΄.

ἘΆΝ ἴδῃ τις ὅτι πολεμεῖ ἀλώπεκα, μαχήσεται ἰδίῳ αὐτοῦ πολυτρόπῳ.

Ἐὰν ἴδῃ ὅτι τοῖς ὄνυξιν αὐτῆς ἐπλήγη αὐτός, εὑρήσει θλῖψιν ἀπὸ ἰδίου αὐτοῦ καὶ μέριμναν ἀναλόγως τῆς πληγῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐφόνευσεν αὐτὴν καταβαλεῖ αὐτόν.

* * * *

* * * *

* * * *

Εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι περιβλέπει ἀλώπεκα μακρόθεν, εὑρήσει νόσον ἀπὸ δαιμόνων.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι συμπαίζει ἀλώπεκι, ἢ ἤφερεν αὐτὴν ὡς ἥμερον ἐν οἴκῳ αὐτοῦ, φιλιάσει γυναικὶ κακίστῃ καὶ μαγευθήσεται παρ' αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πίνει γάλα ἀλώπεκος, εἰ μὲν ἔστιν ἀσθενὴς ὑγιανεῖ· εἰ δὲ ἔχει μέριμναν, ἀποβαλεῖ αὐτήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐπιτρέχει αὐτῷ, καὶ μαγγανείαις αὐτῆς ἐκεῖνον οὐ φθάνεται· φωραθήσεται καὶ ψευδολόγως κυρωθήσεται.

Ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι κυνηγῶν, ἢ ὁδεύων εὗρεν ἀλώπεκα· ἄνδρα πολυμήχανον, καὶ πλάνον εὑρήσει. καὶ εἰ ἐφόνευσεν αὐτήν, κινδυνεύσει ὁ τοιοῦτος.

Si rex oues habere visus sibi fuerit, quas adorti sint lupi: talis hostis populum ipsius inuadet, próque grassationis lupi modo, populum perdet.

Si rex canes aduersus lupos misisse visus sibi fuerit, cum alienigenis hostem suum oppugnabit, próque canum ipsorum sternuitate, hominem proteret.

Si rex adlatum sibi lupum, vinculis cōstrictum, videre visus fuerit: hostem huiusmodi captiuum accipiet.

De vulpibus, ex Persarum & Aegyptiorum interpretationibus. CAP. 277.

SI quis cum vulpecula pugnare visus sibi fuerit, cum homine quodam suo, cóque versuto, rixabitur.

Ac si quidem visus sibi fuerit ab illius vnguibus læsus, ab homine suo vexationem inueniet, ac respondentem vulneri sollicitudinem.

Sin ipse vulpem occidisse visus sibi fuerit, ab ærumna liberabitur.

Si quis longo ex interuallo respicere vulpeculam visus sibi fuerit, ex torminibus & flatibus in morbum incidet.

Sin vulpeculam ad se respicientem videre visus fuerit, à dæmonibus morbo adfligetur.

Si cum vulpecula colludere visus sibi fuerit, aut eam, ceu mansuefactam, in ædes suas deportasse: in amorem pessimæ mulieris incidet, & ab ea veneficiis circumuenietur.

Si lac vulpinum bibere visus sibi fuerit, si quidem æger est, conualescet: sin curis grauatus, ab eis liberabitur.

Si videre visus fuerit adcurrentem ad se vulpeculam, quæ tamen ipsum præstigiis suis non anteuerterat: mulier in facinore depræhendetur, & pro vana habebitur.

Si rex visus sibi fuerit in venatu, vel itinere, vulpeculam inuenisse: in hominem versutum, & in planum incidet. ac si quidem vulpeculam occidit, in periculo & alter erit.

Consimiles habent interpretationes tum lycopantheræ, tum mustellæ: sed paulò tamen minoris momenti, & inferiores.

Ἐν ταῖς αὐταῖς οὖν κεῖνται καὶ οἱ λυκοπάνθηροι καὶ αἱ γαλαῖ· ἀλλὰ μετρίως, καὶ ἐλαττόνως.

De leporibus, ex Persarum & Aegyptiorum disciplina.

CAP. 278.

LEpores ad scortorum, & earum mulierum personas referuntur, quæ fucatam & adscititiam venustatem adfectant.

Si quis inuenisse leporem visus sibi fuerit, huiusmodi mulierem inueniet. ac si quidem visus sibi fuerit eius pellem sustulisse, diuitias ex ea lucrabitur.

Si assata carne leporina vesci visus sibi fuerit, & opes ab ea consequetur, & in morbum incidet.

Si leporem persequi visus sibi fuerit, eiusmodi mulierem amabit, eámque sectabitur.

Si visus sibi fuerit in persequendo cõiecisse virgam, vel aliquid aliud: siquidem leporem attigit, eóque potitus est: desiderio votóque suo satisfaciet. sin autem, ad iracundiam & acerbitatem mulier hominem irritando prouocabit.

Ἐκ τῶν Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ λαγωῶν. σοη.

ΟἹ λαγωοὶ εἰς ἑταιρίδων, καὶ ψευδομόρφων ἐπιπλάστων ἐν κάλλει γυναικῶν κρίνονται πρόσωπα.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι εὗρε λαγωόν, τοιαύτην εὑρήσει γυναῖκα. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἦρε τὴν δορὰν αὐτῆς, πλοῦτον ἐξ αὐτῆς ἀποκερδήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι τρώγει κρέας λαγῶον ὀπτόν, εὑρήσει πλοῦτον, καὶ νόσον ἀπ' αὐτῆς.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι καταδιώκει αὐτόν, ποθήσει τοιαύτην, καὶ καταδιώξει αὐτήν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι διώκων ἔρριψε ῥάβδον, ἢ ἕτερόν τι· εἰ μὲν ἐπέτυχεν αὐτοῦ, πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ· εἰ δὲ οὐκ ἐπέτυχεν, χαλεπανεῖ καὶ πικρανεῖ αὐτόν.

De canibus, Indorum, Persarum, & Aegyptiorum rationes.

CAP. 279.

CAnes ad inimicos referuntur.

Si quis adlatrantem sibi canem videre visus fuerit, verbis infami cum hoste dimicabit. ac si quidem à cane visus sibi fuerit morsus, ab eiusmodi hoste vexabitur.

Si videre visus fuerit, canem lacerantem vestes suas, ab hoste infami diuitiarum & gloriæ detrimentum sentiet.

Si canem occidit, hostem eiusmodi perdet *is qui vidit.*

Ἐκ τῶν Ἰνδῶν, Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, περὶ κυνῶν. σοθ.

ΟἹ κύνες εἰς ἐχθροὺς κρίνονται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι κύων ὑλάκτει αὐτόν, μετ' ἐχθροῦ ἀτίμου, διὰ λόγων μαχήσεται. καὶ εἰ μὲν ἴδῃ ὅτι ἐδήχθη παρ' αὐτοῦ κυνός, θλιβήσεται παρὰ τοιούτου ἐχθροῦ.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔσχισεν ὁ κύων τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀπὸ ἐχθροῦ ἀτίμου, εἰς τὴν δόξαν καὶ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ θλιβήσεται.

Εἰ δὲ ἐφόνευσεν τὸν κύνα, τοιοῦτον ἐχθρὸν ἀπολέσει ὁ ἰδών.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔφαγε κρέας κυνὸς, πλοῦτον ἐχθροῦ ἀτίμου εὑρήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔπιε κυνὸς γάλα, εὑρήσει φόβον καὶ νόσον μακράν.

Εἰ μὲν ἐστὶν ὁ θεωρούμενος κυὼν ἐκ τῶν ποιμενικῶν, ἢ τῶν ἀγρίων· ἔσται ὁ ἐχθρὸς ἀπὸ ξένης. εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἐστὶ λαγωϊκὸς, ὁ ἐχθρὸς ἐκ τῶν ἰδίων ἐστί.

Ὁ βασιλεὺς ἐὰν ἴδῃ ὅτι κύνας παντοίους ἤνεγκαν αὐτῷ, ἢ ἀπὸ ξένης, ἢ τῆς ἰδίας γῆς· στρατιώτας πολεμικοὺς ἐπισυνάξει καὶ οἰκείους κατ᾽ ἐχθρῶν. καθ᾽ ὅλου πᾶς κυὼν ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως θεωρίας, στρατιώτης κρίνεται.

Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων περὶ κάτου. σπ.

ΚΑθ᾽ ὅλου ὁ κάτος ἐπὶ πάντων εἰς πρόσωπον κλέπτου, ἢ κλέπτιας κρίνεται.

Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπολέμησεν, ἢ ἐφόνευσε κάτον· κλέπτην δεσμεύσει, καὶ ἀπολέσει.

Καὶ εἰ ἐστὶ γνώριμος, ἔσται καὶ ὁ κλέπτης γνώριμος· εἰ δ᾽ ἀγνώριστος, ξένος ἔσται.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἦρε κρέας κάτου, ἢ εὗρεν· εὑρήσει πλοῦτον ἀπὸ κλέπτου ἀνάλογον τοῦ κρέατος.

Εἰ δὲ εὗρεν, ἢ ἦρε δορὰν κάτου· τὴν ὕπαρξιν πᾶσαν τοῦ κλέπτου ἀφήσει.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι πολεμῶν αὐτὸν ἐπλήγη τοῖς ὄνυξιν αὐτοῦ· εὑρήσει νόσον ὀξυτάτην, καὶ θλίψιν.

Εἰ δὲ ἴδῃ ὅτι ἔδακεν αὐτὸν ὁ κάτος, μακρονοσήσει καὶ ἀδυνατήσει σφόδρα.

Ἐκ τῶν Περσῶν, Ἰνδῶν καὶ Αἰγυπτίων, περὶ χοίρων. σπα.

Si carne canina vesci visus sibi fuerit, opes hostis infamis adquiret.

Si lac caninum bibere visus sibi fuerit, in terrorem & morbum diuturnum incidet.

Quòd si conspectus per quietem canis pastoricius est, aut ferus: hostis ille peregrinus & extraneus erit. Sin leporinus, ex familiaribus.

Si rex omnigenos canes adlatos sibi videre visus fuerit, vel peregrè, vel ex regione propria: tam milites belli peritos, quàm suos homines aduersus hostes colliget. Nam in visis regiis, per quemlibet canem miles intelligitur.

De cato, Persarum & Aegyptiorum rationes.

CAP. 280.

GEneraliter catus in quorumlibet visis ad personam furis, tam maris, quàm fœminæ, refertur.

Si quis dimicasse cum cato, vel catum occidisse, visus sibi fuerit: furem vinculis constringet, & perdet.

